

جعفری

سید علی بن ابی طالب
پسر امیر المؤمنین

N. Es. C. I.

R E G I Æ
SCIENTIARUM ACADEMIÆ
HISTORIA.

IN QUA PRÆTER IPSIUS ACADEMIÆ
originem & progressus, variasque dissertationes & observa-
tiones per triginta annos factas, quām plurima experimenta
& inventa, cum Physica, tum Mathematica in certum
ordinem digeruntur.

*Autore JOANNE-BAPTISTA du HAMEL ejusdem Acca-
demiae Socio, & Exsecretario.*



P A R I S I S,

Apud STEPHANUM MICHALLET, Regis Architypogra-
phum, viâ Jacobea, ad Insigne Sancti Pauli.

M. D C. X C V I I I.

CUM PRIVILEGIO REGIS.





P R A E F A T I O.

ANNUS hic est septimus , cùm perillustri
Abbate Bignonio Autore hoc Opere sum
aggressus. Jam ante viginti annos Illustrissi-
mi Colberti jussu Regiae Scientiarum Aca-
demiæ Historiam , initia & progressus Gal-
lico Sermone scribere occœperam , sed aliis districtus
laboribus inchoatum Opus abrumpere coactus sum. Tum
enim totus in Philosophiæ veteris & novæ elucubratio-
nem incumbebam : tametsi de illius editione , quæ po-
stea annuente Illustriss. Archipræfule est consecuta , ne
cogitabam quidem. Hæc variis experimentis in Acade-
mia factis , necnon multis dissertationibus illustrata pu-
blicam meruit Eruditorum approbationem. Quod qui-
dem ut senili quadam jactantia dictum , sic accipiendum
nolim ; sed ut palam profitear me quidquid in illo
Opere ad communem afferre fructum , & in lucem aspe-
ctumque proferre visus sum , id totum Academiæ debuisse.

Et quidem complures Libri , iisque eximii , cum Acade-
miæ universæ , tum singulorum Academicorum nomine
jam pene ab illius ortu prodierant in lucem ; ex quibus
facile intelligitur quæ & quanta , ex quo hæc Eruditorum
hominum Societas à Rege munificentissimo fuit institu-
ta , liberalibus disciplinis facta fuerit accessio. Sed illud
dissimulare non possum , quæ Typis Regiis excusa sunt

P R Æ F A T I O.

Volumina *De Anima:ium & stirpium Historia*, *de Rebus Astronomicis*; quæque ex posthumis Academicorum Opusculis sunt excerpta, figuris ad vivum expressis ornata, novis iisque præclaris inventis ditata, non, ut par erat, literatorum manibus teri, quod forte ad paucos majora illa Volumina pervenerint. Alii quoque Libri ab Academicis conscripti, qui que variis in congressibus sunt è scripto recitati, nunc magna ex parte apud Bibliopolas desiderantur. Cujus generis sunt *Physica tentamina à Viris eximiis D. Perrault, & D. Mariotte elaborata*, ut alia privatorum Opuscula quam plurima prætermittam.

Quamobrem hunc Librum nec inutilem, nec ingratum bonarum Artium studiosis faturum spero, si tot dissertationes cum in Libris Academicorum, tum in Tabulariis Academiæ sparsas, ex omni pene doctrinatum genere decerptas sic colligam & contraham, ut perspicuitati non obsit brevitas, nec brevitati perspicuitas; simul tot præclara inventa & generi humano utilia in Physicis, Chymicis, in re herbaria, Anatomia, Geometria, Algebra, Mechanica, Hydrostatica, Dioptrica; tot observationes non minus utiles quam jucundas in Astronomia per 30 annos factas in unum veluti corpus sic adducam, ut delectus, ordinis, & nitoris ratio potissimum habeatur.

Hic quidem labor ante aliquot annos mihi injunctus fuerat, sed multa quominus ad exitum perductus publici juris fieret, obstatere. Atrox illud bellum, quo Europa pene tota his annis atfit, etas admodum ingravescens, infirma valetudo, ut alia omittam pluriama, hujus Operis Editionem retardarunt. Neque vero me hujus moræ valde penitet: siquidem ad annum tantummodo 1692 Academiæ acta prosequi statueram, quæ ad annum usque 1697. perduxī.

P R A E F A T I O.

Neque id reprehendendum puto quod Latine, non Gallice haec scribere sim ingressus: Id quippe postulatum à me est, ut non ab eruditis modò Gallis, sed etiam ab exteris, qui Gallice non sciunt, legerentur. Quantumvis enim Latina lingua nunc temporis deteratur, & a multis contemptui habeatur, id tamen quod olim de Græca dixit Tullius, de Latina nobis usurpare licet: *Latina leguntur in omnibus fere gentibus, Gallica suis finibus, exiguis sa- ne continentur.* Tametsi enim haec non sunt ex omni parte vera, id tamen fatendum est linguam Gallicam non esse tam late fusam, quam Latinam, quæ ubique gentium eadem est, neque tot mutationibus obnoxia, quot linguae vulgares. Sed de his satis.

Magna earum rerum, quæ hoc Opere continentur, varietas id procul dubio faciet, ut quod unicuique imagis atridebit, id amplectatur. Alios Physicæ dissertationes, quæ & numero sunt complures, & rerum dignitate insignes, alios animalium Historia, multos Anatomia, non nullios præclara & vitæ humanæ utilia Chymicæ arcana oblebat, ut taceam de Mathematicis disciplinis, quarum nulla pars est, quæ incredibilem animi voluptatem cum singulari utilitate conjunctam non habeat: præterquam quod ex iis pleraque commune quoddam habent cum Physica vinculum, & quadam veluti cognatione inter se continentur, ut Mechanica, Hydrostatica, Optica & Astronomia imprimis, cuius præcipua in hoc opere habita ratio est; quoniam pulcherrimæ scientiæ, quæ navigationi adeo necessaria est & Ecclesiæ ipsi perutilis, promovendæ causâ Academia potissimum fuit constituta, & Observatorium Regia liberalitate constructum. Mitto de Geometria, Arithmetica & Algebra dicere. Multa tane & scitu digna circa hanc priorem Mathesim inventa sunt,

P R A E F A T I O.

quæ cùm magna ex parte edita fuerint, cum in Miscellanciis, tum in ipsis Academicorum elucubrationibus, nihil erat causæ cur tot rebus præclaris quidem, quæque à doctis plurimis ducuntur, sed minime necessariis hoc opus onerarem. Quocirca Geometriæ & Algebræ theorematæ, aut problemata enuntiare contentus, horum demonstrationes ut in libris jam editis, aut edendis comprehensas, omnino omittendas judicavi, ne aëtum agerem, aut eos qui in his disciplinis minus sunt exercitati, ab hujus operis lectione deterrerem.

Nonnulla procul dubio occurrent quæ novitatis gratiam jam exuerunt: sed pleraque ex iis tum nova erant, cum fuerunt proposita; idque æquum videtur, ut eorum Autoribus suus habeatur honos, & diem ipsum, quo primum eorum facta est mentio, huic rerum in Academia gestarum narrationi, ac tempus adscribi oportuit, ut quantum illa naturalem Philosophiam, & Mathematicas disciplinas promoverit, palam omnibus fieret.

Quatuor in Libros hoc Operis dividitur. In primo quæ acta sunt ab exitu anni 1666 ad initium usque anni 1675, continentur: Secundus ad annum usque 1684: Tertius ad annum 1692 progreditur. Postremus in annum 1696 desinit.

INDEX CAPITUM.

REGIÆ SCIENTIARUM ACADEMIÆ

Liber primus.

SECTIO I.	D E Academie Institutione, ac de iis quæ exente anno 1666 gesta sunt.	
CAP. I.	Quæ rationes moverint Regem Christianissimum ut Scientiarum Academiam institueret,	PAG. 1
CAP. II.	De Primis hujus Academia exordiis,	4
CAP. III.	Physicarum exercitationum prima delineationes proponuntur,	9
SECTIO II.	De Physicis laboribus anno 1677 suscepis,	12
CAP. I.	De quibusdam experimentis, quæ ad Physicam generalem spe- llant,	
CAP. II.	De aliis experimentis Chymicis,	16
CAP. III.	De quibusdam observationibus Anatomicis,	19
CAP. IV.	De Aquis mineralibus universim,	21
CAP. V.	De iisdem Aquis singillatim,	24
CAP. VI	Quadam cirea calcis Preparationem observationes Physice,	29
SECTIO III.	De Astronomicis observationibus,	38
CAP. I.	De rebus Astronomicis, quæ anno 1667 discussæ fuerunt, ibid	
CAP. II.	De rebus Geometricis & Mechanicis,	39
CAP. III.	De Lunari Eclipsi quæ contigit die 26 Maii anno 1668, ubi descentia longitudinum.	41
CAP. IV.	De Hydrostaticis,	44
CAP. V.	Idem continuatur Argumentum,	47
CAP. VI.	De rebus Algebraicis, Geometricis & Mechanicis,	50
SECTIO IV.	De quibusdam observationibus Astronomicis anno 1669 fac- tis,	53
SECTIO V.	De rebus Physicis per biennium agitatis,	
CAP. I.	de quibusdam experimentis Physicis, annis 1668 & 69 in Aca- dem'a factis,	57
CAP. II.	De Analyti Plantarum generatim,	60
CAP. III.	De Botanica, seu de re herbaria, & de succi nutriti <i>ii</i> in plan- tis circuitu,	62
CAP. IV.	De Historia animalium,	66
CAP. V.	De Structura oculorum,	69

INDEX

SECTIO VI. <i>De Physicis experimentis,</i>	93
CAP. I. <i>De quorundam liquorum coagulatione,</i>	74
CAP. II. <i>Ejusdem argumenti continuatio,</i>	76
CAP. III. <i>De causis coagulationis,</i>	78
CAP. IV. <i>De rerum gravium descensu, & causis illius motus,</i>	80
SECT. VII. <i>De Physicis Experimentis que annis 1670 & 1671 factis sunt,</i>	87
CAP. I. <i>De animalium & plantarum Anatome,</i>	87
CAP. II. <i>De quibusdam experimentis Physicis,</i>	90
CAP. III. <i>Alia experimenta circa vim frigoris,</i>	
SECT. VIII. <i>De iis que acta sunt annis 1670, 1671, & 1672, queque ad Maribesim spectant,</i>	95
CAP. I. <i>De rebus Astronomicis,</i>	ibid.
CAP. II. <i>De rebus Mechanicis,</i>	97
SECTIO IX. <i>De rebus Astronomicis, que annis 1671 & 72 discussae fuerunt,</i>	101
CAP. I. <i>De Regio Observatorio,</i>	ibid.
CAP. II. <i>De Observationibus in Dania & Gallia factis,</i>	
CAP. III. <i>De Observationibus in America factis,</i>	107
SECTIO X. <i>De Physicis laboribus,</i>	108
CAP. I. <i>De Historie plantarum prodromo,</i>	111
CAP. II. <i>De Plantarum viribus indagandis,</i>	113
SECTIO XI. <i>De Historia Anatomica quorundam animalium,</i>	115
CAP. I. <i>De Historia animalium generatim,</i>	ibid
CAP. II. <i>Leonis, Leane, & Chameleontis Anatome,</i>	117
CAP. III. <i>Cameli, Ursi, Capre Lybica, & aliorum Historia Anatomica,</i>	120
CAP. IV. <i>Quarundam avium Historia Anatomica,</i>	126
CAP. V. <i>De Struthione, & de alia quadam ave Struthioni consimili,</i>	130
CAP. VI. <i>De Testudine,</i>	134

LIBER SECUNDUS, 137.

SECTIO I. <i>De rebus Physicis,</i>	138
CAP. I. <i>De rebus Anatomicis,</i>	ibid
CAP. II. <i>De Chymicis & Physicis laboribus,</i>	140
SECTIO II. <i>De rebus Mathematicis annis 1675 & 76 pertractatis,</i>	143
CAP. I. <i>De rebus Astronomicis,</i>	ibid
CAP. II. <i>De Libelle usu, & Mechanicis,</i>	146
CAP. III. <i>Varia machinarum genera persinguntur,</i>	151
SECTIO III.	

C A P I T U M.

SECTIO III. De Chymicis, Physcis, & Anatomicis annis 1676 & 77 suscep- tis,	154
C A P. I. De re Herbaria,	ibid
C A P. II. De aliis observationibus Physcis,	156
SECTIO IV. De Mathematicis,	159
C A P. I. De Astronomicis observationibus,	ibid
C A P. II. De Mechanicis, & Geometricis,	162
SECTIO V. De Physcis experimentis anno 1678 factis ,	165
C A P. I. De Botanicis & Chymicis ,	166
C A P. II. De Physcis observationibus ,	168
C A P. III. De rebus Anatomicis.	168
SECTIO VI. De Mathematicis ,	170
C A P. I. De Observationibus Astronomicis ,	ibid
C A P. II. De his quo ad Geometriam, Mechanicam & Opticam spec- tant ,	173
SECT. VII. De Actis anno 1679 ,	175
C A P. I. De Chymicis & Physcis experimentis ,	ibid
C A P. II. De aliis rebus Physcis ,	178
C A P. III. De rebus Anatomicis ,	179
SECT. VIII. De Actis anno 1680 ,	181
C A P. I. De Observationibus Astronomicis ,	ibid
C A P. II. Idem continuatur Argumentum ,	185
C A P. III. De Geometricis & Arithmeticis demonstrationibus ,	187
SECTIO IX. De Actis anno 1681 ,	190
C A P. I. De Anatomicis laboribus annis 1680 & 1681 susceptis ,	ibid.
C A P. II. De Physcis Experimentis ,	194
C A P. III. De iis que acta sunt , cum Ludovicus Magnus Academiam invisere dignatus est .	196
C A P. IV. De rebus Astronomicis ,	197
C A P. V. De rebus Geographicis ,	200
SECTIO X. De iis que acta sunt anno 1682 ,	203
C A P. I. De Physcis Experimentis ,	ibid
C A P. II. De rebus Astronomicis ,	204
C A P. III. De observationibus in Provincia fællis ,	206
SECTIO XI. De iis que acta sunt anno 1683 ,	201
C A P. I. De Chymicis laboribus ,	ibid
C A P. II. De Historia animalium ,	212
C A P. III. De rebus Physcis ,	214

INDEX

CAP. IV.	<i>De rebus Astronomicis,</i>	216
CAP. V.	<i>De iis que ad Geographiam spectant,</i>	219
LIBER TERTIUS,		
	<i>De iis que acta sunt ab anno 1684 ad annum 1692,</i>	223
SECTIO I.	<i>De iis que acta sunt anno 1684.</i>	224
CAP. I.	<i>De Physicis & Chymicis experimentis,</i>	224
CAP. II.	<i>De Historia animalium,</i>	227
CAP. III.	<i>Astronomica,</i>	229
CAP. IV.	<i>De Tabulis Geographicis, necnon de Algebra, & Geometria,</i>	233
SECTIO II.	<i>De Actis anno 1685,</i>	234
CAP. I.	<i>De Physicis observationibus,</i>	ibid
CAP. II.	<i>De rebus Astronomicis,</i>	236
CAP. III.	<i>De Mechanicis & Hydrostaticis,</i>	239
SECTIO III.	<i>De iis que anno 1686 acta sunt,</i>	241
CAP. I.	<i>De Physicis & Chymicis experimentis, ac de Historia animalium,</i>	241
CAP. II.	<i>De rebus Astronomicis & Mechanicis,</i>	244
SECTIO IV.	<i>De Actis Academicis, anno 1687,</i>	246
CAP. I.	<i>De Plantarum Analysis, & Chymicis laboribus,</i>	ibid
CAP. II.	<i>De rebus Anatomicis, & Historia animalium,</i>	248
CAP. III.	<i>De rebus Physicis,</i>	249
SECTIO V.	<i>De iis que acta sunt anno 1688,</i>	251
CAP. I.	<i>De Chymica analysi,</i>	ibid
CAP. II.	<i>Anatomicas,</i>	253
CAP. III.	<i>De rebus Physicis,</i>	255
CAP. IV.	<i>De rebus Mathematicis,</i>	256
SECTIO VI.	<i>De Actis anno 1689</i>	258
CAP. I.	<i>De Physicis experimentis,</i>	ibid
CAP. II.	<i>De Historia animalium,</i>	259
CAP. III.	<i>De Mathematicis,</i>	262
SECT. VII.	<i>De Actis anno 1690,</i>	263
CAP. I.	<i>De rebus Physicis, & Historia animalium,</i>	263
CAP. II.	<i>De iis que ad Matthesim spectant,</i>	266
SECT. VIII.	<i>De iis que gesta sunt anno 1691,</i>	272
CAP. I.	<i>De Physicis observationibus,</i>	ibid
CAP. II.	<i>De iisque ad Anatomiam & Historiam animalium spectant,</i>	274
CAP. III.	<i>De Mechanicis,</i>	275

SECTIO I. <i>De Actis anno 1692,</i>	282
CAP. I. <i>De rebus Anatomicis,</i>	ibid
CAP. II. <i>De Physicis observationibus;</i>	285
CAP. III. <i>De Chymicis laboribus,</i>	287
CAP. IV. <i>De Astronomicis observationibus;</i>	288
CAP. V. <i>De Geometria, & Mechanica,</i>	291
SECTIO II. <i>De Actis Academicis anni 1693,</i>	293
CAP. I. <i>De Physicis observationibus,</i>	294
CAP. II. <i>De Botanicis & Chymicis,</i>	297
CAP. III. <i>De rebus Anatomicis,</i>	3 ¹
CAP. IV. <i>De rebus Mathematicis,</i>	306
SECTIO III. <i>De rebus Mathematicis anno 1694 pertractatis,</i>	3 ¹ 8
CAP. I. <i>De Astronomicis,</i>	3 ¹ 9
CAP. II. <i>De Geometricis,</i>	310
SECTIO IV. <i>De Physicis & Chymicis, & Anatomicis,</i>	
CAP. I. <i>De Physicis & Chymicis experimentis,</i>	312
CAP. II. <i>De rebus Anatomicis,</i>	315
CAP. III. <i>De variis visus affectionibus,</i>	316
CAP. IV. <i>Quædam visus Phenomena proponuntur,</i>	322
SECTIO V. <i>De Botanica,</i>	326
CAP. I. <i>De veris Botanica principiis generatim,</i>	ibid
CAP. II. <i>De plantarum in genera divisione,</i>	329
CAP. III. <i>De generibus in certa classes redactis,</i>	331
CAP. IV. <i>Idem continuatur Argumentum,</i>	334
CAP. V. <i>De stirpium natura & usu,</i>	336
SECTIO VI. <i>De Actis anno 1695,</i>	350
CAP. I. <i>De Physicis quibusdam observationibus,</i>	ibid
CAP. II. <i>De Plantarum analysi,</i>	343
CAP. III. <i>De Spiritu acido,</i>	346
CAP. IV. <i>De quibusdam aliis experimentis Chymicis,</i>	348
CAP. V. <i>De rebus ad Anatomen & historiam animalium pertinentibus,</i>	
350	
CAP. VI. <i>Rerum de rebus Anatomicis,</i>	355
CAP. VII. <i>De rebus Geometricis, Mechanicis & Hydrostaticis,</i>	360
CAP. VIII. <i>De rebus Astronomicis,</i>	362
CAP. IX. <i>De Dioptrica & Architectura,</i>	366
SECT. VII. <i>De Actis anno 1696,</i>	390
CAP. I. <i>De pondere aeris,</i>	371

INDEX CAPITUM.

CAP. II. <i>De claterio aëris,</i>	373
CAP. III. <i>De quibusdam flamma Phænomenis, & aliquot observationibus Chymicis,</i>	376
CAP. IV. <i>De Chymicis aliis laboribus,</i>	380
CAP. V. <i>De sale Ammoniaco,</i>	382
CAP. VI. <i>De quibusdam aliis Experimentis,</i>	384
CAP. VII. <i>De Botanicis & Anatomicis,</i>	386
SECT. VIII. <i>De rebus Mathematicis,</i>	390
CAP. I. <i>De Astronomicis,</i>	ibid
CAP. II. <i>De solsticio hiemali,</i>	393
CAP. III. <i>De Geometricis,</i>	396

Extrait du Privilege du Roy.

Par Lettres patentes données à Versailles le 21 jour de Juin 1698, signées BOUCHER, & scellées : Il est permis à ESTIENNE MICHALLET Imprimeur ordinaire du Roy, d'imprimer ou faire imprimer un Livre intitulé, *Regia Scientiarum Academia Historia*, pendant le temps de huit années consécutives : Avec desfenses à toutes personnes de quelque qualité & condition qu'elles soient, de l'imprimer ou faire imprimer, à peine de trois mil livres d'amende, confiscation des Exemplaires contrefaits, & autres peines portées par lesdites Lettres de Privilège.

Registre sur le Livre de la Communauté des Imprimeurs & Libraires de Paris. Signé, C. BALLARD, Syndic.

Achevé d'imprimer pour la première fois le 14 Aoüst 1698.


Approbation de Messieurs de l'Academie.

L'Academie Royale des sciences a jugé à propos d'un commun consentement que l'on imprimast le Livre de Mr Du Hamel cy-devant Secrétaire de ladite Compagnie, intitulé *Regia Scientiarum Academia Historia*. Fait en l'Assemblée ce 2 Aoüst 1698.

FONTENELLE Secrétaire de l'Academie Royale des Sciences.

ERRATA.

Pagina,	linea;	errores,	correcti.
9	5	Tornicellum,	TorriceLLum.
9	18	dillinctus,	distictus.
11	17	ditigere,	digerere.
15	6	varios,	varias.
17	2	adjectam,	adductam.
24	9	domatur,	donatur
53	SECTIO IV. <i>De quibusdam observationibus Astronomicis.</i>		
36	34	occurrit,	excurrit
38	3	aprati,	ad de ope,
53	C A P U T. I. <i>delendum.</i>		
62	10	qui,	quod
63	2 & 27	caulis, ut	c.aulis, aut
73	23	expressioni,	impressioni,
79	32	Autori. ex	delendum punctum
198	33 & 38	& Lunam,	& terram
125	6	qui, comparati,	quæ, comparata
164	33	ad libram,	ad libellam,
275	18	mali aurei,	aureæ
281	8	erat,	eset
294	4	limbum	limbus
313	37	Armeniæ,	Arverniæ
369	5	Architectura,	Architecturæ
ibid.	39	At cum,	delendum
972	lin. ult.	loco suo motæ	
384	12	præbere,	præbet.



R E G I A E SCIENTIARUM ACADEMIÆ H I S T O R I A . L I B E R P R I M U S .

ANTE omnia de ipsius Academiat Institutione dicendum nobis est , tum quæ unoquoque anno acta sunt , vel ex cogitata , singulatim & ex ordine persequemur .



S E C T I O P R I M A .

*De Academiat Institutione , ac de iis quæ exeniente anno
1666. gesta sunt.*

HOc loco quæ rationes Ludovicum Magnum impulerint , ut hunc Eruditorum Cœtum aggregaret ; deinde quæ fuerint prima hujus Societatis exordia , tum quæ laborum & exercitationum fuerit forma proposita , & quasi delineata , ac demum nascentis Academiat primordia breviter exponemus

C A P U T P R I M U M .

*Quæ rationes moverint Regem Christianissimum , ut Scientiarum
Academiam institueret.*

I. **P**AX Galliam inter & Hispaniam anno 1659 constituta præter alios benè multos hunc attulit fructum , ut bonarum Artium studia acriora quam usquam antea excitaret . Jam Eruditorum Cœtus frequentiores celebrati cœperunt , qui cogitata sua & inventa inter se conferrent : quo quidem nihil utilius perficiendis artibus & promovendis disciplinis fieri potest .

A

ANN. 1666. Nostra quidem hac ætate in Gallia, Italia, Anglia & Germania complures prodierunt Academæ, non ex omnibus præmittebat, sed ex triuatis & delectis viris conflatae, quæ humanioribus literis, & exquisitis disciplinis perpoliendis magno fuerunt adjumento. Sed hoc unum plenique detinuit, ut suprema auctoritate & Principum liberalitate murmurant.

Utrumque Scientiarum Academia Regis Invictissimæ urticentâ est consecuta. Nam sanctio cum Hispania pacis tædere fibig' onulo & subditis perutili, Rex Christianissimus cutas omnes & cogitationes suas ad regni administrationem, & populis suis felicitatem procurandam convertit; ac pri-
mum morbis omnibus quos grave diuturnumque bellum invexerat, medeti
voluit, tum imperio suo tot viatoris aucto literatum & scientiarum splen-
dorem adjicere cogitavit.

Eam porto tutissimam præclaris artibus promovendis rationem fore judi-
cavit, si Societatem ex doctis & selectis viris congregaret, qui collatis in-
ter se studiis & inventis multè majores progressus facerent, quam si in
sui quisque arte aut scientia scotum elaboraret.

Hanc Academiam non tantum eo nomine utilem fore existimavit, quod
fructuosa & novis inventis ferax futura esset, sed vel ex eo maximè, quod ab
aliis excogitata, quæque ex publico usu esse poslunt, diligenter expendens,
illud impium caveret, ne sumptus inutiles in probandis singulorum in-
ventis insumerentur. Nam sape evenit ut ingeniosos homines inventionis calor
decipit, quæque incurunt difficultates non intento satis animo perspiciant.
Quin etiam cogitationes suas interdum ea veri specie sic obducunt, ut dif-
ficillimum sit verum à falso secerere, nisi aere & severum peritorum ju-
dicium accesserit. Sed ubi quæ proposita sunt, accurato subj. Et si fuerint ex-
amini, tum de execuione ipsa, & de eorum usu facilius poterit judicari; ac
de munere necessarii sumptus iis perficiendis tutius suppeditantur, qui non ra-
ro majores sunt quam privatorum vites ferre possint. Atque hoc accuratum
& diligens examen hoc utilius futurum est, quod Autores ipsi privilegiis
sibi concessis plerumque abutantur, dum alios subinde in societatem non
sine magno ictorumque damno inducunt. Id quoque probè noverat Rex sa-
piensissimus non aliam excogitari posse artibus & disciplinis promovendis ra-
tionem magis idoneam, quam si veterum cogitata experimentis, & velut
oculis ipsiis subjecerentur, ac subinde novis & utilibus inventis, quæ sunt
aeriotum meditationum fructus, augerentur, que ratio nunquam hactenus
tentata est, ne ab iis quidem Principibus, qui bonas artes majori studio
coluerunt. Hoc feliciter Ludovico Magno sicut propositum, cum de instituen-
da Scientiarum Academia excogitavit.

II. Placuit minitum Christianissimo Regi ejus rei, quam mente concepe-
rat, atque è publica utilitate futuram judicaverat, executionem ipsam illustrissi-
mo vita D. Coldeit demandare. Hunc ante aliquot annos inter principios
regni suis ministros selegerat, illiusque accettum judicium, item & di-
ligentiam incredibilem in administratione Ætarum, & in præclaris quibus-
que publicæ rei muneribus perspecta habebat & cognita. Magno is quoque
Attum & scientiarum promovendarum studio ardebat, omnino persuasus
eas inter principia regni ornamenta & publicæ felicitatis instrumenta cen-

seri; neque aliud esse majus & illustrius florentis imperii indicium, quam si litteris ut armis honor habeatur.

III. Huic igitur perillustri viro Rex maximus id muneris dedit, ut rem ipsam executioni mandaret. Is adeo cum doctis & perspicacis ingenii viris in iusto consilio statuit eam Societatem ex viris qui in Physicis & Mathematicis disciplinis essent versatissimi, cogi oportere: sic tamen ut singuli unam ex iis præter ceteras coarent, reliquas non omitterent. Id enim persuasum habebat Vir eximus eas disciplinas ita inter se esse connexas & consertas, ut difficilimum sit quemquam vel in una ex iis excellere, nisi alias quoque non leviter attigerit. Huic etiam nonnulli auctores fuerunt, ut Academia non ex Geometris modo & Physicis, sed etiam ex iis constitueret viris, qui à politioribus Litteris, & ab historia imprimis essent instructi. Quid utique vehementer approbavit; simul id constituit, ut Geometræ & Physici Mercurii & Sabbati diebus, die quidem Mercurii separatis, die Sabbati unde convenirent eum in locum Regiæ Bibliothecæ ubi exstant Libri de his disciplinis conscripti,

Consimili ratione qui historiæ dabant oportam, Lunæ & Jovis diebus eò se reciperent, ubi historici Libri continentur. Qui denique in politioribus Litteris, Grammaticis nimis, Poëticæ & eloquentia studium suum posuerant, hi diebus Martis & Veneris simul aggregarentur: ac demum ut die Jovis cuiusque mensis primo omnes illa societas unà coarent, ubi ab iis qui in unaquaque Academia designati fuerant, (Secretarios vocant,) ut res discussas & dijudicatas scriptis mandarent: relatione facta in generali illo congresu unicuique licet, quæ sibi difficultiora viderentur proponere ex tempore solvenda. Quod si maiores essent difficultates quam ut statim dissolvi possent, ac subinde metuendum foret, ne una vel altera objectio tempus omne congresus absumeret, tum quæ contra dicerentur scriptis proponenda & eorum rationes diluenda: quod hæc sit ratio & brevior & tuitor veri dijudicandi. Ubi iis esset abunde satisfactum, aut nihil occurseret, quod merito opponi posset, tum quod propositum fuerat, ut totius conventus judicium haberetur.

I. V. Hæc prima fuit Academiæ instituendæ forma designata, quæ in escitu diu permanere non potuit. Nam in ortu suo statim ob certas rationes ea fuit extincta quæ historiæ illustrandæ gratia fuerat constituta. Cum enim historia & Ecclesiastica maximè cum Theologicis questionibus, insuebat imprimis quæ ad publicum Ecclesiæ regimen spectant, arctissime conjunctæ videbatur, atque ex iis quæ sunt facti, persæpe quæ juris sunt deducantur, periculum erat ne ille doctorum hominum congresus quos minime opus erat, offendiceret.

Nec diutius stetit eorum conventus qui politioribus litteris dabant operam, sed feliciorē tamē habuit exitum. Cum enim majori ex parte iis essent Franciæ Academiæ socii, Gallicæ linguae peritissimi; eumque primus hujus Academiæ auctor temporum Iepsi plurimū describuisset, adeo ut jum pene deserta & interiti proxima videtur, nonnulli ex iis quos D. Colbert selegerat, sua societatis amore ducti, quam pene neglectum cernebant, auctores illi fuere, ut eandem benignitatem & curam in veterem

REGIÆ SCIENTIARUM

4

ANNO Academiam conferret, quam huic novâ societati tribuebat, neque id opus 1666. esse ut diversi cœtus iisdem de rebus cogerentur, præsertim cum iisdem utramque Academiam componerent: nec dubitabant, quin illa Academia pristinum suum splendorem recuperaret, si Rex Maximus eam sua benevolentia suoque præsidio complecti dignaretur. Consilium illud homini prudenter non probari non potuit, qui ad restituendam & sustentandam illam Academiam animum adjunxit, ac paucis post annis cum illustrissimus Seguierius Francia Cancellarius diem suum obiussit, Ludovicus Magnus hanc Societatem in suam clientelam accepit, quod illi quasi novum ortum dedit. Quin & D. Colbert in hujus corporis Societatem aesci non recusavit, & interdum cœtibus adesse, ita ut nunquam majore in honore aut splendore fuerit illustris hæc Societas.

V I. Atque hunc habuit exitum humaniorum litterarum Schola, ut vocant Græci, eaque cum Academia Francica confusa est; adeo ut Geometrarum & Physicorum Academia sola persistet, quæ primævam sui ortus vim & robur semper retinuit, nec de pristino suo studio quicquam remisit.

Ac Mathematici quidem primi sex aut septem ad summum convenere mense Junio anni 1666. Hi potro erant D. D. Careavy, Hugens, De Roberval, Frenicle, Auzoult, Picard & Buot. Atque ea fuit prima hujus Academiæ institutio, quæ ex Geometris pene solis adhuc constabat.

C A P U T I I.

De primis hujus Academiæ exordiis.

I. **H**oc omnibus Academiis quæ nostra hac ætate in tota pene Europa sunt instituta, propositum fuit, ut Physicam & disciplinas quæ ex ea fluixerunt, observationibus & experimentis non temere & casu, sed certa ratione & consilio factis subinxam illustrarent. Nullos enim progressus faciet nobilis illa Scientia, quandiu ratio ab experientia divelletur, aut vagis quibusdam & confusis notionibus contenti circa verborum pugnas hærebunt; cum denique systemata ad libidinem efficiat velut fundamenta huic scientie substernentur. Nam genuina Philosophia naturalis principia sunt observationes & experimenta. His utique, ut alio loco monimus, si destituantur, vaga erit & incerta. Ratio quippe sine experientia & sibi uni telicta velut navis sine gubernatore fluctuat, ac vicissim experientia cui ratio non prælucet, cœca est & inconsulta, nec quicquam sere utile procreat.

I I. Ea quidem mente, eo consilio Ludovicus Magnus Academiam formare statuit ex viris nimirum fama & nomine jam cognitis, iisque non eruditis modo, sed quod maius est, expertis conslatam, qui multa legissent & vidissent, quique nulli sectæ velut jurati essent addicti, quos omnine disciplinatum genus oblectaret quidem, sed unam tamen ex iis præceceris coherent. Hos diligendi Domino Colbert cura, ut diximus, à Rege sicut demandata. In quo quidem idem judicium & eamdem diligentiam,

qua in maximis rebus uti solebat, adhibuit. Ac præter eos qui à nobis sunt nominati, quique ad Mathesim imprimis animum adjunxerant, hos elegit qui phycis in rebus excellere magis videbantur, D. de la Chambre Medicum Regis ordinarium, D. Perrault in omni genere Scientiarum naturalium præstantem, D. D. Du Clos & Bourdelin in Chimia laboribus valde exercitatos, D. D. Pecquer & Gayen Anatomiae petitos, D. Marchant in Botanicis imprimis versatum. Paucis ante mensibus eodem me honore affererat, atque ut loquuntur, Secretarium Academiæ designaverat, ut quæ proponerentur, scriptis exciperem, & in Commentarios referrem: utrÿque & Geometris & Physicis adjunxerat juvenes ingeno & scientia praestantes, D. D. Niquer, Couplet, Richer, Pivert, d'Avois & alios quosdam pereruditos, qui postea publicis operibus magna cum laude præfuerunt.

III. Die 22. Decembris anni 1666. duæ illæ Societates in unam coalevere, ac Geometræ simul & Physici in aulam Regiæ Bibliothecæ convenierunt, ubi D. de Carcavi quæ cœlet Regis voluntas exposuit, quo consilio eos convocaslet, nempe ut omnes summo studio & cura in promovendis his disciplinis elaborarent, ob id maximè à D. Colbert delectos fuisse, vt aliquid ad publicam utilitatem & Regis gloriam spectabile efficerent.

In eo congressu deliberatum fuit utrum ex Physicis & Mathematicis una & eadem, an duplex Societas coalesceret, an utique unâ, aut separatim convenienter. Omnium pene ea fuit sententia ambas Societates, quæ sibi mutuas præstant operas, separari non oportere. Qui enim in Mathematicis disciplinis præcellunt, iidem fere à Philosophia naturali sunt instruti, ac Geometrarum accurata & solida concludendi ratio nusquam utilior videtur, quam Eruditorum Societati, ubi facile à proposito abduci, & conjecturis tanquam demonstrationibus vis & pondus addi solet. Ex priori bus Geometria probat infrequentia, ex certis incerta. Apud eos illud est capitale in Paralogismum incurtere; simplicior demum hæc est & severior docendæ veritatis ratio: nam ad veritatem nititur, non ad ostentationem.

2. Ea est inter Physicam & Mathesim cognatio, ut unam ab altera se Jungi non oporteat: nam motuum leges & gravium descensus, aëris & aliorum corporum vis elastica, luminis reflexio & refractio, quidquid denum ad visum pertinet, vel auditum, Mundi sistema, corporum cœlestium motus, atque id omne quod Staticam spectat, animalium organa ad leges mechanicas aptata, ne vix quidem possunt sine aliqua Mathesos cognitione percipi. Nec fere alia ratio afferti potest cur Physica tot retro saculis velut effœta & sterilis permanserit, ac nullos pene fecerit progressus, quam quod Mathematicæ disciplinae ab iis qui Physicam coluerunt, pene negligētæ fuerint. Ac nostri quidem etate qui Physicæ majora attulerunt incrementa, iidem Mathesi imprimis exculti fuerunt, ut Gahleus, Galenus, Cabalus, Cartesius, Honoratus Fabry, ut alios pene innumerabiles omittam, tum eos qui vivere desirunt, tum etiam complures qui adhuc vivunt, & Philosophiam naturalem plurimum auxerunt.

ANN. I V. Quam breui id cœniatum consensu fuit constitutum, ut omnes cùm 1666. Geometræ, tam Physici bis in unaquaque habenda uita convenient: sic tamen ut die Mercian quæ ad Mathem, dñ. Sabbati quæ ad Physicam spectant, tr. statentur. Illud eodem quoque die statutum, ut quæ in Academia gerentur, non v. lga. stat, nisi hoc ip̄s in factu dñm ea judicaret. Quid utique cùm per se æquum est, tum in empi sodalitio & societate obtrivindim. Cum autem vix illud consequi licet, ut nemo unus ex multis qui unâ congregantur, nova & cognitione digna in cœtu ipso proposita amicis & familiaribus impartiri non amet, sâpe evenit ut quæd m. felicitate inventa & longiori silentio tecta ab aliis evulgata fuerint; sive eadem excogitarint, quod non raro accedit hac potissimum ætate, cum omnes eruditæ in perficiendis artibus & disciplinis tanto studio elaborent; sive in eodem argumento feliciter versati ea sit mentis celeritate & ingenii solertia, ut leviter admoniti artificium omnia alieojus machinæ, aut quodvis aliud statim percipiant, & melius interdum excogantur, quam in ipsi qui eamdem primi excogitarunt. Quod Galileo evenisse in præclara Telescopii inventione fugit neminem. Cum enim in familiari colloquio à viro nobili accepisset Batavum quemdam in Mathematicis rudem sic duo aptate vitra, ut res objectas & mijores & distinctiores cerneret, ut erat perspicaci ingerio & in Dioptrica apprimè versatus, quo id fieret modo, statim animo complexus, quod casu & temere ab alio inventum fuerat, ratione duce pene ad summum perduxit. Nam vitra sic exopoliri jussit, idonea figura donati, ac tubo aptati, ut Jovis satellites, phæses Veneris & innumerabiles in via lactea stellulis primus deprehenderit.

V. Non illud quidem permagni refert ad publicam utilitatem id nosle quis primus præclaris alicujus inventi Auctor fuerit, dummodo magna hinc in publicum minent commoda: æquum tamen videtur ut quantum fieri potest, iis ipsis honos habeatur, qui res novas & utiles primi excogitarent. Nobile illud novis inventis & operibus scientias ornandi studium, quo nostri hujus seculi seruent ingenia, & laudabilis inter eruditos, imo & inter diversas nationes æmulatio, mirum quantum ad promovendas disciplinas confert, dummodo intra eum consilii modum, quicunq; ratio & honestas præscribunt: ac nescio an quicquam aliud eruditorum cœtus magis commendet, & utiliores efficiat: hic enim sublata æmulatione Academiarum magna ex parte languescunt, ac nihil fere utile præferunt.

Sed ea quam diximus adhibenda est moderatio, que si absit, cœtus illi in vanas & molestas contentiones degenerant. Idque in publicis cœtibus, ad quos omib; sine discriminâ patet aditus, sâpe contingit: iuri enim difficultatum est omnem vitare confusionem. Nam disputationis astu abrupti, non tñm veritatis, quam Victoria studio tenentur: ita persepe, pudor, deformis prettinacia nos transversos agunt, ac tenebras effundunt animis, non eos veritatis luce compleant.

VI. Postremò hi conventus consimendi otii causa cum voluptate quadam migis instituti videntur, quam ut aliquid generi humano utile reperiatur; non enim iidem eruditæ coconveniunt, sed alii asque alii, ut libitum est. Unde difficultate est ullum ibi argumentum accuratè & diligenter per-

tructare. Hoc tamen commodi afferum, ut multis subinde qui id sibi facile persuadent nihil utile, nihil honeste dignum in rerum naturalium investigatione insit, gustum quedam, ut ita dicam, bonarum artium irgerent. Quin & cum abstergent rubiginam quæ in scholis interdùm contrahitur, ubi vehemens animorum contentio parit molesti in contradicendi libidinem, cumque circa questiones vagas aut voces barbaras occupantur, nunquam ad res ipsas & experimenta descendunt. Quanquam exercitationes illæ scholasticae aut ad forum parant adolescentium ingenia, aut ad alias vita functiones, in quibus vita civilis versatur, qua profundas Geometratum speculationes, aut nimis reculam mysteriorum naturæ cognitionem non postulant.

VII. Quocirca illud fateri bona fide cogimur, publicos congressus sua quidem utilitate non carere, sed eos nihil aut parum confitire posse ad ea quæ Rex invictissimus sibi proposuit, ut patet, exequenda, nempe ut promovantur artes & scientiæ naturales: adeò ut non mediocres inde fructus in publicum deriventur. Non enim hoc loco agitur de ingenii sui aut eruditioñis cestigatione, sed de iis inventiis quæ publicæ utilitatì serviantur. Quæ ab aliis fuerunt inventa, justo & levcro examini sunt subjicienda, ut nova autoritate muniantur ciebræ & accuratæ observationes, experimenta demum facienda quæ certa ratione fieri debent, non temere aut inconsultè. Hoc enim non experti, sed palpare est in tenebris atque in rebus parvi momenti tempus & operam consumere.

VIII. Ne illud quidem inficiamur publicos illius Studitorum congressus qui primum apud illustrissimum Monmorii in bellorum supplicum Magistrum, tum apud D. Thevenot sunt celebrati, plurimum momenti attulisse naturalibus disciplinis promovendis: cò conveniebant doctissimi qui que, & si quid recens inventum fuisset, diligenter & accuratè expendi solebat. Complures viri qui postea & scriptis & præclatis inventis illustres fuere, & Galli & exteri eò frequentes veniebant. Atque ut alios omittam, Steno tum adhuc juvenis, postea Episcopus ibi industriam & eruditioñem suam in rebus anatomicis primum exhibuit; ac nescio an illorum cœtuum occasione celeberrimæ Academiæ brevi post tempore in variis Europæ regionibus non fuerint proscimmatæ.

IX. Nam ut rem ipsam ab altiori repetamus exordio, jam ante quinquaginta annos irgenio & doctrina præstantes viri, qui Mathesim & Physicam imprimis coluerant, non una & certis diebus, sed cum libitum erat, apud P. Mersennum conveniebant, & inter alios conspiciui erant Gassendus, Cartesius, Hobbesius, Robervallius, Paschalis uterque parent & filius, Blondellus & alii. Hos utique separatim rogabat Mersenus ut professum aliquod problema expenderent, aut experimenta quædam certo fine aut consilio facerent. Et quidem ex disciplinæ quæ ex Geometria & Physica permisstæ, quæque ad vita huminæ cultum sunt utiliores, & majori voluptate animum compleant, nunquam alias magis excusatæ videntur.

X. Ac meriù dubitari potest an ulla alia artes plures ingenio & eruditioñe præstantes extulerit viros, qui Physicam, Anatomen, Mathesim,

A. N. vel puriorum , vel Physicæ admistam majore studio & animi contentione
 1665. coluerint , quām ætas illa magnis ingenii ferax . Tum enim in Italia ad-
 huc in vivis erat insignis ille Mathematicus & Philosophus Galileus Ga-
 lilei , qui brevi post tempore diem suum obiit ; tum ejus Successor flo-
 rebat Torricellus , ut taceam de Cavallerio , Cabeo , Scheinero , & aliis
 bene multis . In Gallia præter eos quos appellavi habebant Cartesius , Gassen-
 dus , Fermat Senator Tholosanus , Bachet , Desargues , & in Anglia præ-
 ter insignes Geometras , ut Baronem Neper qui Logarithmos primus in-
 verit , eodem fere tempore Guillermus Huygens Regis Angliae Archiater ,
 qui sanguinis circuitum primus omnium , vel excoigitavit , vel item & in-
 concordis rationibus sic demonstravit , ut qui consecuti sunt vix quicquam
 addiderint , tum eximium de animalium generatione libellum edidit in lu-
 cem . Tam præclara inventa peritiores ubique fete excitatunt Medicos ut
 anatomen novis observationibus illustrarent . Brevi post tempore in Gallia
 D. Peccquet commune Chyli receptaculum & canalem Thoracicum feliciter
 detexit . In Dania Thomas Bartholinus vasa lymphatica , Vvarthonius An-
 glus quosdam ductus salivales , quos Steno alhuc juvenis innumetis aliis
 postea deprehensis accuratiū exposuit . Omitto alia quamplurima , quæ
 clariss . Marcellus Malpighius qui nuper ē vivis excessit , cum esset Summi
 Pontificis Innoc . XII . Archiater , in omento , corde , cerebro observa-
 vit quæque universam medendi artem non mediocriter auxerunt .

X I . Ex Anglis maximè qui præ ceteris in rebus anatomicis elaborarunt ,
 quod primi omnium sanguinis circulationem reperissent , quidam certas
 corporis partes acutatiū examinandas suscepserunt , ut Vvarthonius cor-
 poris glandulas , Glissonius jecut , Vvillis cerebrum & nervos , Lovver cor
 ipsum & illius motum , ac novis subinde inventis hanc scientiam sic lo-
 cuperatarunt , ut Anatomia ex qua medendi scientia pene universa pendet , ma-
 jora tum ceperit incrementa , quām unquam antea : adeo inter eruditos
 valet æmulatio , ut in proverbis artibus & disciplinis nulla res plus
 possit .

X II . Sub finem dominationis Olivarii Cromvelii complures viri nobi-
 les quibus & hæ disciplinæ cordi erant , quique magna ex parte Galliam
 & Italiam peragrabant , atque Eruditorum cœtui apud D. D. Monmort &
 Thevenot interfuerant , Oxonii unà convenerunt , qui de rebus physiis
 inter se conferrent , & varia facerent experimenta . Præterquam enim ea-
 rum disciplinarum quas in dies perpoliti cœrabant , studio tenebantur , illud
 quoque vel maximum accedebat , quod legitimo suo Regi addicti ini-
 manus tutum iis videretur domi suæ quietos agere , quasi præserti retum sta-
 tu minus contenti opportunum tempus tyanni jugum excutiendi expecta-
 rent . Ea ratione minui posse periculosa Cromvelis de se suspicionem , si
 his studiis se dederent , quæ tranquillitatem animi ac securitatem postulant .

X III . Hoc genere exercitationis delectati in eo permanserunt , ac Socie-
 tas eorum paulatim aucta est , dum sub Catolo II . m gæ Britannia Re-
 ge , quem eatum disciplinarum studium imprimis oblectabat , in unum cor-
 pus Londini coaserunt . Tunc enim regia Societas Anglicana Regis ipsius
 autoritate fuit constituta , & suis privilegiis instruxta .

Jam , ut diximus , in Italia plures erant Academias quæ ad politiores litteras , & ad ea quæ sunt vita civilis officia , magis spectabant , quam ad disciplinarum augmentum . Excipienda tamen illustris Academia Florentina quæ serenissimi Magni Hetruriæ ducis autoritate fundata magnos extulit viros , ut Galilæum Tornicellum , Borellum Redi , Bellinum &c. Neque alibi fere quam in Scholis publicis Philosophicæ & Mathematicæ disciplinæ docebantur . Qui in observationibus & experimentis faciendis studium suum & operam ponebant , sese invicem invicem contenti , aut per Epistolas quoddam inter se commercium inire , quæ occurrerant difficultates , aut solvenda problemata sibi mutuo proponere , aut si quid observatione dignum foret , alios subinde admonere , quid sibi iis de rebus videretur , quid animo cogitassem , ultro aperiebant . Quod liquet ex Epistolis Gasendi , Cartesii , Mersenni , ex vita Peireschin . Hi utique inter præcipuos nostri hujus saeculi viros numerantur , qui in Gallia experimentalem Philosophiam promoverunt , uti & iisdem temporibus Franciscus Baco Angliae Cancellarius , qui formam instaurandæ scientiæ naturalis & certis observationibus confitmandæ primus delineavit , cumque , ut ipse ait , pene solus esset totius regni negotiis distinctus , is tamen omnes Philosophiæ partes non mediocriter illustravit .

XIV. Quod si Ludovicus magnus Regiam Scientiarum Academiam contumè instituisset modo , quo Cardinalis Richelius Academiam Francicam , aut Carolus II. Anglicam Societatem , ac privilegiis quibusdam eam ornare , impendiis faciendis certum destinare fundum contentus , magna sane illi haberetur gratia . Sed is non modo hanc fundare voluit , aut necessarios experimentis & observationibus faciendis suppeditare sumptus , verum etiam placuit illi suæ liberalitatis ac benevolentiae testimonii eos cumulare , quos huic Societati certo judicio & delectu adjunxit , ut in eam cogitationes suas & cutas omnes conserrent . Quidque mirandum magis est , bella quantumvis acerba nihil de regia munificencii detraxerunt , ne his quidem postremis annis cum tota pene Europa adversus Galliam conjurasset .

C A P U T III.

Physicarum exercitationum primæ delineationes proponuntur.

I. **N**unc ad ea veniamus in quibus Academia potissimum se exercuit , & etiamnum se exercet . Hoc enim præcipuum est hujus Historiæ argumentum , idque maxime à nobis expectati crediderim . Ac primum quidem vitandæ confusionis causa de Physicis & Mathematicis laboribus separatim sic dicendum est , ut rerum potius quam temporum sciem persequamur . Illud quoque admonendum , hoc nobis esse propositum , non ut integros de Anatomia , Arte Chimica , aut de aliis disciplinis libros conscribamus , sed tantum ut ea mandemus litteris quæ ad Academias Historiam pertinent , quos illa progressus fecerit , quæ demum unoquoque anno fue-

ANNO. sint designata, que perfecta exponamus. Neque in eo laborandum nobis 1666. est ut omnes Commentarios aut Tabularia exhaustiamus, quod longum es-
seret, nec publici saporis: non enim his de rebus magna volumina ferre
ætas nostra potest. Sed priusquam omnes Academæ labores sigillatim &
excitationes explicentur, quid illi propositum maximè fuerit, quamque
tenuerit viam in unaquaque disciplina pertractanda, ante intuendum no-
bis est.

Atque ut à Physicis rebus ordiamur, vir cum viveret ingenio & omni
generi eruditioris præstans D. Perrault, qua ratione due ille Philosophiae
naturalis partes, que eruditorum studia imprimis ad se convertunt, Anato-
miae & Botanica tractandæ sint, breviter exposuit, atque Anatomie pro-
movenda eam velut formam delineavit. Anatomicas observationes dupli-
cis esse generis primùm admonuit: alix enim ad organorum structuram &
conformatiōnēm referuntur, alia in usu organorum & eorum functioni-
bus exquirendis versantur: ex organorum fabrica usus perspece & actiones,
ac vicissim ex usu & functionibus organa ipsa deteguntur.

II. Quocirca eo omnis Anatomica indagatio spectat, ut ex organis jam
notis usus incogniti, & ex perspectis functionibus instrumenta his aptata
innotescant. Multis in hanc rem prolati exemplis tum organorum, quo-
rum usus adhuc sunt in occulto, ut lienis, pancreatis, glandularum, que
atrabiliare, aut renes succenturiati dici solent; tum actionum, qua cum
sint manifestæ, ex organis nondum satis bene perspectis oriuntur: cuius ge-
neris fortè est lactis generatio, & sanguinis ipsius confection: tandem id
concludit, hinc ampliæ excitationibus Academicis materiem substerni, at-
que ea insistendum methodo, qua in rerum pene omnium investigatione
utimur, sensu nimirum vel ratione, ac sèpius utrumque esse adhibendum.
Quamvis enim corporis humani notitia ex accurata omnium partium sepa-
rationione, & ex aspectu ipso pendeat, non soli tamen oculi judices sunt ca-
in re satis idonei, nisi rationis accedit judicium: secus vix de usu partium
qua detectæ fuerunt quicquam certi decerni potest, ac frusta saepe nova
indagantur organa, que ratio ipsa minimè necessaria judicat. Itaque ratio-
nen simul & sensum una conjungere optimum fuerit. Interdum conjectu-
ris utendum, cum demonstrationes sensibiles desunt: conjecturas probabili-
les suppeditare solent ligaturæ, liquorum injectiones quibus vasa sunt
apertiora, aut humores coagulantur, & alia ejusmodi de quibus idoneis
locis dicemus.

III. Quæ de re Botanica disseruit, ad hac duo capita revocantur, eas
excitationes duplicis esse generis: nam vel sunt mere Botanica, vel Philo-
sophica: priores quidem ad plantarum historiam pertinent, que multi-
plice ratione illustrari & locupletari potest, ut suo loco dicendum erit; sed stirpium ortus, causas & naturas exquirere diligentius, hoc Philo-
sophi munus videtur, qui plantarum ortus & vegetations potest expendere;
si, exempli gratia earum semina, antequam terra mandentur intentiori
animo Microscopii ope intueatur, tum iis sèpius è terra ciuitis, que iis ac-
cidant mutationes, in magnitudine, in figura partium, in succis, in col-
loribus animadvertis, que in germine magnorum præcipue seminum pau-

latim fiant incrementa , quæ caudicis , aut trunci , aut ramorum distinctio *Botanica* appareat. Atque ejus generis experimenta variari , iterati , expendi , trans- ferri , applicari possunt , ut judicium fiat quoddam universale , aut proposi- tio generalis & constans , ex qua rursus nova prodeant experimenta , qui- bus hæc naturalis Philosophia pars non mediocriter augeri & illustrari potest.

Quæ enim auctores magni nominis , cùm veteres , tūm recentiores de plantis scripsere , ex iis confirmari possunt aut rejici. An succi v. gr. quarundam plantarum , aut sales ipsi è cineribus extracti easdem preferre possint , an terræ è regionibus dissitis allatae iisdem plantis procreandis sint idoneæ , an quædam sponte nascantur è terra altius defossa ?

I V. Circa plantarum nutritionem illud ut observatione & accuratiore indagatione dignum proposuit , utrum id commune habeant cum animalium nutritione & augmento , ut pars quædam sit præcipua , quæ alias re- gat & moderetur , qualis fortè est radix ipsa , quæ prima succum è terra exsugens eum parat & coquit , atque in plantam universam distribuit. Cum auten radix tam parvo temporis spatio succum , ut pat est , dirigere non valeat : (nam is continenter attrahitur & fluit , quæ est viventium omnium conditio) hinc sit , ut repetitis vicibus illum præparatum & subiectum oporteat ; quod alendis partibus nondum satis idoneus ad radicem ipsam circuitu quodam redeat , quo perfectionem suam consequatur. Qui quidem circuitus fibrarum ope efficitur : nam fortè ita sunt aptæ , ut quædam succi alimentari ascensum , aliæ descensum juvent , atque eo fere munere funguntur , quo valvulae in venis animalium sanguinis circulationi servient. Hoc quippe viventium omnium natura postulat , quæ ut continuum sub- stantia dispendium resarciat , continua quoque præparatione & coctione indiget. Illa enim deperditæ substantiæ reparatio succum exigit ritè præparatum. Hic verò statim perfici nequit , isque in perenni motu versatur. Nam videmus plantas avulsas brevi exsiccari & tabescere. Quare id vide- tur necessarium ut ad eas partes quæ huic muneri destinantur , identidem redeat , quasi recoquendus. Utrum velò tes ita se habeat , ut ex fibris plan- tarum aliae ita sint aptæ , ut succus per eas ascendat , aliæ facilem huic suc- co descensum præbeant , hoc utique ex iis plantis quæ crassiore succo , ut lacte donantur , conjici poterit. Verùm de his postea redibit sermo ; nam interjecto aliquo tempore D. Matiotte qui paucis post mensibus in Academiam ascitus est , suas in eandem rem conjecturas & observationes pro- posuit.

V. Sub idem fere tempus D. Du Clos qui multum operæ & temporis in Chimia excolenda impenderat , quid in eo genere laborum faciendum judicaret , paulo fusiùs exposuit. Illud ante omnia accuratiori examini sub- jiciendum existimabat , quæ sint genuina mixtorum corporum principia. Dupli- ci id via tentari posse , aut partium ex quibus mixtum quodvis compo- nitur , separatione , aut ex ipsis observationibus quæ circa ejus generatio- nem , & præcipuas affectiones fieri possunt. Negabat ille , Chemicis adeò jactata principia , salem , sulphur , & Mercurium eo nomine donati posse , cum in alia simpliciora resolvantur. Multa in eandem sententiam adjecit ,

ANN. quæ non sunt hujus loci aut temporis. Horum enim principiorum numeri 1666. tum quisque ut libitum est, augere potest, aut minuere.



SECTIO SECUNDA.

De Physicis laboribus anno 1697. suscepis.

De Physicis experimentis dicturi ab iis quæ sunt faciliora, quæque latius patent, capiemus exordium.

CAPUT PRIMUM.

De quibusdam experimentis que ad Physicam generalem spectant.

ANN. 1667. I. **E**T si Academia hoc sibi imprimis agendum proposuit, ut in rebus Physicis quæ ad corporis humani cognitionem, historiam plantarum & animalium, ac chymicas resolutiones pertinent, potissimum elaboraret, ea tamen quæ Physicæ generali lucem aliquam afferre possunt, censuit negligi non oportere. Nec illa tantum quæ rata sunt & insolita contemplari, sui muneric esse existimavit: sed ea maximè quæ sunt ante oculos posita, ut calorem, frigus, motum ipsum & illius leges, gravitatem quoque corporum, & alia bene multa, quibus neglegitis non sit majoribus locus. Experimenta compluta facienda judicavit, non fructuosa solum, qualia mechanici artifices potissimum querunt, sed etiam lucida, quæ ad causas rerum inveniendas plurimum conferunt, dummodo non fiant temerè & casu, sed certo consilio & ordine digestantur. Tum enim experimenta ad commune quoddam principium rectâ nos ducunt, ex quo plutes conclusiones eruuntur.

Exemplum in hanc rem satis idoneum hujus anni 1667. hyems actior expeditavit, ut quanta esset vis frigoris in aqua dilatanda innoteſceret. Illud enim palam est, omnia pene corpora frigore contrahi, ut caloris vi dilatantur: sed aquam solam frigus distendit. Hinc glacies aquæ innatae, quod pro mole sua sit levior: contra oleum frigore concretum sit gravius, & in liquidum oleum descendit. Vini spiritus in thermometro multum contahitur: sed aqua congelata tubos & vasæ quibus concluditur, confingit, dum illa expanditur. Quanta autem sit aquæ dilatatio vis, experiri voluit D. Hugens die octava Januarii, anno 1667. cum seviret hiems acerima, tubum ferreum Scopeti in duas partes fecari, atque unus extrellum ferruminari jussit: tubi aqua repleti alterum extrellum cochlear ope vi adactæ oclusit, ac ne æri ullus pateret aditus, liquescitum plumbeum superfundit; ad fenestram sui cubiculi g. lido æci tubum neci exposuit, qui circa horam septimam matutinam cœpuit magno cum strepitu, ac fractus est in ea

parte quæ minus firma erat & crassa. Rima quatuor in longitudinem pol. *Physi-*
licum visa est , per quam glacies variis bullulis in sui medio distincta *ca.*
erupt.

Experimentum in parte altera tubi iteravit , qui eodem fere modo dis-
ruptus est. Tanta nimurum est vis frigoris , quod aquæ partes sic distendit,
ut lento quidem , sed continuato & juncto omnium particularum nisi soli-
diora quæque frangat corpora.

Quæ sit hujus dilatationis causa non est hujus loci curiosius investiga-
re. Utrum aquæ particulae , dum vis frigoris riget , sunt immobiles , nec
tam aptè alia aliis incubant , quâm ubi motu ingenito cidentur ; tum enim
facilius flecentur , ac pressioni aëris , aut aliarum aquæ partium cedunt.
An potius aëris aquæ conclusis in variis bullulas distenditur , quales
in glacie per rimam Sclopeti excunte visæ sunt , quid à circumfuso ære
minus premantur , aliis excutiendum relinquimus : quamquam illud ipsum
djudicari potest experimentis quæ D. Hombeig anno 1692. in sui machi-
na pneumatica nobis coram exhibuit , de quibus suo loco dicemus.

II. In his omnibus illud cavendum imprimis puto ne citius quâm par-
sit ex variis experimentis axiomata quedam generalia colligamus ; nam im-
perfectæ inductiones sape nos in errorem inducunt , dum ad ea quæ excipi-
pi possunt , non satis attendimus.

Exemplo esse potest illud ipsum quod mox attulimus de frigore , quod
arctare & contrahere quæque corpora vulgo creditur , cum tamen aquosa
omnia distendat.

Sic vulgo persuasum est , corporibus majus pondus non accedere , nisi
sensibilis alicujus materia fiat accessio. Et tamen eodem fere tempore D.
Du Clos variis experimentis ostendit antimonium & alia mineralia calcina-
ta augeri pondere , idque etiam cum radiis solaribus exposita multum
emisere fumum. Libram unam reguli antimonii in marmore triti , atque
in tenuissimum pulverem commixtati , vasi fistulis & plumbaro impositam , ra-
diis solaribus exposuit , atque ope speculi istorii hanc materiem incendit :
adeo ut fumus densior & albicans plurimus eiumperet. Pulvis antimonii
velut in cineres redactus post horam integrum decima pristini ponderis
parte auctus est. Experimentum illud iteratum fuit , quo pulvis tenuior
erat , hoc citius incendebatur , & gravior apparebat ; Ubi in mortario tan-
tum contritum fuit antimonium , in ea solum parte ignem concepit , in
quam luminis solaris focus incidebat. Fors est ut accurata contritio partes
combustibiles & incombustibiles simul permittas , ad facilioriem separationem
disponat.

III. Eadem experimenta ad ignem ipsum facta in variis mineralibus quæ
pondere aucta sunt. Sic regulus antimonii cochleari ferreo impositus , octa-
va sui ponderis parte factus est gravior. Limaturæ cupri rubri uncias octo ,
limaturæ ferri quatuor , tantumdem auri pigmenti crucibulo imposuit ; duas
tartari in pulverem redacti uncias superfuldit : alio crucibulo & inverso
prius operuit , per octo horas in furnulo quem clementationis vocant , au-
to per gradus igne , tartarum die crastina nigrum & caluminatum apparuit.
Eo sublato hæc mineralia quatuor uncias graviota reperta sunt : adeo ut

ANN. auti pigmentum quod ignis calore pondere minni solet, tartati ope fixum
 1667. evaserit; & per tres horæ quadrantes igni admotum, quinta fere sui ponderis parte inctevet.

Hoc ponderis augmentum novatum partium additione quas aët vel ignis suppeditat, fieri non abnuetim. Nam calor ignis novum aëra ad se continenter trahit. Hinc regulo antimonii, dum radiis solaribus inflammabatur, corpuscula fibrosa & cinerei coloris adhærescere visa sunt, que sulphurea esse hinc colligitur, quod spiritus vini antimonio calcinato affusus, post aliquam digestionem rubram tincturam ex eo decerpit, cumque antimonium remaneat ejusdem prorsus ponderis, atque erat ante calcinationem.

Illud quoque est verissimum, mineralibus sulphureis majus pondus accedere, ubi in calcem rediguntur. Sic stannum multo sulphure abundat: nam una cum sale petræ fulminat, idque calcinatum fit multo gravius quam antea. Eadem est plumbi ratio quod in folia tenuissima diductum inflammatur. Qui vase fictilia & candida conficiunt, idem testantur, 100 plumbi libras, & 50 stanni una fusi post calcinationem 12 saltem libras graviores fieri. Quin & lateres ipsi coctione sunt graviores. Hæc tamen actione egent examine, num pondus his mineralibus accedat ē vase ipso ferreo aut cupreо, quod adjecti sales excedunt. Nam D. Bouleduc nupt. in Academia testatus est antimonium crudum in vase fictili calcinatum pondere imminutum fuisse. Qua de re alius fortasse occurret dicendi locus.

IV. Etuditorum scripta quæ publici iutis fiunt, quæque promovende huic scientiæ servium, diligentius exponere, quæque fiunt experimenta interdum repetere, idque in rebus Chymicis non inutile fore judicatum fuit. Nulla enim ars est novis inventis feracior, dummodo à veris tractetur Philosophiæ, quemadmodum in Gallia, Italia, Anglia, Belgio, Germania, Dania jam à multis annis fieri novimus.

Cum paucis ante mensibus eruditus Medicus D. Givre, & in arte Chymica versatus librum vulgasset de aquis mineralibus quæ Provini v. Provinci reperiuntur, easque alumine & ferrī vena impregnatas putaret; dissertationem ea de re conscripsit D. Du Clos, in qua illud concédebat Autori non atramentum, seu vitriolum, non ferrum ipsum, sed venam ferri molliorem, seu ens primum ferrī, ut loquuntur Chymici, eam aciditatem aquis ferrugincis impattiri; sed negabat prorsus ea in re quemadmodum D. Givre existimabat ullas esse aluminis partes: non enim alumen in iis aquis ullum inventitur, neque id gusto aut ullo satis idoneo argumento se prodit. Vitrioli aciditas pungens longè diversa est ab ea aciditate quæ in Spadavis & aliis aquis percipitur, qualem in vena ferri quamdui in terra delitescit observavit Autor laudatus. Eundem enim in his aquis saporem insile ait, quem in aquis fibrorum, ubi ferrum extictum est, experimut; ac diversis in glebis variis coctionis gradus animadverterit, cum alibi fluviae, alibi rupes, interdum rigore appareant. Hanc ferri venam cum per biduum soli exposuisset, mollis instar aigillæ aqua diluta permeansit: sed exsiccata ad ignem ferrum redolebat; fusa velut scoriacum ferrī exhibuit; cum ea ferrī vena mollior est, & aqua diluitur, tum speciem pte se fert amure aut

fecis olei. Ubi aëri diutius exponitur, durior evadit, & in grana concreta. *Chimi-*
cit, quæ nullam vim aquistribuunt. Quare primum illud ens ferti aquis aci- ea.
ditatem præbere potest, neque necesse est ad vitriolum vel alumenum confu-
gere. Mineralia porro & ferti venæ imprimis aquis communicare possunt,
vel spiritus quoddam volatiles, qui olfactu percipiuntur, aut succos coagu-
labiles, qui sapore dignosci possunt, & in crystallos varios formantur; vel
terrenas particulas, quæ calcinatione & reductione ad flammam lampadis
se produnt.

Ista quidem paulo fusiū à nobis sunt exposita, quod ea non sint inuri-
lia iis intelligendis quæ postea de aquarum mineralium examine in Acad-
mia non indiligenter factō postea dicturi sumus.

V. Prodicerat nuper in publicum nobilis Angli D. Boyle, de his disci-
plinis optimè meriti tractatus de formatum origine, in quo multa de sale
quodam, quem vocat anomalum, edidisset. Hic utique ex aliis salibus com-
ponitur, sapore tam dulci, ut nullo iis sale, vel acido, vel sulphureo immutetur,
aut destruatur; violatum syrupo nec rubrum colorem, ut acidi
sales, nec viridem confert, uti sales alkali, aut sulphurei: vis tamen il-
lius in dissolvendo maxima est. Quis vero ille sit, & qua ratione præpa-
retur, aliis divinandum relinquit. Hoc utique ænigma solvendum suscepit
D. Du Clos ipsissimum salēm esse suspicatus, quem ex Quercetano refert
Schroderus tomo 2. Quercetani redivivi p. 693. salis nimirum communis
crystallos dulces quæ ope aceti ex melle facti præparantur. Hujus salis mi-
tas virtutes in curandis morbis, imo si ei credimus, in auro dissolvendo
extollit, atque iis dotibus quas D. Boyle suo sali anomalo tribuit, omni-
no prædictus videtur. Ex iis constat quæ salsa admodum sunt & acida, cum
is nec salitus sit nec acidus, nec acer. Hoc utrisque commute est, ut fundi
facile possint, & in aëre instar salis tartari resolvi: sublimati Mercurii
solutionem non præcipitant; in spiritu viti facile dissolvuntur, inter sa-
les sulphureos & acidos medio sunt loco constituti.

Alios esse sales eosque dulces qui ex rebus acriotibus elicuntur, in eadem
dissertatione admonet D. Du Clos. Ex aqua fortī plumbo minerali affusa
sal dulcis extrahi solet, quo animalium carnes incorruptæ conservantur.

Alia quoque experimenta à D. Boyle proposita in eadē dissertatione ex-
pendit quæ longum esset referre, & ab instituto alienum, cum ad rem
metallicam spectent. Quocirca ad faciliora experimenta pergamus.

Illud primum occurrit quod D. Du Clos in aqua insipida exhibuit. Ea quidem lento calore extillata fuit ex quadam mucilagine quam
quidam florem terræ, alii florem cœli appellant. Hæc in terris in-
cultis circa aequinoctia post pluviam manè colligitur inter herbas &
muscum; interdiu exsiccatur, ac superest tantum membranula quas
ventus huc illuc disjicit. Aqua leni admodum calore in balneo ex ea mu-
cilagine distillata, gustus judicio omnino est insipida: ea tamen sublimatum
mercurium in aqua limpida exsolutum sic præcipitavit, ut solutio lacteum
colorē indueret: quod soli spiritus aut sales sulphurei aut voluiles præ-
stare solent, unde eam aquam hujus generis sale imprægnati constat. Hanc
Paracelsus L. 2. tractatus Philosophici barbara voce *Noſtroc* appellat, eaque

ANNO. si nonnullis Chymicis fides habeatur, magnis dotibus prædicta est: dolosus 1667. res lenit, canctotum & ulcerum acrimoniam mitigat. Quod experiri non est difficile; sed iis fides non temere est adhibenda.

C A P U T I I.

De aliis quibusdam experimentis Chymicis.

His in universum de ratione experimenta facienda atque ab aliis facta excutiendi breviter delibatis, placuit à Chymicis initium ducere, quod hæc ars novis inventis sit feracior.

I. Non ea solum que ad naturalem historiam, aut ad consuetum naturæ ordinem pertinent, diligentius observanda existimavit Academia, sed illa quoque que ad artes spectant mechanicas, & eas maximè que ex Chymia pendent. Nam ut pulchritudine Angliae Cancellarius Franciscus Bacon, quemadmodum cuiusque ingenium inclusus in adversis, aut in perturbatione aliqua insolita se prodit, quam ubi omnia ex animo fluunt: sic naturæ arcana longè facilius deprehendimus, cum per ignem aut alia artis adminicula varie torquetur, quam ubi itinere quoddam suo progrederitur. Neque in una re aliqua experimenta consumi debent: nullius enim rei natura perspecta nobis erit & cognita, nisi cum aliis comparetur, quæque in re una interdum se occultat, in alia se manifestam facit. Quod quidem exemplis apertius quam longa oratione fiet.

II. Nullum fere exemplum afferri potest, quod latius patet, aut majoris sit usus quam sal marinus. Hunc ex sulphureo & acido constare verissimum videatur: nam sapor illius ex acri & acido temperatus & palato graetus idipsum confirmat. Sed tamen eum magis sulphureum esse quam acidum hinc colligi potest, quod auro, stanno, antimonio & aliis mineralibus que sulphure abundant, dissolvendis adhibetur; meteum vero & argentum in aqua Stygiis dissoluta precipitet. In eo tamen sal quidam mercurialis inest acidus & à vitriolo non abhortens. Quod utique D. Du Clos ea ratione comprobavit. Salis marini in aqua extoluti, & per chartam bibulam trajecti novem libras leni ignis calori admovit: qui ex aqua præalatim concrescet, silem collegit, donec in fundo una tantum aquæ libra supercesset, quæ nullum amplius saltem præbuit, donec igne vehementiore omnis aqua exhalasset. Tum vero sal quidam stipitus & acerbus apparuit. Hic in aqua dissolutus oleum seu saltem tartari in album coagulum convertit. Quod sal ante extractus non fecit: is enim oleum tartari sibi cognatum non precipitavit.

III. Idipsum in aqua marina jam expertus fuerat; postquam enim saltem nostro non dissimilem moderato calore præbueret, alium dedit saltem qui agrebat concrescet, & acerbam stipitatem vitriolo non dissimilem praesebat. Hic oleum seu saltem tartari deliquio, in aëre humido exsolutum turbavit & corybulavit, ut siles quaque acidi: cum tamen ex communi sale & oleo tartari liquor quidam, ut dictum est, sit pellucidus. Rem vero ita

se habere tum primum hinc suspicatus fuerat, quod cum æstate aquam è *Physe*-
salinis paludibus prope Rupellam adjectam unà cum sale tartari adhibuerit, *ca.*
ut hydrargyrum in spiritu nitri dissolutum præcipitem ageret, statim uter-
que hic liquor aquæ marinae & salis tartari in coagulum & crassum liqua-
men abiit, præcipitando hydrargyro proiussus inceptum; cui præcipitationi ef-
ficienda salem communem in aqua exsoluum cum sale tartari permiscerit,
& ex utroque prodiit liquor limpidus qui præcipitationem mercurii effecit
qualem optaverat. Cum igitur hoc discessimis inter salem communem, &
eum qui ejusmodi aquæ inest, animadverteret, aquâ ignis calore exhalata,
ex qua sal calore solis jam eductus fuetat, illam salis concretionem æ-
grè fieri, neque ea facilitate qua solet in sale aqua exsoluto competit, cum
que citius aëri exposuit liquefcere, acriùs linguam pungere cum acerba
stipticitate.

Unde cum salem acidum esse intellexit: præterquam cum sale tartari
permisitus illam effecit coagulationem quam sales acidi aut mercuriales
solent efficere; quod sal communis non præstat, cum is magis sulphureus sit
& acer, quam acidus.

V. Illustre aliud experimentum, cuius alio loco meminimus, nonni-
hil lucis afferre potest minerali in imo & metallorum generationi expli-
canda. In terra argillosa prope Lutetiam & aliis passim in locis, dunæ &
ferrugineæ Marcasitæ oblongæ & leves occurunt, quæ contusa, & sub
tecto aëri expeditæ pta aëris humiditate in pulverem commununtur, &
quosdam velut flores aut filamenta emittunt muco non dissimilia, subalbi
coloris, stiptici seu adstringentis laporis. Aqua his supersusa post aliquot
dies magnam salis copiam eduxit, tametsi lapides ante essent proflui insipidi. Postquam aqua hoc sale imbuta & igni admota eo usque ebullit,
cum pellicula appareat, duo salium genera prodeunt quæ sapore & colore
differunt; prior sal frigore congelatur, ac putum est vittiolum viride &
ferrugineum. Ubi aquæ superstitis pars magna exhalavit, aliud salis genus
subalbi coloris & crassius vi frigoris conciscit, subrubri coloris quod aci-
dius videatur, & de metalli natura plurimum refert: cum sal ante concre-
tus sit magis sulphureus. Quæ superest aqua subrubra & lutulenta instar
olei ex lini semine expressa acerrima est, eaque exhalata velut amigra fe-
ces restant: quæ si diutius igni admoveantur, instar argillæ pinguis, in
aëre tamen exsolubiles concrecent: adeo ut ex ea minerales aquas effici
posse existimaret vir cruditus. Terra Marcasitarum nigra & suo sale exu-
ta iterum aëri sic exposita fuit, ut à pluvia tuta esset, tum mulsum salis
dedit, eaque pendere nonnihil aucta est.

V. Argilla ex qua prodeunt Marcasitæ, antequam aëri exponatur, mol-
lis est & viscosa, odoris omnis & laporis expers: postquam aëri sub te-
cto per aliquot menses fuit exposita, in fustula fatiscit, quæ in nigrum
abeyunt pulverem, eaque odore ac spargunt acidum, tumque ex iis vittio-
lam elici potest. Interj. *to* aliquot annorum spatio hoc argillæ genus odo-
rem spirat sulphureum, & in Marcasitas cuiusvis magnitudinis abit: cum
Marcasitæ quæ in argilla molli posquam aëri exponatur, occurunt, vix qua-
tuor pollicum longitudinem exæquent rotundæ, nigrae, & subnigrae.

ANN. VI. Hoc ipsum confirmari potest ex iis que D. Boyle in Tractatu de latentibus quibusdam qualitatibus fusè conscriptis. Id utique jam est per vulgatum, glebas nitro suo exutas novum nitri proventum adipisci, cùm aëri exponuntur; hoc quoque in alumine contingere testatur Agricola; in vitriolo calcinato, in fecibus aquatum fortium idem evenit; plerique existimant novis eas salibus imprægnari, & post aliquot mentes ex iis fecibus aquam Stygiam, per retortam extillari. Neque id vacat expendere an quædam sit in aëre substantia volatilis & salina, que aliorum corporum naturam facile induat, idque maximè si in iis corporibus sal, ut vocant, Alkalœ instar materiae cuiusdam communis abunderet, quem acidus aut nitri aut vitrioli spiritus in suam convertit naturam; sive quædam sit in iis mineralibus vis analogæ seminibus qua beneficio aëris suam maturitatem asequantur; seu denique in aëre fluent omnium pene mineralium genera, quæ cum sibi cognatis & similibus consocientur.

VII. Hujus experimenti occasione, cùm de lapidum concretione ageretur, aliud olim à se factum subjecit experimentum, ac licet easū quodam incurrit, nonnihil tamen lucis lapidum generationi afferre potest. Satis tartari bene purgati & vitreæ cucurbitæ impositi libræ uni duas aceti distillati paulatim superfudit; tum aptato alembici capitello & excipulo, distillatione facta, phlegma tantummodo aceti exire visum est. Nam salē illius volatilem sal tartari fixus retinere solet. Alius subinde aceti spiritus sali tartari itidem affusus est, & extillatus, idque saepius est iteratum, donec spiritus aceti eadem qua antea prædictus aciditate prodierit. Tum exsiccatus sal tartari in spiritu vini puro est dissolutus: qua dissolutio facta non fuisset, nisi sal tartari ante fuisset aceti sale volatilem imprægnatus; feces subnigras & leves per chartam bibulam separavit, liquor rubeus apparuit qui vini speciem præ se ferebat. Hic ignis calore extillatus iterum sali tartari affusus, tum fecitus fuit, idque quater repetitum donec sal tartari colorē pene album indueret: liquorem quendam volatilem ex sale tartari efficeret tum moliebatur. Hunc cum dupla Stampensis arenulae portione permiscuit, ne ignis ardoribus fusus diffueret; mustutam retorta ferrea & carenti partitis vicibus imposuit, sed perparum phlegmatis extillati dedit quod arena spiritus omnes velut captivos retinueret. Materiæ in Massam concreta, ex qua salē aquæ fervidae affusione elicete voluit, decim ferme aquæ libras supersudit quæ filtrata per chartam bibulam perparum aceredinis habere visa est. Hanc ut inutilē vasi fistili & ample imposuit; sed die crastina eam instar crassæ mucilaginis coagulatam invenit; arenæ imposta ignis calore magis densata apparuit, ac tandem in lapidem concrevit. Hinc conjiciebat salē tartari aceti volatilem exaltatum cum fabulo Stampensi intimè conjunctum aquæ ipsi lapidis soliditatem præbuuisse, quæque natura paulatim præstare solet ex succo lapidifico, id potuit ajs magna caloris vi efficere. Lapidés enim non subito, sed lento calore ex vatis arenulae granis, quam cernimus duritiam acquirunt. Succus lapidificus qualcum in variis cryptis experimus, sorte non aliud quiddam est quam aqua faxeis ramentis prægnans, qua ligni aut aliorum corporum subit incutus. Principia quoque Chymica, sal imprimis aut nittosus ut in calce, aut acidus ut in

Marcasitis, aut utriusque temperatio plurimū forsitan ad eam coagulationem conferunt. Verum hoc loco non tam rationes ipsas quam facta persequimur.

C A P U T III.

De quibusdam Observationibus Anatomicis.

I. **C**um iis temporibus novum de transfusione sanguinis commen-*Ana-*
tum Eruditorum ingenia exerceret, ac subinde plures viri non *tonica*
inducti in eam spem venissent, fore ut non Physicæ modò lucem aliquam,
sed & medendi arti magnam afferret utilitatem, placuit Academia illud ipsum
qualemcumque esset, accurato examini subjicere. Itaque die 22. Januarii,
tum aliis consequentibus facta est ex unius canis arteria carotide in venam
jugularem alterius transfusio sanguinis. Cum autem uberior ex arteria san-
guis in venam manaret, brevi extinctus fuit qui sanguinem exceperat. In
aliis major est adhibita cautio, ut minor sanguinis quantitas efflueret: neque
adeo uberior sanguis mortem attulit cani in quem is transmissus fuit, sed
coagulatus tamen apparuit, ac subinde multum fuit debilitatus & dejectus,
cum alter esset vegetior.

Mense Martio sic repetita est transfusio, ut tantum sanguinis ex unius
vena educeretur, quantum ab alterius arteria efflueret, idque bilancis ope
fuit exploratum. Tum alia est excogitata ratio, qua duplicis syphonis be-
neficio sanguis ex unius crurali arteria in venam alterius crutalem, ac si-
mul ex hujus vena jugulari in carotidem alterius commearet. Verum hoc
ipsum executioni mandatum non fuit.

II. D. Perrault peculiari dissertatione ostendit quām inutilis, imo quām
exitiosa esset illa sanguinis mutua transmissio; primū enim præcepit ille
& subitus sanguinis ac spirituum motus vix à natura ferri potest, quæ hu-
morum alterationi sic præfest, ut ab eo quem præscribit ordine, recedi x-
grē patiatur: cordis pulsus & propria cujusque organi structura, aut tem-
peries naturæ jussa religiosè exequuntur. Hinc naturali humorum per-
turba motione affectus violenti in vita discriben interdum adducunt; atque
ut mors ipsa, ita & morbi ex illa confusione oriuntur. Quæ enim bene
constituta, vitam & sanitatem tacentur, eadem morbos & mortem afferunt
cum ordo ille pervertitur.

III. Hoc ipsum ex iis quæ facta sunt experimentis confirmabat: nun-
quam enim facta est transfusio, quin animalia extincta aut suffocata fue-
rint, aut certe multum debilitata ex novi sanguinis coagulatione. Illud
fit verosimile animal omni sanguine tam cito fraudari non posse, & alienum
excipere, citra ullum virium aut sanitatis dispendium.

IV. Ac nescio an quisquam sibi hoc in animum inducat, animalia post
eam transfusionis operationem æquè vegeta videri, nisi fortè quæ uberiore
abundabant sanguine, aut ejus perparum admisere. Ac subinde fieri potuit
ut sanguis in syphone ipso concretus alterius venam non subierit, cum ex

ANN. 1667. operandi ratione quam vulgaverunt transfusionis patroni judicari non potuit quantum sanguinis ex uno animali in aliud commearit. Ex suffocatione quidem multum sanguinis ex unius arteria in venam alterius transmissum fuisse facile conjicimus : sed ubi parum effluxit , cum massa sanguinis confundi potuit , adeo ut nihil aut parum nocumenti animali intulerit.

V. Qui contra sentiebant , multa opponebant : primum magno naturam debilitatam onere levare , si primæ & secundæ coctioni vacare non cogatur , dum calor & spiritus alia obeunt munera vita necessaria , neque in coctione alimentorum absuntur ; hoc saltem habere commodi eam sanguinis transfusionem ut effœto & pene corrupto sanguini alius & putus , & bene elaboratus substituatur. Neque natura ipsa , qua semper ad perfectionem contendit , tam opportunum præsidium aspernabitur , quemadmodum in arboris infestationibus cernimus agrestem & acerbum succum in surculo inserto domari & perfici : quidni in animalibus idem fieri poterit ? Quod utique confirmari potest variis experimentis qua in Italia facta referuntur , cum parti corporis mutilata alia recens excisa & adhuc viva inserta est , qua rami cum illa coaluit. Addamne in Anglia & aliis in locis sanguinem tanta copia è cane eductum , & in alium transfusum cui proprius crux pene omnis adenpius fuerat ; ut priore extinto posterior & vegetior , & robustior visus fuerit.

V I. His & aliis reponebat magno vir ingenio , ex infusione & vegetatione plantarum nihil posse concludi in gratiam transfusionis , cum animalium nutritio à vegetatione plantarum tantum distet , quantum organorum apparatus & structura inter se differunt. Vegetatio quidem aut nutritio universim spectata utrisque communis est , sed modus ipse quo ea fit , est planè dissimilis ; non candem adhibet natura curam & diligentiam in plantis nutriendis , quam in animalibus. In his eadem semper & optima progreditur via ; una est enim operandi ratio , cum est optima. Non eadem est in plantis ratio , in quibus radix qua oris aut ventriculi , aut cordis fortemunus obit , non est structura adeo exquisita , ut partes aliae v. gr. cortex , truncus , aut rami eodem munere fungi non possint. Nam cortex rore madens plantam alit , & interdum radices emittit , ut cum rarus vase terra opplete concluditur.

V II. Longè alia est ratio animalium , quorum nutritio non perficitur , nisi adsint omnia qua natura solet adhibere : adeo ut prime coctiones , si forte defecerint , qua sequuntur , illatum defectum sancire non valeant , ac prime digestionis error ad reliquas permanet. Atque ut palati substructio ex lapidibus aptè dispositis & quadratis fieri debet , cum tegurium aut casa ex obviis quibusve lapidibus , aut ex alterius domunculae ruderibus struantur. Sic partes animalis quarum structura est admodum exquisita , ex sanguine tantummodo in propriis organis laborato ali possunt , aut formati. Nec canis v. gr. caro , vulpis , imo nec alterius canis sanguine reparati possint : quemadmodum saxum sic excisum ut fornici aptetur , nec muri substructioni , nec alteri fornici est accommodatum.

Atque in hoc ipso posita est omnis naturæ ratio & œconomia qua vitam animalium sovet & tueretur , ut partes omnes licet dissimiles inter se con-

sentiant : adeo ut quod ab una cœptum est , ab alia perfici queat. Cor , *Ana-*
v. gr. chylo ab aliis organis præparato formam sanguinis imprimit ; san *tonica*
guis verò qui in corde unius animalis (quidquid sit de exempli veritate ,)
confectus, alteri nutriendo , cuius & calor & spiritus sunt dissimiles , mi-
nus erit idoneus , quod diversa planè sit utriusque dispositio.

VIII. Quod si illa præparatio in partium insensibilium configuratione &
meatum aptatione consistit , ne illam quidem coaptationem particularum
& pororum eandem in duobus animantibus reptili hinc licet conjicere ,
quod sanguis unius semper coagulatus apparuit : magno quidem in-
dicio materiam ipsam cum parte in qua excipitur , non convertere , neque
hunc esse proprium illius locum , cum sanguis sit eismodi , ut extra suum
locum statim concrescat , aut nativam amittat partium texturam.

Quod autem interdum evenisse aiunt , ut animal ex quo sanguis arterio-
sus in venam alterius transfusus est , extingueatur , cum hoc sanum esset
ac vegetum , hoc utique unius debilitati , & alterius robori tribuendum est ;
ac nescio an ulla ratione certâ constare potuerit quantum sanguinis ex uno
in alterum commearit.

IX. Verum in iis longiores sumus quām necesse est , cum illud com-
mentum jam inter ineptias evanuerit , neque ex eo quicquam ad vitæ hu-
manæ usum erui possit. Et quidem memini cùm anno 1669. Londini unà
essemus ego & D. Blondel , fortè occurrit nobis vir robusto & athletico
corpo , in quo tentata fuerat sanguinis transfusio , si fortè ejus remedii
vi ad saniorem mentem rediret , (unde & se martyrem Regiæ Societatis ja-
ctitabat ;) sed nequicquam id tentatum est ; neque enim minus insanie-
bat quām antea , & omnia omnibus minabatur. Quamobrem Senatus Pa-
risiensis autoritate prudentissimè cautum fuit , ne hoc remedii genere inu-
titato & planè inutili quisquam deinceps uteretur.

C A P U T I V.

De Aquis mineralibus in universum.

I. **E**xplosa itaque sanguinis transfusione ut inutili & noxia , ad ea quæ
sunt magis ex usu vitæ humanæ se convertit Academia. Hujus ge-
neris sunt Aquæ minerales , quarum vires experientia magis & effectis ,
quām rationibus sunt exploratae. Quare id opeæ pretium se facturos exi-
stimatorunt qui in Physicis & Chymicis studium suum & operam ponebant ,
si Aquæ minerales quæ passim in Gallia occurrunt , accutiori examini
subjicerentur ,

II. Ac primum quidem cum Thermæ seu fontes calidi in Borbonio tra-
ctu & aliis in locis valde celebrentur , ac multis medeantur morbis , pri-
mūm quæsitus fuit quæ esset causa caloris quo aquæ illæ fervent. Negabat
D. Du Clos , ac merito , ut nobis videtur , calorem illum ab igne subter-
raneo profici sci. Vix enim tandem subterranei ignes peistarent terra con-
clusi , ubi nullus fere est aëri locus , & intra subterraneas specus coerceri

*Aqua
miner.*

ANNO. non possunt, quin seipso aliquo indicio prodant. Sunt quidem multis in locis montes ardentes, sed ignis ille non est perpetuus, neque in Gallia & ulli sunt hujus generis montes, tametsi quamplurimæ thermæ occurunt.

1667. 111. Ne illud quidem concedebat thermatum calorem ex bitumine, sulphure, aut nitro manare, cum hæc mineralia calorem aquæ imprimere non possint, nisi inflammatum, tumque non mirores ederent strages quam pulvis Pyrius accensus in cuniculis. Multis in locis è terra erumpunt bitumina, sed ea nec calida sunt, nec vicinis fontibus calorem ullum impetrant.

Sulphur quidem minerale interdum multum caloris concipit citta flammæ, ut cum aquæ regali imponitur, tantum calor procreat, ut vas manibus vix contrectari possit. Idem cernimus in mediis quibusdam mineralibus, cum in aqua forti sibi cognata exsolvuntur. Sed utrum ejusmodi aquæ Stygiæ sint in terræ visceribus, valde ambigimus nec thermæ in suis fontibus eam præ se ferunt acrimoniam. Quin etiam aquæ simplicis admisio vini illam dissolventem simul & calorem plurimum minueret.

I V. Neque id negamus quædam esse corpora quæ tactu calida apparent citra ullum incendium. Quasdam commemorat Agricola metallicas venas, quæ cum sint frigidæ, tamen aëri expositæ incalescent; vetum aquæ thermatum in terræ limu antequam aëri pateat aditus, jam calide sunt, atque ubi ex fonte exierunt, calore suo in patente aëre exunntur.

V. Alia quidem sunt corpora, quæ aquæ interventu calent, ut calx via, chalybis limatura, Stannum purum cum sublimato mercurio in aqua permistum communi. Sic & oleum vitrioli cui aqua assunditur, multum incalescit: sed hujus generis corpora in terræ abditis non occurunt. Et quidem cum thermatum calor jam à multis retro sæculis constans & idem permaneat ex perenni causa, quæcumque illa sit, omnino dimanat, eaque in corporibus incensis reperihi nequit, cùm igne citò absumentur, sed neque in iis rebus incit, que mutua in se invicem actione retusa continentem immutantur, quatum adeo vires eadem & continua esse non possunt. Causa igitur perennis illius caloris non alibi posita videtur, quam in sumis aut vaporibus qui in profundioribus terræ antris sunt copiosi, ut si experientur, qui in fodinis Hungariae metalla effodiunt. Que rupium cavernas & terræ meatus pervadit aqua iis vaporibus fœta, eum calorem retinet.

VI. Rem ita esse multis rationibus suadebat; primum enim thermatum aqua igni admota non citius ebullit, quam aqua communis & frigida, quod calor ille quem in terra abditis concepit aqua, non ab igne subterraneo, sed à permisis orientatur vaporibus qui ignis vi statim diffulantur. Liquotis particulae quo sunt mobiliores, hoc citius ebulliunt. Sic oleum citius quam lac, spiritum vini facilius quam ejus phlegma, & aquas salibus terrestribus imprægnatas tardius quam puras ebullire cernimus. Sic aquæ minerales salibus terrenis fœta, quæque ob vaporum admissionem incalescunt, non citius effervescent ignis calore quam aqua pura & frigida, quod earum partes non aquæ sint ad monum expeditæ.

Rem ita esse, & thermatum calorem ex vaporum permissione duci alii quoque indicis suaderi potest. Nam & lingam non sic adurunt, atque

aqua communis, quæ ex igne eumdem caloris gradum nacta est: sicut *Aqua* dcm vapor ille tenuis non tam altè imprimitur in tactu organo, atque *miner.* aqua, cuius partes sunt crassiores & ignis spiculis atmata. Sic teneriores herbas ut acetosam non coquunt eadem celeritate atque aqua communis cui idem caloris gradus inest. Hinc saepe aquæ minerales calidiores sunt noctu quam de die, quod ii vapores externo aëris frigore coercentur; ii porro aëri expositi diutius calorem suum tuerentur.

VII. Ex quibus concludebat prodesse interdum calorem aquæ epotæ his qui humidiori & frigido sunt temperamento, non item biliosis, aut iis qui pulmonum tabe, aut aliorum viscerum calida intemperie laborant. Unde veteres olim balneo tantum aut perfusione & lotione theimatum uti solebant quo lentes & frigidos humores resolventerent.

VIII. Thermaium vires experientia magis, quam ratione, si sola sit, dignoscimus, neque omnium una & eadem est natura & origo. Cum anno 1668. Aquisgranii agerem in comitatu Illust. Legati & Plenipotentiar. D. Catoli Colbert, postea Regi à secretoriis mandatis, experiri volui an ova in puteis vicinis coquenterentur: hæc intra pauca horæ momenta indurescere comperti, quod in aquis Borboniis negant evenire. Ac sicut potest ut fumi è sulphureis mineralibus sublati hunc aquis calorem impertiant. Nam prope Aquisgranum ubi plerique fontes & putei calidi occurrunt, ex quibus aqua continenter ebullit, sulphuris, vitrioli, & lapidis calaminaris complures occurrunt venæ.

IX. Qua porro ratione examinanda sint aquæ minerales fusius exposuit D. Du Clos. Eo quidem nomine donantur que ex admistione mineralium insignem aliquam habent qualitatem hominis sanitati utilem aut noxiæ, eamque ex terra quam alluetunt, aut in qua diutius restagnantur, contraxere. Quæ impressio ex succi alicujus, aut vaporum, ut diximus, mixta, aut denique ex simplici infusione, citra illius corporis sensibilis additionem dimanat. Vaporum admistio non facile dignoscitur, cum citò exhalent; vitrioli spiritu foeta hoc indicio se produnt, cum recentes in vasis rite occlusis gallæ infusione colorem ex rubro in atrum degenerantem induant.

Succi aut salis particulae in aquis exsoluta, tum præcipitatione quæ spiritus salis ammoniaci, aut spiritus urinæ effusione perficitur, tum aquatum distillatione aut exhalatione se produnt. Impressio qualitatis citra sensibilis materiae admistionem ex effectis potissimum innoteſcit. Interdum tamen ex sapore ut aqua quæ in vase æneo aut ferreto stagnavit. Mineralia in terræ antris profundioribus contenta, aut terræ sunt, aut succi, aut sales, aut lapides, aut marcasitæ, aut metalla, cumque horum omnium incredibilis quedam sit varictas, vix species eacum impressionum definite licet; cum innumeris pene modis milceri possint. Aqua quæ instar communis materiae omnibus mixtis substernitur, facile excipit tum clementorum, tum fossiliū tinturas & qualitates; quorundam vaporibus imbutitur, aliorum succos diluit, & particulas exsolvit, quotum spirituales, ut loquuntur Chymici, tinturas delibat. Quæ omnia ex accurato aquatum examine conjecturis assequi licet, vix perspecta habeti possunt.

ANN. X. Spiritus quidam attamenti, seu vitrioli sulphureus inest aquis mine-
1667. ralibus, quæ vulgo magis salutares habentur, tametsi nec ferium nec vi-
& 68. triolum in his se prodat. Hoc identidem à se observatum aiebat D. Du
Clos, quod cum vi ignis liquorem omnem è vitriolo eduxisset, & itera-
ta distillatione spiritus quidam sulphureus & volatilis leni calore primus
exibat, qui odore sulphurum referebat, sed & omnis corrosionis expers erat.
Hic facile in auras evanescerat: quod in eo inest magis corporum unà
cum phlegmate confunditur, & in rubrum pulverem præcipitatur, qui ali-
quā dominatur spiritus virtute. Liquorem vero illum subtilem miras
dotes in temperandis spirituum motionibus, in resolvendis obstructionibus
viscerum habere prædicabat. In eo aquarum genere quæ vitiolice censem-
tur aut ferrugineæ, quæque sunt frequentiores, vim præcipuam positam
esse in spiritu sulphureo, eumque rubrum colorem è galla elicere existi-
mabat; sed cum summè sit volatilis, citò is dissipatur. Idque longè utilius
fore censebat, si spiritus ille è vitriolo per distillationem ab aliis li-
quoribus secretus adhiberetur, ac paucæ illius guttae in aqua communi, &
in apta decoctione præberentur, quām si magna aquæ mineralis in ipso
fonte non sine magnis incommodis & sumptibus hauriatur. Nam hujus
generis aquæ aut translatae aut aſervatae vix ullius sunt usus, cum Spir-
itum illum sulphureum amittunt, ac ſepe terrena materia corporibus noxia
onerantur.

C A P U T V.

De iisdem aquis singillatim

I. **E**X multis Gallæ locis aquæ minerales sunt aſportatae, eaque à D. D. Du Clos & Bourdelin emibus coram diligenter examinatae. Cum autem res sit, si quæ alia in Physica, magræ utilitatis, qua methodo, quave ratione in earum examine processerint viri in Chymicis reſolutionibus exercitati, libello in hanc rem edito publicatum fuit; adeo ut minutum necessarium nobis videatur ire per singulas, quidve in iis depre-
hensum fuerit minutius exponere, summa duntaxat capita decurremus.

Antequam aquæ ex locis longius diffitatis advehentur, ab iis quæ pro-
pe Lutetiam minerales habentur, placuit incipere, à Passiacis vicis vulgo
Passi, & Autolienſibus v. *Autenil*. Illas spiritu vitrioli sulphureo aliquan-
tum impregnari ex eo conclusum est, quod pulvis gallæ injectus aquam
recentem rubeo colore inficerit, qui statim evanuit ubi ignis calori admo-
ta est. Spiritus fali ammoniaci qui unà cum calcinato tartaro extractus fue-
rat, affulus lacteum aquæ impertuit colorem, ſimil & patum pulveris al-
bi & ſubtilis præcepſ decidit.

Ex iis indiciis conſicere licuit quiddam vitriolicum in iis aquis delites-
cere; nam cum fere gallæ admiftione præbent, quem aqua com-
munis cui vitriolum ferrugineum adjectum fuit; riſi quod hic color atro-
ſi vicinior. Verum ſi quid habent vitrioli, id omne in spiritu aliquo vo-
latili

latili consistit, cum hic color statim evanescat ubi igni admoventur. Neque tamen acidum esse cum spiritum hinc conclusum fuit, quod spiritus *miner.* vitrioli vna cum gallæ pulvere affusus aquæ minerali perspicuitatem non ademerit. Cum septem hujus aquæ librae in balneo maris fuissent extillatae, in imo cœcurbitæ terra subflava multis admista fibris pellucidis, & lamellis quæ talco non erant absimiles, resedit quinque vel circiter scutulorum pondere. Hæc terrestris materies crebris lotionibus purgata, & à flavo soluta, pulvere talci pellucidi speciem præbuit; idque maximè cum Microscopio subjecta est: ferro candenti imposita in igne perspicuitatem suam amisit, atque instar gypsi calcinati visa est, aquæ adjectione instar gypsi diluta.

Pulvis subflavus & levis ex lotione gypsex materiae superstes in alterum scyphum vitreum trans fusus instat limi flavi subfedit: sed vix vice sita gypsi ponderis pars ea fuit. Candenti ferro ad ignem impositus rubiginis ferræ speciem præbuit, adeo ut suspicandi locus fuerit hanc rubiginem ex Marcasitis duci ferrugineis, quæ iis in locis copiosæ occurrunt.

Nihil salis aut vitriolici aut nitrosi apparuit. Cum autem ejusmodi aquæ perparum habeant ferruginosæ materiæ, multum gypsex, palam est eas vix illius esse utilitatis.

II. Quæ in vicino pago Autolio suæ aquæ minerales, tametsi insipideæ, salutares tamen quibusdam morbis sœpius experium se afferbat D. Du Clos, pulveris gallæ adjectione rubeum colorem non induunt. Spiritus ammoniaci affusione aqua non nihil turbari est; post distillationem quatuor libratum hujus aquæ per pauca grana cinerei pulveris in imo cœcurbitæ resedere, cujus pars ferme tertia in aqua communi est exsoluta, reliquum erat instar minutæ sabuli.

Hunc salem nitrosum esse ex iis saxis, quæ ea in regione sunt copiosa, exsolutum verissimile judicabat; ac forte pars illius volatilis & subtilior unæ cum aqua fuit disillata: non enim posset tam parum salis nitrosi tantum vim his aquis tribuere. Nitr porto nomine non salpetræ intelligitur, sed succus quidam salsus qui è terra & è quibusdam lapidibus cruitur, quique non salminat, sed ex eo tamen ignis & aëris vi salpetræ confici potest. Hoc nitro Ægyptus & alia regiones abundant, optimum in Macedonia reperiit testatur Plinius l. 32. c. 10. spongiosum esse rubet vel alibi coloris ait Dioscorides. Complures sunt aquæ nitrosæ, sed nusquam tamen salpetræ in terræ aut rupium antris, quæ aquis proluuntur, occurrit. Hunc in terris aut in saxis beneficio aëris confici conjiciebat D. Du Clos; nam aër corporibus perpetuo siccis, aut semper madentibus non adhaerescit; humore enim eger quo retineatur: sed aqua obstat quominus, ut ita dicam, incorporetur cum sale qui iis inest corporibus. Complures lapides multum salispertræ aëri expositi præbent, nullus est in lapidicinis quamdiu terra operiuntur, in polverem aut in squamas sepe fatigant. Sic gypsum in cellis vinariis in nitri speciem efflorescit.

III. Isdem indiciis aquam vulgo sepulchri dictam nitrosam esse conjiciebat. Aquas percelebres in Normannia v. de Forges dictas ferri vera adhuc molli, seu ente primo, ut loquuntur, ferri esse impræghatas ex addu-

ANNO. tione pulveris gallæ, ex sale superfite & sulphureo colligitur. Nam succ. 1667. cum patvæ iridis densatum viridi colore tingit: spiritus salis ammoniaci & 68. nullam in iis effecit precipitationem; perpetuum salis sulphurei post distillationem extractum.

IV. Aquæ Spadenses eadem methodo examinate fuerunt; saporem acidum & ferrugineum p̄t se cerebant, acerii rubri colorem gallæ additione inducebant, nulla quoque ex assuſione spiritus ammoniaci facta est in us precipitatio. Post distillationem pulvis instar ferreae rubiginis, ut in aquis mox memoratis, sal itidem ferrugineus extractus est.

V. Ali quanto plus opere in probandis aquis mineralibus pagi vulgo ditti *Vic le Comte* positum est. Aqua in fonte suo tepida, noctu quam diu caldior perhibetur in fontis concha; si ab aliquo tempore agitata non fuit; telæ subpinguis in superficie extant, limus itidem pinguis & odoris bituminosi, ubi sicut exsiccatus.

Hæc tamen aqua aciditate sua linguam pungit: sed cum gallæ pulvere tubeo colore non tingitur. Spiritus salis ammoniaci instillatus celerem albam materiam effecit precipitationem; adeo ut videatur hæc aqua sale acidu, atque, ut loquuntur, mercuriali imprægnata. Et tamen post distillationem quæ superfuit in fundo vasis, pars fere octava aquæ salis erat instar salis communis, non acida. Succus patvæ iridis densatus & instillatus colorem ceruleum in viridem convertit; quod sales sulphurei prestat solent. Exhalata penitus aqua multum in fundo vasis terræ & salis apparuit, saporis salis, acrius linguam pungebat quam sal communis, atque ad salem tartari proprius accedebat: sal extractus, unâ cum oleo vitrioli aquæ tumultuari visus est ac si fuisset sal tartari. Hinc D. Du Clos suscipiebatur saltem esse bituminosæ cuiusdam materiæ, non oleose: nam oleum huic aquæ non innat: sed est instar terra bituminosæ quam aquæ diluente possunt & penetrare: adeo ut ex illa permistione quædam oriantur fermentatio & putredo, ac salina aciditas qua in lixiviale abit saluginem. Nulli sales minerales tantam effervescentiam cum oleo vitrioli efficiunt; sales bituminosi vegetabilibus proprios & magis sulphurei cum acidis pugnare carent.

VI. Huic aquæ vîta est aqua è pigo S. Myonii dicto allata, cum eo discrimine quod ex gallæ pulvere tubicum colorem induerit, sed gustu acida erat. Multum salis sulphurei dedit, qui cum oleo vitrioli effervescit. Sublimati solutionem colore flavo instar croci antimoniū inficit, quod sales sulphurei & fixi, ut sal tartari, praestare solent. Oleum vitrioli huic aquæ nondum distillata affusum celerem excitavit motum, atque innumerae bulle per horæ quadrantem eruperunt. Nihil ejusmodi visum est, cum oleum vitrioli aquæ communi infusum fuit. Color ille tubeus ex admistione gallæ potuit ex bituminoso vitriolo, quale est in carbone fossili, proficisci.

VII. Mitto de aliis aquis mineralibus quæ tum probatae fuerunt, fusius dicere: harum dotes salibus propriis cuiusque mineralis magna ex parte i: sumuntur accepia; spiritus enim vix se produnt, aut separatione, aut vi bus n: titis. Sed in omnibus fere sales insunt, iisque quos cernimus effectus

creare possunt. Magna quippe est salium, ut mineralium varietas. Salē *Aqua*
te primum & simplicissimum mixtum plerique Chymici arbitrantur. Tot *mincr.*
pene in terra gremio sunt genera salium, quot mixtorum; ex iis sales mix-
tu & variè temperati in apicibus matricibus prodeunt. Acida & sulphurea ar-
te Chymica in tales resolvuntur; adeo ut sal videatur primum eorum esse
iudicatum: cuiusque mineralis primum ens, sal quidam est qui aqua p̄-
terlabente diluitur, atque aqua ita mineralis facta tam varia esse potest,
quam sales ipsi quibus imprægnatur. Sed mineralium pars fortè minima nobis
nota est, uti & salium qui in terra delitescant, quique per ratiō in massis
coconescant, ut sal gemina & quidam alii fossiles; nec terrena materiæ
nisi per pauca, afflitione aquæ calentis, seu lixivii sale suo exuuntur, ni-
si forte que sales ad vitæ usum idoneos præbent, quales sunt ex terræ
quæ alumini, vitriolum, salē petrae suppeditant. Et quidem ex iis quæ
probatae sunt aquis & ex aliis quæ d. incepit sunt examinatae, sales singu-
lares prodierunt: needum illud ante compertum erat, tetricam sales alkali
procreare, qui salibus plantarum sulphureis tam essent cognati, quam qui
reperi sunt in iis fontibus nominatis.

VIII. Quibus mineralibus factæ sint aquæ Pogienses, v. de *Pougues*, in
agro Nivernensi, vix suspicari licet; non nullum aciditatis p̄ce se ferabant,
nec injectu gallæ pulveris rubrum inducabant colorē, & tamen ubi re-
cens est aqua, non parum rubet eo pulvere adjecto. Cum post aliquot an-
nos illac iter sacerem, gustare volui aquam in suo fonte qui olim perce-
lebris fuit, camque valde acidam pene ut acetum sensi.

Ex aliquot spiritus salis ammoniaci gettis hinc aquæ instillatis precipi-
tatio alba & densa facta est. Aqæ exhalata, quod residuum fuit album erat
in folia diductum & salsum, idque aquæ communis & calidæ affusione
dissolutum & filtratum, succum florū parvæ iridis viridi colore tirxit;
cam oleo vitrioli nullam facit effervescentiam, sed levem duntaxat freni-
tum. Ex quo justa suspicio fuit aquam illam mineralē per terras bitu-
minosas transire, in quibus minus est bituminis, sed major vitrioli co-
pia. Nec valde sunt dissimiles aquis de *S. Lyon*, quæ mox sunt comme-
moratae.

IX. Aquæ de *Vichy* in Arvernia per celebres, non indiligenter fuerunt ex-
aminatae. Plures in eo oppido sunt fontes alii alii calidiores; sed omnes
pene in eo convergiunt, quod magnam salis sulphurei copiam suspedent.
Aqua fontis vulgo *de la grille* dicti odorem spargebat resinosum, sapore
erat acidulo, nucis gallæ additione colorem non mutabat, nec spiritu si-
lis ammoniaci instillato albescerat, sed aliquot guttis olei vitrioli affutis,
statim bullule è fundo vasis sublatæ sunt, ut in aqua de *S. Lyon*. Due
hujus aquæ libra drachmam cum duodecim granis materiae, quæ fere tota
erat sal purus, præbuere. Ille filtratus instar salis tartari acer & lixivialis,
in humido aëre liquefens, cum oleo vitrioli tumultuari visus est; mer-
cutii sublunati solutionem rubro colore inficit; adeo ut sal ille omnino
sit ex eorum genere qui sulphurei dicuntur & fixi.

X. Eadem pene est ratio illius fontis *le grant Boulet* dicti in eodem op-
pido: sapor aquæ erat acidulus, non ingratus; odor iudicem bituminosus;

ANNA cum galla paululum iubescere visa est, hujus duæ librae cum aqua Sequanæ ejusdem molis aut voluminis collata 103. grani graviores reperiuntur. Post distillationem magna salis copia in fundo vasis restat, cuius sapor acer non multum à sale ammoniaco alienus videbatut: quatuor librae extillata duas diachmas cum semissimæ materiæ falsæ praebuerunt; ac nona fere pars tertia erat; sal coagulatus omnino sulphureus ex allatis sepe indicis apparuit.

XI. Aqua itidem calida in fonte suo d'Erves ingratia erat saporis & fætidi odoris. Nullo fere indicio aut gallæ aut salis ammoniaci, vel salis tartari, vel olei vitrioli, aut vitriolo aut sale sulphureo imprægnata appuruit; paululum erat gravior aqua Sequanæ. Extillata paucum salis dedit, qui sapore suo Crystallum mineralem referrebat, isque nec succum florum parvæ itidis viundi colore infecit, nec ullum motum cum oleo vitrioli excitavit, nec sublimati solutionem turbavit: cum sale petraæ minorum habebat affinitatem, sed accensis carbonibus impositus non fulminabat. Id ventio mirari subit saltem hujus generis qui gustu subfrigidus & sine acrimonia judicatur, in aqua calida inesse nec bituminosæ, nec sulphureæ, cum diversa planè sit illius salis natura ab eo qui in aliis thermis deprehenditur.

XII. Complutes aliae quæ inter minerales aquas vulgo recensentur, variis probationibus sunt subjectæ, quæ perpatum salis dederunt, nec fere ullis indicis aut sapore aut gallæ pulvere, aut spiritu salis ammoniaci, aut sale tartari sunt immutatae. Hujus genicis fuerunt aquæ de Belefine in Unellis v. le Perche; octo hujus aquæ librae sex tantum grana salis actionis dederunt. Aqua de Verberie prope Compendium nullum penne salem reliquit. Aqua d'Ouray in agro Bellovacensi prope Claromontium distillata aliquantum salis cum fecibus terrenis misti in fundo vasis reliquit, qui cum oleo vitrioli nullum frumentum, aut partium motum effecit. Aqua de Balagny prope Sylvanectum perpatum terræ insipidæ in fundo vasis post distillationem reliquit.

XIII. Quæ vulgo dicitur de *sainte Reyne* qualis Luteritæ venalis extat, pulveris gallæ admistione, aut spiritus salis ammoniaci distillatione vix immutata apparuit. Duæ circiter librae post distillationem sex grana salis actionis praebuerunt. Huic sali in aqua communi exsoluto aliquot guttae olei vitrioli affuse citra ullam fere effervescentiam concretionem effecere cum fumo factido, qualis ex mixtura olei vitrioli cum sulphuris vel antimonii dissolutione per sulphureos sales parata afferti solet. Sal ille non dissimilis antimonii sali visus est, cumque eosdem effectis aquæ ille minerales & sal antimonii præcident, hinc forte suspicari licet ente primo, ut vocant, antimonii eas aquas impræparari. Sed cum patrum salis iis n' sit, fors est ut quinque aut sex filii antimonii grana in juscculo sumpta non minorum afferrent sanandæ scabiei aut pustigini utilitatem, quam magna hujus aquæ copia. Aut certè vis ejus fortior efficacior foret, si parte ejus maiore exhalata que nihil est aliud quam phlegma inutile, unus aut alter scaphis aquæ potaretur. Sic enim ventriculo onci non esset, cumque vis hujus æq. & tota in tale quodum salis fixo posita sit, nihil metuendum

et, ne forte hujus vites evaporatione infringantur. Ita quidem videbatur D. Du Clos, qui eam aquam perpurgando sanguini & humorum putredini cortigendæ utilem esse existimabat.

C A P U T V I.

Quædam circa calcis preparationem Physice observationes perstringuntur.

I. Neunte anno 1668. vir in Physicis eruditus, & in Architectura exercitatus tractatum de optima calcis præparatione conscripsit, quem *calcem*. Academiæ examinandum præbuit. Hujus ea summa erat, calcem optimam è saxo duriore jam diu è rupe aut fodina exciso, nec corgelationi obnoxio parati oportere. Ubi cocta est, recentior, gravis & sonora vetustior & leviori praferenda, quod partes habeat arctius colligatas, cum extinguitur, strepitum edat, cum fumis effervescat, extircta humidior sit, pinguis & candida, quod sale tum abundet sulphureo, & subili quodam humore tanquam glutine partes devinciantur.

2. Cum autem calx sit structuræ omnis & firmæ & solidæ velut firmanentum, illud è re communi foret, si lapides calcarii siue optimi Lutetiam asportati in furnis ad hanc rem idoneis excoquerentur: tum enim calx longius transvecta vim suam non deperderet, plus haberet salis, ea que adeo cum majori arteræ copia compingi posset, neque ea evenirent incommoda quæ sèpe è calcis penuria in structura ædificiorum consequuntur, ubi gypsum loco calcis adhibetur, adeo ut ædificia sint brevioris xvi, & citò satiscant. Quo plus est salis fixi in lapidibus, hoc duiiores sunt & graviores: nam concretio omnis à sale potissimum ducitur: is non facile extrahitur, sed post calcinationem perstat immobilis: cum terra pura & secca sit friabilis & male compacta; sal volatilis caloris vi statim evanescat, uti & humor crassior qui calore absumitur; subtilis humor arctius cum sale & terra coharet.

II. Itaque ii lapides calcii conficiendæ videntur optimi, in quibus major est salis fixi copia & subtilioris humidi. Unde laxa è rupibus excisa, quæque sunt firmiora, calcem præbent optimam. Sic Lugduni mutales structuræ, tametsi è terra tanummodo compactæ, calce marmorea incrustata omnibus aëris injuriis diutissime obstantur.

In vico nomine *Champagne* prope Fontembellaquæcum se invenisse quoddam laxi genus testatur auctor laudans, ex quo lapides Lutetiam arte aliquot annos asportati jussit, ex iis calcem omnium optimam eorū fecit, uti varijs experimentis jussu Illusterrimi Colberti factis comprobavit. Contra lapides illi quibus plus inest terre & humidi crassioris, quam salis fixi & subtilis humoris, quæque sunt leviores, calcii conficiende mirus sunt idonei. Hujus generis est gypsum, cuius sal nitrosus vim illam coagulatricem non habet. Unde hoc genus lapidis cocti incrustandis dentixat muris ab æte tutis est idoneum. Quidquid enim in eo est salis fixi, humoris

ANN. aquæ vel aëris facile exsolvit, per patentes meatus difflit, tumque mixtions laxatur vinculum. Hinc forte incrustationes ex gypso ignis calori moderato magis resistunt, quam quæ ex calce fieri solent, quod superfluuus gypsi humor calore ignis diffletur, cum in calcis & arenæ mistura, calor paululum interiore humorem ipsum cum sale permistum plus satis refaciat, mixtionem adeo ipsam dissolvat. Hinc gypsum vetus recourit, ut difflato humore superfluo sal vires suas ante depeßas recuperet.

III. Hæc fore de lapidum delectu disserbat vit laudatus. Illos quoque non recens, sed ante aliquot annos è lapidicina excisos optabit, ut benigno Solis calore humiditas superflua exhalat, & sales ex aëre volatiles subeant qui cum fixis facile contociantur. In furnis ad eam rem aptatis lapides primum hæri ignis calore excoquuntur, ne humor crassior salem volatilem præproperè tecum abripiat. Nam ignis vehementior lapides disfrumperet, ac subinde metuendum foret ne lapides fornicis diffilient. Jam humore illo crassiore exhalato nullum est à nimio ignis calore periculum. Quo enim intensior est, hoc terræ & salis particulas minutissimis dividit, quo aptiores sint firmæ compaginii. Quin & illud verisimilium est salem lignini volatilem cum sale fixo calcis ura conjungi.

V. Quamobrem in cocto lapide tertra, sal fixum & volatile remanent, humor subtilior vi ignis tantummodo rarescit; cu u sit oleofæ cuiusdam substantiae, non absunitur; crassior verò qui ad lapidis compositionem propriè non pertinet, quique male cohæret cum aliis miscilibus, omnino exhalat. Nec lapides amplius quam quarta, aut ad summum tertia sui ponderis parte minù debent, secùs calci conficien' & minus sunt idonei, cum sale fixo destituti, terra tantum leviore & humore consistent.

V. Excocti lapides si non serim extinguantur, quod factu optimum est, in dolis accuratè occulsi & in loco secessori sunt reponendi; idque imprimis cavendum ne aëri pateat aditus. Hie enim dum apertos meatus subit, sales commovet, humor diluit, & magna ex parte tecum abripit; tumque excocti lapides in pulverem abeunt, nec quicquam fere restat nisi caput mortuum. Nam pulvis ille residuus cum aqua permistus vix emcalcificat. Et tamen structores aut lapidari calcem sic exi& st & debilitatem cum eadem arenæ copiæ permiscere solent, ac si ea esset optimæ, tumque arenatum conflant male sibi cohærens, quod ubi parum dehiscit, statim ultro dilbitur.

Quocirca si fieri potest, quimprimum calx extingueda eo quo nerunt attingit molo. Non enim aquam affundunt lapidibus; sed loco exercitato tanquam crateri aqua replete lapides singillatum imponunt. Quod si ipsi lapidibus aqua affunderetur, i.e. sales tantummodo com noveret, qui enà cum densiori fumo exhalarent. Siquidem affusa paulatim aqua non satis habet virium ut tumultuantis sales comprimit. Unde calx ipsa, dum extinguitur, indeſinenter & ubique tundiculis aut cornis vulgo des Boulois est agitanda; secùs ubi deest illa agitatio, sale piaæ aquæ frigore excitato & excandescente, neque ab ea oppresso, calx ipsa in lapillos duriores iterum concrescit, tumque calcem combustam minus apta vox appellant.

Diu & multum calx commovenda & magna aquæ copia affundi sine periculo potest ; tantum enim calx ipsa aquæ capit quantum fatis est. Affusione aquæ & jugi motione cavitur ne crepitando partem sui salis amittat, dum enim aqua illius subit meatus , nimium rarescens cum impetu obices revellit, & sal subtilior per apertas rimas erumpit.

De Calce.
Extinctæ calcis magna aquæ copia superfunditur, quæ salēm subtiliorem retinet, dum tremoris instar is aquæ innatat, adeo ut salium & aqua fiat accurata permixtio.

VII. Sæpe expertum se alimonebat quosdam lapides , quiue optimam suppeditant calcem, cuiusmodi si sunt qui in vico *Champagne* reperiuntur, diu servari illatos, atque interdum evenire ut per diem integrum in aqua frigida citra ullum calorem persistent, quasi crudi essent & non cocti, sed aquæ fervide impositi statim vites suas excentur ; quod forte proprii salis subtili quodam divisione densiores facti humorē extrarium non facilè admittant. Calcis extincti sic terra tegitur, ut nihil in eam ido aut humido aëri liceat. Quo vetustior, hoc melior ; nam lenta fermentatione, & intestino partium insensibilium motu fit subtilior. Quam ob rationem olim Romani calcem ante triennium extinctum & adficiōrum substitutionibus adhibebant. Sic arenata aut cœmenta in fundamentis adficiōrum lapidibus ipsis duriora cernuntur ; arctius enim sal humidior cum arena sibi cognata cohæret. Excipiendæ timen sunt substitutiones in aqua, aut in humidiori loco factæ, quibus calx viva & recens extincta est adhibendi. Sic enim adhuc incalcescens, quantum sibi fatis est humoris cipit, tum brevi exsiccatâ alium humorem non amplius excepit.

VIII. Arenæ alterum tantum una cum calce citra aquæ additionem permiscetur : haec enim vim salium debilitat. Idque in cœmento maximè tenendum : hoc enim ignis ardoribus exsiccatum aquam avidius imbibit, quam calx ipsa, quæ pinguior cum sit, una cum aqua non facilè miscetur. Jam ubi exsiccatur cœmentum, id porosum fit & minus tenax ; sed calce rannummodo dilutum corpus efficit solidum & impenetrabile, quod in aquis ipsis diutissimè perstat.

VIII. Romant tres partes arenæ flaviatilis, quatuor illius arenæ quæ ex terræ profundo eruitur, cum una parte calcis permiscebant, quod ca esset optima. Quo autem tenacius foret arenatum, aliquot ante diebus id parabant, ut paulatim fermentesceret. Quin & terciā partem testarum è laterculis interdum adjiciebant ; ex quibus optimum fit cœmenum. Arenâ recens effosla ne aëris humore diluatur, quæque manibus contractata strepitum edat, subrubri coloris utendum est. Nam sal cum asperioribus hujus arenæ particulis arctiori vinculo cohæret, quam si mollior sit & subtilior.

IX. Hanc de calcis præparatione & usu dissertationem vehementer probarunt D. D. Perrault & Du Clos : animadversiones tamen suas scriptis trahiderunt. Et quidem D. Perrault quæ sint concretio[n]is & firmatatis causa paucis exposuit. Hoc enim argumentum postea in suis tentaminib[us] Physicis uberiori stylo est persecutus , ubi cogulationem omnem & firmatatem ex principiis mechanicis deduxit , non ex atomis huiusmodi quas in dif-

ANX. solutione disruptum iti putabat., quod utique atomorum naturæ omnino 1663. repugnat, sed ex partium figura, motu & textura. Nec Chymici qui sales coagulationis principia constituent, huic sententiae adveiciuntur. Sales enim vocant dura quedam & solida corpora, quæ firmitate & tenuitate sua facile cum aliis corporibus permiscantur, corumque coagulationem promovent. Ex iis alii sunt subtiliores, alii crassiores; illi si soli sint, vix satis firmam compactionem efficiunt, ut nec sales fixi & crassi satis sint penetrabiles, ut partes omnes corporis subeant: unde unâ ambo conjunguntur, ut compacta & firma efficiant corpora.

X. Cum igitur, inquietat, lapides ex quibus calx efficitur, sint duti, & solidi, ubi ignis ardoribus dissolvuntur, sales volatiles cum fixis ante coniuncti magna ex parte avolant, fixi cum terrenis corpusculis utecumque conficiantur, & milie compactum efficiunt corpus innumeris poris pervium, quos spiritus sulphurei relinquent. Extinctione ipsi sales fixi antea cum terrenis partibus cohærentes præ fluiditate sua cum sale volatili superstite unâ conjunguntur, & arenosis corporibus aëtius adhærescent, ac demum sales affactione aquæ præcipiti motu agitati calorem protractant.

Arenæ corpuscula & plana & terfa faciliter cum salibus calcis agglutinantur, quam si spongiosa essent & tenuia. Hinc muri calce illiti superficies tractu temporis induxit, quod sales ex aëte volatiles corpora calcinata subeant, & inanes meatus occludant.

XI. Quo calx extincta ditius asseretur, hoc melior est; cuius rei Vitruvius hanc assert rationem, quod complures calcis recentis partes non ex omni parte sint extinctæ: unde non lapilli modò, qui sensu ipso percipiuntur, sed complures etiam salis particulae longiori egent tempore, ut dissolvi possint; secus sales fixi cum terrenis particulis colligati manent, nec moveri possunt, quod aliis salibus socientur. Id vero fluiditas tantum aquæ præstare potest. Cum tamen calx ex lapidibus minus duris paratur, tum recens est adhibenda: nam cito extinguitur, eaque si diutius asservetur, vim suam amittit. Quod non evenit, ubi lapides sunt duriores; in his enim excoctis complures sunt salis particulae cum terrenis aetiori vinculo devinete, que diutuinam fermentationem suam tueruntur.

Ex quibus illud efficitur calcis usum non esse dissimilem saxe durissimi fusioni, que idcirco fieret, ut cum aliis saxis faciliter conglutinati posset: pristinam vero duritatem & soliditatem quam ignis ardoribus amiserat, sibi restituit, ubi cum arenæ lapillis solo contactu adhærescit. Ista quidem D. Perault circa usum calcis & Auctoris dissertationem annotavit.

Hoc utique non facile concederem, sales volatiles ex arena in calcem commicare: sed forte ad mechanicas affectiones configere satius foret. Cum enim arenæ grana sint perpolita, atque ut crystalli pellucide microscopio conspiciantur, illud satis est verissimum sales calcis in aqua fusos his lapillis, quorum superficies sunt complanatae & terfa, pertinaci contactu adhærescere. Verum hoc loco non quid nobis, sed quid aliis videatur, explicandum suscepimus. Quæ in eandem dissertationem animadverterit D. Du Clos, mox subjiciam.

XII. Postquam hujus dissertationis argumentum & auctoris consilium comprobavit,

comprobavit, salem fixum lapidum & concretionis principium, ut compactionis in substructionibus effectricem causam non inficiatus, illud operatur, ut hujus salis dotes aut qualitates Auctor dissertationis explicatius tradidisset. Neque id satis erat salem coagulationis in lapidibus principium constituere, aut docere saxa duriora uberiora sale donari: non enim ex duris quibusque lapidibus calx efficitur, quod non aliunde quam ex varietate salium orti potest. Nam lapides alii sunt asperi & acenosí, ut cotes & silices, quibus constrictæ sunt viæ; alii sunt argilloſi, ut marmora quæ perpoliti possunt, quæque ex argilla indurata conflari videntur; alii moliores & magis cretosi. Non è silicibus aut cōtibus quibus gladii exacuantur, neque ex iis lapidibus qui viis muniendis adhibentur, calx conficitur, sed ex faxo & marmore; tametsi in illis non minor sit dureties, nec minor salis copia: adeo ut diversa salium genera hanc lapidibus præbeant dispositionem.

XIV. Cum autem sales alii sint sulphurei, alii acidi & mercuriales, ut loquuntur, illi in calce sunt ubetiores: nam sulphurea mineralia dissolvunt, ut & sales Alkali è vegetabilibus extracti. Hinc calx terris sterilibus feitilitatem afferit, ut Marga, quæ est quoddam argillæ genus. Quin & supra innumerus sale tartari sulphureo certa ratione præparato, & cum Stampensi fabulo permisto, aquam in lapidis formam concrescere. In calcinatione salem institum lapidibus, illius accessione qui lignis inest, multum augeri ex iis quæ superius allata sunt experimentis circa mineralia sulphurea & calcinata facile intelligitur.

Calcem excoctam aëri expositam debilitari constat, non quod magnam sui salis partem amiserit, cum illud experientia se competitissime afferat D. Du Clos majorem salis copiam è calce per aliquot menses aëri exposita, quam è recenti extractum à se fuisse: sed hoc commune esse ait salibus sulphureis, ut in aëre exsoluti proptiam velut indolem exuant, dum illud quod terrestre est & siccum, quodque ad coagulationem plutimum confert, à sale sejungitur, & in pulverem fatiscit.

Quod auctor subiicit de assevanda calce, postquam extinta est, rationi consonum planè videntur. Occulta enim fermentatio hujus salis lapidifici in molliori calce magis promovetur, quam ubi una cum arena exciscante est permista. Sed de calcis natura & usu magis ex occasione quam ex instituto hæc dicta fuerint.

XV. Incunæ anno 1668. variæ animalium dissectiones factæ ac cerebri structura imprimis examinata. Plantatum nonnullæ descriptiones à D. Merchant in rebus Botanicis admodum exercitato lœcta sunt. Camelus dissecatus fuit magna cum cura, cuius historia publici postea juris facta est.

D. Hugens experimenta quædam fecit in machina pneumatica quam ante aliquot annos D. Gerike Magdeburgensis excogitaverat, ejus structura sibi reservata. Hujus machinæ P. Schottus mentionem fecerat. Sed D. Boyle illius artificium detexit, multa huic adjecit ad usum faciliora, nova & præclara experimenta utrā cum machinæ descriptione anno 1661. ab eo publicata non mediocre lumen Physicis rebus intulerunt. Brevi post tempore D. Hugens nobilis Batavus præclaris inventis & scriptis toto orbe

ANN. celebris hanc machinam sic perfecit, ut usus illius longè sit facilior. D. 1668. Homburg nunc Academ:æ socius eam machinam, ut à D. Genke fuit excoigitata, sic absolutam effecit, ut omnis generis experimenta in illa longè perfectiori modo siant. Sed ea de re idoneo loco dicemus.

Nec necesse est quæ facta sunt in Academia experimenta singillatim refretre, cum ea sint nunc temporis pervaagati. Hujus genetis fuerunt so-ni exhausto aëre extinctio, spiritus vini ebullitio, vehemens cupri in spi-ritu nitri post extractum aëra dissolutio & effervescentia, quæ subcunte aëre longe phecidior erat.

Ac de Physicis experimentis quæ anni 1667. decursu, & incunte anno 1668. usque ad Paschale tempus sunt facta satis multa diximus; nunc de Mathematicis dicendum, sed majori brevitate. Nam complura ex iis que tum temporis fuerunt in Geometria, Mechanicis & Dioptricis proposita, aut publici juris facta sunt, aut in operibus posthumis quæ D. De la Hite summa cura & studio collegit & expendit, quæque anno 1693. Typis Re-giis excusa sunt, magna ex parte continentur.



S E C T I O T E R T I A.

De Astronomicis Observationibus.

ANN. **E** Physica ad Mathesim, ut ad difficiliorem scientiam progredimur, ac 1667. primùm quæ annis 1667. & 1668. fuerint obseruata, aut inventa, strictim attingemus.

C A P U T P R I M U M.

De rebus Astronomicis que anno 1667. in Academia discussæ fuerunt.

I. **C**um omnes Mathematicæ disciplinæ ad vitæ cultum, & ad earum rerum quibus utuntur homines, facultatem sint peruiles, tum Astronomia pene necessaria generis humani societati semper fuit judicata. Hanc imprimis coluerunt Chaldaei, Ægyptii, Arabes, Persæ, ac Sinenses etiamnum in ea cognitione & scientia studium omne suum ponunt. Hæc Christianæ religioni aditum ad illas gentes munit, qua quidem de re aliis erit differendi locus. Nunc vero quanta cura & studio hæc nobilis scientia in Academia exulta fuerit, dicendum nobis est, ducto ab us exordio quæ minus habent splendoris, sed quæ si negligis, non erit majoribus locis.

II. Duæ sunt omnium primæ observationes Astronomicæ, quæ reliquis ut fundamenta substernuntur, linea meridiana & poli altitudo: ab his ita-

que incipendum duxit D. Aeront, cum viveret vir omni generic doctrinæ præstans. Cum autem utraque observatio variis fieri modis possit, primo loco habendi sunt ii qui ex aliis prioribus in quibus errandi est periculum, non pendent. Hujus generis est Poli altitudo quæ ex maxima & minima stellæ polaris aut alterius ex iis quæ nunquam occidunt altitudine meridiana, vel in eadem nocte, vel etiam post aliquot mensium intervallum dignoscitur. Nam ut norunt omnes vel medioctiter ab hac scientia instruti, ipsa poli altitudo inter utramque est media.

Die quinta Januarii anni 1668. D. Buot observationes suas altitudinis Poli die 30. Decembris in horto Bibliothecæ Regiæ factas Academiam proposuit. Sextante usus est ejus radius erat sex pedum; ex maxima stellæ polaris & minima altitudine, Poli ipsius altitudinem 48. gr. 52. m. invenit, distantia stellæ polaris à Polo inventa est 2. grad. 28. m. 15. sec. D. de Roberval candem serie stellæ polaris à polo ipso distantiam reperit, errorem tamen nonnullum ex pinnula male collocata irrepsisse postea compedit: atque haud scio an refractionum tum habita fuerit ratio, quam D. Cassinus stellam polarem uno minuto ultra quam par sit, attollere deprehendit.

III. Sic linea meridiana stellæ alieujus fixæ beneficio satis accurate delineatur, cum ejus stellæ altitudines due sibi aquales sumuntur, in æquatore Meridiano distantia. Nam Orientali primum, tum Occidentali azimutho in plano horizontis utrimque notato, qui ab iis comprehenditur angulus bifariam sectus lineam meridianam præbet.

Unam è fixis que inter polum mundi & Zenith nostrum pertransit, scilicet commode posse admonebat D. Hugens; una v. gr. ex septem majoris Ursæ circa mensis Martium & Aprilem his in regionibus huic rei est apertissima, si extrema caudæ excepitis, quæ ultra Zenith excurrunt. Sub fine Augusti eam itidem quæ in Cephei humero sita est, aut denique sub initium Novembritis tres aut quatuor Cassiopeæ stellas in eamdem rem adhibete licet. Id quoque circa solstitium aestivum, cum Solis declinatio pene eadem manet, commodè fieri potest. Tum enim Azimutha Solis radiis, aut styli umbra facilius designantur.

IV. His bene constitutis stellarum situs & positiones facilius designari, & cœlestis globus longè accuratius quam solet delineari poterit. Quod ut citta errorem sensibilem consequi licet, stellarum ascensiones rectæ, & earum differentiæ, neenon & earum declinationes, horologii oscillatorii ope seu penduli à elatissimo Hugenio ante aliquot annos inventi, perspectæ haberi debent. Qua id ratione fieret, adhibitis filis ad perpendicularium super horizontem erectis ex triangulorum Sphericorum analysi ipse demonstravit. Eadem pene methodo quæ & quanta sit Atmosphera refractio in quavis altitudine Solis dignosci posse ostendit. Demonstrationum seriem exscribere longum est, & ab instituto opere alienum.

V. Stellarum loca variis modis restitui posse inter omnes convenit. Primum si Sextantis ope inter duas stellas illustres distantia sumuntur, tum alias stellarum distantiae ab una ex iis duabus prioribus capiantur. 2. Si altitudinis meridianæ & ascensionum rectarum differentiæ sumuntur, idque

ANN. penduli beneficio. 3. Si poli altitudine cognita, stellarum altitudes & azi-
1666. muga obseruentur.

& 67. Die 28. Decembris anni 1666. D. Auzout Epistolam misit ad D. Ol-
demburg Regiæ Societatis Anglicanæ Secretarium, in qua rationem ob-
servandæ diametri cujusque planetæ accuratam exponit, quæve methodo pa-
rallaxis, ac distantiæ Lunæ à terra inveniatur: simul & causam affert cur
in postrema Eclipsi que mense Iulio contigerat diameter Lunæ à D. He-
velio major octo vel novem minutis secundis visa fuerit quæm in ipso
defectionis initio, cuius Epistolæ summariū in Diario Anglicano men-
sis Januarii anni 1667. exscriptum est.

In ea quidem Epistola primum admonet se unā cum D. Picard in id
incubuisse ut Solis & Lunæ diametros accuratiore, quæm quæ hactenus
adhibita fuerit, methodo, obseruant. Quandoquidem diametri ad mi-
nuta usque secunda dividuntur, & longitudi pedis in 3000. partes ita
ab iis secatur, ut vix unius partis error possit obrepere, ac pene id pro
certo habeatur non amplius 3. vel 4. secundis in dimetienda Solis aut Lu-
na diametro aberrari. Diameter Solis in Apogeo non minor 31.m. & 37.s. in-
venta est, & in Perigeo non amplior visa est quæm 32. m. 45. s. Lunæ dia-
meter nunquam fere minor 29. m. 40. s. nec major 33. m. nisi aliquot min.
secundis.

In alia quæ paucis post diebus scripta est ad eundem Epistolam, observa-
tionis à D. Hevelio factæ in postrema Solis Eclipsi eandem causam affert,
quam protulimus, ac subinde notat contra futurum fuisse, si Eclipsis sub
vesperam contigisset: tum enim Luna inferior fuisset circa finem Eclipseos,
ac proinde minor visa esset ejus diameter.

Utriusque hujus scripti occasione Micrometri originem & usum descrip-
sit D. de la Hite, in eo opere quod anno 1693. Typis Regiis excusum
est, de variis opusculis quæ Academici diversis temporibus elucubravunt.
Illud memoriam posteritatis dignum annotavit, hanc dimetiendi planetarum
diametros rationem per reticulum in loco tubi appositi, jam antea ex-
cogitatum fuisse. Sed id habet incommodi, quod quadrata intet fila com-
prehensa, quæque angulis dimetiendi inserviunt, non adeo exilia fieri pos-
sint, ut imagines corporum inter aliquot fila accurate sint comprehensa.
Unde quod occurrat ex gr. pars corporis tertia vel quarta, judicio quo-
dam vis imaginaticis extinxitur.

Quod itaque deerat reticulo ut rerum objectatum imagines semper in-
ter duo fila serica aut duos capillos, vel lamellas totæ essent comprehen-
sa, & filorum distantiae tam minutissime forent divisæ, ut ad secunda us-
que perspectæ esse possent, illud à D. D. Auzout & Picard postea ex-
pletum fuit.

Ille machinula usus est quæ parvæ cochlear ope capillos aut lamellas sic
promovet ut parallelismum cum aliis fixis servent, atque ita rerum ob-
jectatum imagines intra duorum crinum intervalla totæ concludantur. At-
que hæc cochlea tres v. gr. efficit circuitus, ut filum unius lineæ pro-
moveatur. Verum & illi filorum distantiam dimetiendi ratio exquisitam
machinæ structuram postulat, ac subinde metuendum est ne crebris motibus

tandem atria minus fiat accurata. Unde D. Picard aliam dimetiendi in-
ter capillos distantiam per microscopium excoxitavit viam. *Astro-
nomica*

Hanc in rem usus est regulâ in partes 400. divisâ, eaque erat unius
pedis, tum microscopium adhibuit quod cō usque producebat, dum re-
rum imagines sexagies augeret, quod factu facile fuit sexaginta pattiibus
in reguli designatis, & uno oculorum in microscopium intento, dum al-
terius oculi ope sexaginta partes regulæ conspicerentur, & utræque mag-
nitudines aquales inter se apparetent. Tum enim illud perspicuum fit,
sic dispositum microscopium rerum imagines sexagies augete in eadem di-
stantia.

Quibus rite peractis cum imago intra duo fila planè intercepta ju-
dicata fuerat, reticulum regulæ ipsi est applicandum, & per microsco-
pium intuendum quam regulæ divisionem attingat. Reliqua loco citato ope-
ris nuper editi dilucide exponuntur.

V I. Ac nobis pene exciderat Eclipsis Solis quæ die 2. Julii anni 1666.
in ædibus D. Colbert summa cura fuerat obseruata à Mathemeticis supra
memoratis D. D. Hegens, Roberval, Auzout, Frenicle, Buot. Hi nam-
que tum temporis jam unâ constitutis diebus in Bibliothecam D. Colbert
conveniebant.

Cum ii cuncta quæ opus erant ad observationem tum eclipsis lunaris,
quæ die 16. Junii, tum solaris quæ 2. Julii futura erat, comparassent,
cœlo nubibus obducto Lunæ defectio videri non potuit; eam tamen in
Italia jussu serenissimi Principis Hetruriæ Leopoldi, hora 7. 34. min. ob-
servaram refert D. Payen in Ephemerid. Etuditotum die 6 Septembri
eius anni, ubi nonnulla cognitione digna commemorat. Ea fuit horizon-
talís, quæ tarò sub oculis venit, adeo ut Sol & Luna simul conspiciantur
in horizonte. In hac Lunæ defectione nubes horizonti finitimæ Solis aut
Lunæ conspectum oculis subduxere; atque hoc Phænomenon perparum du-
rat; unde tres tantum ex omni heminum memoria ejusmodi eclipses ob-
servatae memorantur.

In Actis Academiæ mensis Junii anno 1692. illud à D. Castino me-
moratum invenimus, magnum Hetruriæ Ducem Astronomos in diversa mi-
nisse loca qui eam Lunæ defectiōnem observarent, atque iis solis qui missi sunt
in parvam Insulam, quæ Gorgonia dicitur, tempus fuisse, ex multis obductum
cœlum obstitisse quominus horizontalem illam eclipsim cernerent.

Solis autem defectio die 2. Julii hora quinta matutina 43.m. 20. sec. incœpit.
Maxima fuit 7. digitorum & 56. m. phasēs omnes accuratissimè sunt obser-
vatae: ex quibus diameter Lunæ paulò minor Solis diametro, aut faltē
æqualis apparuit, cum tabula Astronomicæ, Solis diametrum minorem quam
revera sit exhibeat. Nam in Apogeo est 30. m. 35. sec. cum Kepletus & aliis
30. tantum ei minuta tribuant. Sic diametrum Lunæ justo majorem effi-
ciunt.

Et quidem die 8. Julii cum Luna esset petigæa & in prima quadratura,
circa horam octavam cum seminisse, diameter ejus visa est 33. m. die 14. cum
esset in media sui longitudine, fuit 31. m. 35. sec. die 22. cum esset apogæa cir-
ca tertiam à media nocte horam 29. m. 50. sec. apparuit. Atque in dimetiendis

A m. Lunæ diametris refractionum habita est ratio, quæ à plenisque Astronomis 1667. ante neglecti fuit. Quia ratione diametri Solis & Lunæ multiplici fili aut capilli in foco telescopi aptati citra errorem definiti possunt, scriptio publico tum vulgatum est; & anno 1667. à D. Gallois in Ep̄hemerides undecimæ epus anni relatum, ubi machina hujus descriptio breviter & dilucide exponitur, caue, ut diximus, in opere nuper dicto fusè describitur.

VII. Toto deflectionis tempore Lunæ circumferentia telescopio æquabiliter rotunda & nigra, nusquam protuberans apparuit, ita ut nulla atmosphera Luna circumfusa videatur.

Qui in hotto Bibliotheca Regie sextantis ope Solis altitudinem sumebant, circa medium eclipsis tempus frigiduscum experti sunt, tametsi vix quisquam ante non admonitus vel domi, vel in agro Solem dicere advertifset. Cum enim partem Solis diametri paululum dimidia maiorem, Luna tegret, vix oculi eam luminis differentiam percipiebant. Sed longè alia est caloris ratio: unde specula uestoria ad eam rem parat circa medianam eclipsim minorem combutendi vim habuere, quam circa initiam ac finem: lignum quidem incendit, sed citra flammam, & chartam albam inflammat non potuerunt. Idem enim contigit ac si speculum priuò tota superficie, tum parte ejus dimidia retecta solis radios exceperiset.

VIII. Cum Observatorii Regii locus jam esset designatus, eò Mathematici 21. Junii anno 1667. solsticii die se contulerunt, ut lineam meridianam in lapide quadrato ad eam rem destinato, & cura D. Couplet collocato delinearent. Duplicis Sextantis ope octo Solis altitudines & octo azimutha ante meridiem, post meridiem quoque solis altitudines sumptæ, & azimutha totidem que prioribus respondebant. Qui quidem ratione octo lineæ meridianæ sibi mutuò parallela sunt delineatae; due tantum ex iis paululum versus Occidenteum, quantus ferè est apex circiorum, ad se mutuò inclinabant; tres ex iis lineis paulò altius lapidi sunt incise, ut adiuncti situs ad cœli plagas, ut par erat, componeretur.

Acus Magnetica his lineis applicata paululum ad Occidentem declinare visa est, sed non amplius quam 15. minutis ab his deflectebat.

Altitudo Solis meridiana 64. grad. 41. m. repetita est: ex qua si subduxeris 23. gr. 30. m. (si ea sit vera declinatio solis,) restabunt 48. gr. 49. m. pro altitudine poli, seu loci illius latitudine. Quod si declinatio solis sit 23. gr. 29. m. in Observatoryo poli altitudo erit 48 gr. 50. m. vera nimirum, non apprens tantummodo.

Eodem anno Observatoryo fundamenta jacta sunt, quod testatur numismatis tum incisi inscriptio his verbis:

Sic iur ad Astra.

Turris siderum Speculatoria.

Anno M. D C. LXVII.

C A P U T I I.

De rebus Geometricis & Mechanicis.

I. **N**on decebat Geometriam & Arithmeticam, quibus Mathesis tota innititur, quæque in dies novis inventis locupletantur, in honoratas præterire: per pauca ex iis quæ à Geometris proposita fuere & demonstrata leviter attingemus, quod inter Miscellanea, aut opera posthumâ Academicorum Typis Regiis magna ex parte jum sint excusa.

Hujus generis sunt ea quæ de triangulis Sphaericis & Rectangulariis sunt demonstrata à D. D. de Roberval & Frenicle. 2. Demonstratio regulæ de maximis & minimis à D. Hugens proposita & nova in thodo explicata. 3. Eiusdem regula de inveniendis Logarithmis multò compendiosior quam pervulgata. 4. Regula ad inveniendas tangentes lineatum curvatum. 5. Ratio triangula Sphaerica resolvendi.

II. Tractatum quoque Mechanicum de centro gravitatis jam ante multis annos elaboratum exposuit D. de Roberval. Idem propositiones quasdam de inveniendo multarum magnitudinum centro gravitatis, sive virtutis accommodatas suis demonstrationibus munitas exhibuit, quodque ab aliis instar postulati ponitur, demonstrandum suscepit.

III. Ista quidem primis anni 1668. mensibus fuerunt agitata, atque iisdem fere temporibus variis machinarum typi sunt expressi curâ D. Niquet, tum juvenis præstanti ingenio & flagranti in Mathematicis studio, in quo quidem jam ab iis temporibus D. Couplet egegiam navavit operam, ut machinarum typi & instrumenta affabre fierent.

Id enim non inutile futurum judicavit Academia, si machinarum, quæ magis sunt usicatae typi esingerentur, quidve ad earum perfectionem addi posset, diligenter expenderetur. Hoc D. Niquet demandatum: ab ea machina quæ grus architectonica, au Geranos appellatur, cœptum est. Hujus machinæ partes omnes & usus accuratè exposuit. Quid in iis conficiendis peccati solcat ab artificibus, quidve ad usum his magis accommodatum adjiciendum existimat, non omisit. Idem postea machinam Architectorum tractoriam v. *Engin dictam* & partes illius singillatim descriptas exposuit.

IV. Atque haec de machinis & earum usu sunt discussa. Ab his ad vires motrices animalium progredi placuit, & experiri quantum pondus homo trahere possit aut pellere ut stat aut sedet, aut diversos luit situs; tum quanta sit vis hominis cum vi motrice equi comparata. Primum in hanc rem aptata fuit in Observatorii Regi loco designato machina, cuius mox minimum, gius nimis architectonica, cui equus onerariis navigiis trahendis assuetus aptato per trochleam fune illigatus pondus 401. librarum è terra subvexit: huic attollendo septem homines vix patres fuere funem trahentes, eo quo solent pontones v. *des bacs* promovere modo: adeo ut hominis satis validi vis motrix eam fere habeat rationem ad vim equi robusti, quales adhiberi solent catris trahendis, quæ est 1. ad 7. nec fere majus quam 60 librarum pondus eo quo diximus modo ille

ANN. attollat. Sed ratio tamen habenda est funis per trochlearis ducti, ac demum 1668. attritus qui sane in ea occasione non mediocre fuit.

Huic experimento alia generis ejusdem subjecta sunt eodem in loco die decimo Julii. Primum quidem ab homine pondus magus sui corporis pondere surlum attolli vix posse ea ratione fuit comprobatum. Homo satis gracili corporis habitu, pondus 130. librarum trochlearium et illigatum evehere non valuit: unde ejus collo corpus 25. libr. suspensum fuit, tumque pondus 130. ad altitudinem sesquipedalis sustulit; aliud deinde ejusdem ponditis corpus ejus collo suspensum est, tum magna facilitate predictum pondus 130. lib. ad octo usque pedes sublatum est: sed cum utrus ex iis qui aderant, manibus appensa pondera sublevasset, tum homo vietus a pondere e terra paulum elatus est, adeo ut in sublime actus fuisset, nisi statim appensa collo pondera retinere desisset, qui inscio, nec cogitati eadem manibus sublevarat. 2. Illud quoque peritentatum fuit utrum homo majori vi corpus ut vetem ferrum ad se trahet quam a se repellere: aequaliter esse utrobique vim competitum est. Ab homine stante & demissis brachiis magus attolli pondus, quam si idem sedeat, & brachia idem dimittat, observatum fuit, quod eo sedente musculi tantummodo brachiorum & remnum, sed stante crurum quoque musculi vim suam exercent. Tum D. Hugens que sint inter funes qui juxta diversos angulos pondus trahunt, vim differentias scripto exposuit.

His non leviter perstrictis quedam non inutilia circa vecturas sunt observata. D. de Roberval duo maximè in iis spectari posse admiravit, nimium soli in quo sit subvectio naturam, tum rotarum magnitudinem. Cum solum firmum est, maiores rotæ nihil habent cur minoribus antepontantur, nisi forte quod in his modioli cum axe major sit astractus. Verum id perparvi est momenti, cum axis est ferreus, & partes omnes axungia sunt obliterata. Atque ut major rotæ pauciores agat circuitus quam parva, aequali tamen velocitate in terra mouentur peripheriae. Quin etiam majoris rotæ pondus obesse nonnihil potest, cum onus est levius.

At si solum ipsum molle sit & lutosum, ita ut in id aliquantum rotæ descendant, tum majores in hoc minoribus sunt anteponendæ, quod radii sunt totidem vectes in illis longiores, quæque adeo resistuntiam soli facilius vincunt. Hypomochlion seu fulcimentum vectis in eo est puncto quod tangit rotæ circumferentia, vis motrix in centro ipsius rotæ, qua parte scilicet sit tractio; resistentia est in eo loco, ubi major occurrit obex, nimis inter supremam & infimam teræ mollioris quæ scindenda est, partem, & quasi in centro gravitatis ipsius consistentia, quam major vectis facilius vincit.

Cum autem ex firmiore solo in mollius rotæ descendit, aut vicissim ex molliori in solidius, id sit per ascensum quemdam & descensum quasi in plano inclinato; tumque varia esse possunt unius præ altera aut commoda, aut incommoda, quæ ex vecte & plano inclinato inter se collatis ducuntur.

Sed ubi solum est asperum & silicibus salebrosum, tum succensus sunt dutiores, atque his superandas majores rotas esse magis idoneas ex plani inclinati

inclinati affectionibus ante demonstratis ostendit D. de Roberval.

Auctio

V I. Amphores quoque totas minoribus p̄ferri oportere his rationibus nica.
ostendit D. Buot, quod illæ majore sui parte solum tangant, neque adeo
tam altè in terram molliorem aut atenosam descendant: unde seu mol-
lius sit solum, seu lapidibus sit asperum, tum major obex opponitur mi-
noris rotæ, quâm majori, quod illius peripheria angulum mixtum cum
terra efficiat ampliorem: adeo ut tetra quæ minoris rotæ immersæ par-
tem anteriorem conneçtit, majoris sit molis. Sic ubi saxa occurrunt, ea
majus affectunt impedimentum, quo angulus ille est apertior, atque illi
obices ægide superantur. Illud jam fuit observatum longiorem esse vœctem
in majore rota, & vim illius fortioriem. Unde si pars radii à centro, seu
à modiolo rotæ ad punctum contactus rotæ cum terra, dupla sit partis
radii, quæ ab eo puncto fulcimenti ad punctum resistentia ducitur, ac
resistentia ipsi sit dupla potentia, tum fieri æquilibrium: quare aucta pau-
lulum vi motrice iſſistentiam vinci necesse est.

VII. Hoc ipsum alia ratione demonstravit D. Hugens, in via salebro-
sa & silicibus aspera vim illam, qua trahitur minor rotæ, esse in tali ne-
subdupla diametri majoris rotæ ad minoris diametrum.

VIII. Hoc utique D. Mariotte per tabulas sinusum confecit; illud quo-
que subjecit in solo atenoſo aut lutoſo quod rotæ penetrant & quodam-
modo percitant, minorē rotā altius quidem ſubite, ſed in longum
minus ſcāre; unde utriusque ferre æqua ſunt incommoda, cum ſolum fir-
mum eſt ſub luto aut arena. Quod ſi enim preſſione tantum arena firme-
tur, cum minor rotæ altius ſubeat inſtar cunei acutioris, ægrè admodum
ex arena aut luto ſe expedit. Quod ſi obices ſint minoris momenti, qua-
les ſunt arborum ramuli qui franguntur, aut glebae quæ rotatum ponde-
re comminuantur, ad explicatas regulas reficii poffunt, & eadem pene
ratione ſolvi. Sub idem tempus D. Picard quæ ſit Sequanæ declivitas à
vico v. Effone Lutetiam uisque ſcripto tradidit.

C A P U T III.

*De Eclipſi lunari, que coniigit die 25. Maii anno 1668., ubi de
ſcientia longitudinum per pauca.*

I. **D**ie 26. Maii anni 1668. circa horam ſecundam à media nocte, eclipſis Lunæ in monte Martyrum magno ſtudio & cura fuit obſervata. Hic locus ſelecetus fuit, quod ſublimis ſit, atque ex eo liber patet in orium Solis & occasum proſpectus. Omnibus instrumentis, horolognis, tubis eò pridie coportatis, initium defectionis hora 2, 12. m. 47. f. poſt me-
diā noctem incepit, cum ante octo horæ minuta penumbra jam ſub con-
ſpectum veniſſet. Umbra terre priuūm Lunæ ſubit limbum orientalem cir-
ca lucidum illud punctum quod Aristarchi nomine deſignare placuit recen-
tioribus Astronomis; tum paulatim lunam ad decem uisque digitos ob-
luit, non procul ab ea parte lucida Tychoſis nomine inſignita. Eclipſis

ANN. quidem semidigito major quam revera esset, apparuit, quod pars Lunæ à 1668. Sole illustrata horizonti finitima præ restrictione aetior quam par esset, videretur.

II. Antequam eclipsis inciperet, subnigra macula, mare Caspium vocant, erat luce proxima, diameter Lunæ 33. minut. & 8. secund. fuit observata. Ex quo D. Picard suam conjecturam antea propositam confirmavit, Lunam videlicet non alias majorem videri, ubi ejus altitudines supra horizontem pates sumuntur, quam cum perigæa soli opponitur, aut cum eo conjungitur: tum enim supra horizontem multum sublata ad 34 usque min. patet ejus diameter, & aliquot tantum secundis minor esse potest: cum in quadraturis & perigæa ejus diameter ad 32 tantum min. & 30 sec. nec amplius pateat. Id vero hoc magis notandum putabat, quod Astronomi huic contrariam hypothesim ut certam posuerint.

Ex umbra transitu per diversas lunæ partes suis nominibus designatas observato judicatum fuit diametrum umbrae duplam tum fusile lunæ diametri; penumbra semper visa est umbram antecedere unius ferme digiti longitudine. Sed vix ea sub fine eclipseos potuit ab umbra secerni die jam illuciente.

Luna horizontem cœpit attingere hor 4. cum 5. min. & 29. secundis. Quod si eclipsis illa centralis fuisset & horizontalis, jam illius centrum supra horizontem tum sublatum fuisset 28 min. cum centrum Solis cœpit emergere: utrumque adeo lumine pene integrum supra horizontem videri potuisset, nisi quid aliud Lunam oculis subduxisset.

Eandem eclipsim D. Cassini, uti antea ex condicō convenerat, Romæ observavit. Atque ex collatis observationibus differentia Meridianorum Romanarum inter & Lutetiam fuit constituta: quæ postea è satellitibus Jovis accuratius fuit definita.

III. Sub idem tempus die nimirum tricessima Maii D. Colbert ex Academia D. D. de Carcavi, Hugens, de Roberval, Auzou, Picard, cum Domino Gallois, qui tum erat, à Commentariis aut Secretarius, (tum enim prefectus eram Aquisgranum, in comitatu illustris. Viri D. de Croissy Legati & Plenipotentiarii Regis Christianissimi) in suam Bibliothecam arcessivit, quo D. Du Quesne Regia Clasis Legatus statim unà cum nobili Germano olim in Suecia Tribuno militum se contulerat. Illic excoxitatam à se rationem certam & facilem eujsusque loci in mari longitudinis inventiæ proposuit. Atque illud tamdiu quaestum & navigationi perutile arcuum se ita demonstratum receperat, vt quæ contra opponerentur, facile dilueret. Postera die omnes in eundem locum convenere: duas hanc in tempi machinas exhibuit, quibus longitudines locorum certè dignosci possent, etiam usum scriptis expositum domino Gallois tradidit, ut ab his qui huic rei cognoscendæ erant præpositi, expenderetur.

In hoc positum erat nobilis illius Germani inventum, ut consecutum à navi, in quacumque partem lata perspectum iter habeteret. Trabem illam, cui instar spinæ dorsi carina navis conserta est, quæque vulgo dicitur *Quille du Vasteen*, sub ea parte cui versorium apponi solet, à summo ad unum petforabat. Huic foraminis satis ample machinam suis totis

instructam cum capsula ex crassis assertibus & pice iucè obducta, ne aqua *Afton-*
subiret, aptabat. Hujus machinæ artificium minutius describere nihil ne-*nominari*
celle est, cum nullius pene usus eam futuram esse ex iis quæ factæ sunt
objectionibus colligi possit.

IV. Primum enim Malacitæ tempore inutilis erit ea machina in profluencib.
v. *Courans*: tum enim ab aqua nullam motus impressionem excipiet; cum tamen navis unà cum aquæ mole longum iter conficiat. Deinde ubi navis impetus aquæ currenti è diametro opponetur, & venti perflantis vis aquæ motioni æquabitur, stabit in eodem loco navis, nec promota, nec retrogressa: interea tamen multum itineris confecti machina indicabit. 5. Ubi navis & currentis motus æquales, & in eandem partem futuri sunt, tum navis duplo celerius promota fucrit, quæ machinæ demonstrent. Uno verbo quoties navis adversus currentes progredietur, semper machinæ plus itineris confecti, quæm revera decursus fucrit, & vicissim minus indicabunt quæm par sit, ubi navis secundum currentis motum feretur. Postremò cùm acus nauticæ diversis in locis varia sit, imo cum eodem in loco non constans sit magnus declinatio, hæc invenienda longitudinis ratio non minus incerta est, quæm reliquæ omnes quæ voratio ad hanc rem utuntur. Quamobrem re utrumque multum agitata conclusum tandem fuit hujusmodi machinam peringeniosè quidem esse excogitatum, sed ex ea longitudinum scientiam haberi nullomodo posse: tamet' hujus machinæ Auctor, quod promiserat, ad exitum illam non perduxerit, eum tamen Rex munificentissimus satis ampla mercede muneravit, quod ingniosum esset inventum.

V. Interjecto aliquo tempore Epistola quedam à Religioso viro missa est ad D. Colbert, qua ille detectum à se meridianum fixum & primarium declarabat, cuius beneficio longitudines locorum certè dignosci facile possint. Quid eo nomine fixi meridiani Auctor intelligeret, cum non satis liqueret, responsum illi fuit ut arcanum suum cum viris Academicis qui tum Cadomi aggregabantur, communicaret, aut ipse mentem suam scipto exponeret. Sed re in longum tempus dilata, quod arcanum suum evulgare nolle, tandem inunte anno 1669. Parisios se contulit, die 20 Februarii. Cui in arcanum Astrologiæ figuris omnino sublxum esset, rejectum id fuit ut inutile & commentitium.

VI. Hoc anno 1668. cum D. Cassini invitasset Astronomos ad observationes eclipsium satellitum Jovis faciendas, quorum invenerat elementa, & Ephemerides ediderat cum methodo eas supputandi. Quæplures ex us eclipsibus sunt observatae in Bibliotheca Regia à D. Picard, quibus, ut testatur D. Gallois in diano Euclidiorum 10. Decembtis illius anni. Ephemerides ipse sèpè exactius convenire deprehense sunt quæm Auctor ipse promiserat. Primi satellitis eclipses observatae die 7. & 8. Septembris, 21. & 23. Octobris: eclipses secundi observatae sunt die 9. & 16. Octobris: Tertiæ eclipses die 12. & 20. Novembrib; quod ideo innuimus, ut etror in designandis satelliibus qui in ea editione bis irrepit, corrigatur.

Harum eclipsium experimento tum primum in Gallia facto magna spes affulxit hujusmodi Ephemeridum ope posse ex condicione fieri à divetis Ob.

ANX. Observatoribus in remotissimis terrarum locis eoi situatis ecclij sive observationes, 1668. ex quatum comparatione differentia longitudinum multo exactius multoque frequentius determinantur quam alia quavis hactenus proposita methodo. Et exinde agi caput est de mittendis sub Regis munificissimi patrocinio in diversas orbis partes Observatoribus qui longitudines locorum ad Geographie & rei Nauticae perfectionem observarent.

VII. Circa idem tempus prodit Liber gallicè scriptus ab eruditissimo vito D. De Rys Deppensi, cuius titulus est, ars navigandi numerorum ope perspectiva. D. Frencle rogatus ab Academia hunc Librum evolvit, & animi divisiones suas scripto tradidit quæ in Commentarios sunt rectæ. Multa scilicet digna circa sinus, tangentium & secantium doctrinam & circulos, nonnulla itidem circa Logarithmos ab eodem vito doctiss. D. Frencle sunt observata, quæ longum esset exercitare. Inter alia quæ ad navigandi atem spectant, illud docet; qua ratione longitudine loci ex latitudine cognita & decurso itinere per trianguli rectanguli Analysis habetur: ex. gr. 25. leucatum spatiū à navi conjectum est, atque ex observationibus factis sub initium & finem itineris compertum fuit 20. leucas à Boreia in Austrum, aut viceversa, seu in longitudinem esse peragatas, queritur quantum itineris in longitudinem conjectum fuerit. Quæsiūm longitudinis latus ea per brevi ratione consequemur, si quadrato numeri 25, seu itineris conjecti nempe 625. detrahás quadratum numeri 20. scilicet 400. Restabunt enim 225. cuius latus aut radix est 15. Quindecim itaque leucis navis promota est in longitudinem. Tabula quadratorum numerorum usque ad 100. vel 200. confici facile potest, ex qua radix proximi cuiusque quadrati statim perspecta fieri. Ratio enim evenit ut amplius quam 200. leucis super eundem venti Rhumbum navis premouatur. Quod si longitudinis 15. latitudinis 20. latera trianguli sint nota, & decursus spatiū queratur, tum duo numeri quadrati 400. & 225. in unam summum collecti dabunt 625. cuius radix 25. confici itineris spatiū exhibebit, idque compendiosiori via, quam per sinus & tangentes. Multi hujus generis ad artim navigandi non inutilia eruditæ & accuratae iæ animadversiones complectuntur quæ forsitan aliquando publici juris fient

C A P U T I V.

De Hydrostaticis.

I. IN Commentariis à D. Gallois Abbate digestis die 20. Junii anno 1668. Tractus brevi stylo & accurata methodo conscriptus à D. Mariotte de Scenographia, seu Perspectiva repertur, qui sorte aliquando publici juris fiet. Is 27. propositiones complectentur quibus haec ars pene tota continetur.

II. Pancis post diebus de motu & pressione aquæ profluentis agi caput est. Duo quedam experimenta facienda proposuit D. Picard, quæ principis ea de re Theorematis sunt instar fundamenti. Primum illud est

ab Abbate Castelli enuntiatum, velocitatem aquæ eodem in tubo vel aquæ *Hydro-*
ductu ea ratione augeri, qua ejus altitudinem. Alterum illud est à Tor. *statica*.
ricello proposum aquam è fundo vasis, aut è latere perforato eadem ve-
locitate exire quam acquisivislet, si ex eadem altitudine aqua vase con-
tentâ cecidisset. Utrum hæc ita essent, placuit experiri.

III. Ac primum quidem duo vasæ cylindrica ejusdem altitudinis, sed inæ-
qualis latitudinis in fundo sunt perforata: ubi ambo aqua fuerunt impleta,
eadem aquæ quantitas eodem tempore ex utroque vase effluxit. Deinde
ejusdem vasis fundo varijs in locis perforato eandem aquæ molcm ius-
dem temporibus per singula foramina exire compertum est. Postremò cum
altitudo vasis cylindri in 25. partes æquales divisa esset, aquæ superficies
æquis temporibus juxta seriem numerorum impatiū fuit immunita, eadem
prosras ratione qua corporis sursum projecti spatia decusa minuantur. Nam
toto temporis spatio in quinque partes æquales diviso aquæ superficies per
spatia 9, 7, 5, 3, 1, descendit, qui numeri impares quadratum ipsius tem-
poris efficiunt: nam 25. quæ summa est numerorum impatiū, quadratum
est temporis in 5. partes æquales divisi.

IV. D. Hugens multa quidem circa hæc experimenta animadvertisit spe-
culatione digna, quæ summatis perstringemus. 1. Torticelli theoriam hinc
confirmati posse, quæ si forte cum experientia minus interdum conveniat,
hoc utique ex certis circumstantiis ortur, qua ritè expensa in causas ipsas
hujus discriminis nos ducunt. Ex primo experimento illud colligitur, vasis
latitudinem nihil ad pressionem aquæ in fundum vasis conferre, sed vim
illius omnem ad aquæ altitudinem referri oportere, qua imminuta efflu-
xus quoque eadem ratione minuitur.

V. Ex secundo experimento id consequens esse dixit, fundum vasis æquabi-
liter ubique premi. Cum enim totum aquæ pondus fundum premat, pars
unaquaq; fundi tantumdem premitur, quantum à cylindro aquæ, cuius ea pars,
fundi est basis; altitudo itidem est æqualis aquæ altitudini. Non quod pars
illa fundi ab eo tantummodo cylindro prematur: non enim aqua illius
cylindri effluxum aperio foramine subsequitur, adeo ut reliquum aquæ
vase contentæ maneat immobile. Nam ex omni parte aqua ad exitum, seu
ad foramen aperitum confluit, atque adeo aqua omnis vase conclusa ad cu-
jusque partis fundi pressionem conspirat. Sed ex vires ita sunt alii ab aliis
libratae & distributæ, ut omnes exceptum pondus cylindri aquæ huic fo-
ramini superpositi. Ubi enim patet exitus in imo vasis, partes huic proximæ
co confluunt, quæ locum aquæ elabentis repleant: adeo ut major sit
earum nodus aut minor, ut et magis aut minus premuntur. Unde partes
foramini propiores lineas curvas ac pene circulares describunt, & juxta
motum aquæ quæ patet aditus, suam efficiunt impressionem, cum pressio non
aliud quiddam sit quam conatus corporis ut in alterius locum succe-
dat.

VI. Quo autem postremi experimenti ratio asserti possit, illud ante om-
nia instar principii ponendum est, quod experientia magis quam demon-
stratione constat, aquam per apeitum vasis foramen erumpentem ea velo-
citate ferri quæ par sit huic attollendæ ad eandem vasis altitudinem. Ex

ANN. quo illud sequitur eam velocitatem huic aquati, quam gutta aquæ ex ea 1668. dem vasis altitudine delabens adepta esset: utique enim tantum esset impetus acquisiti, quantum sufficeret, ut ad eam ex qua descendit altitudinem perveniret.

VII. Quid in causa sit cur huic principio experientia ipsa interdum adversari videatur, hoc ipsum paulo diligentius intuendum. Primum quidem sepe aer obstat quoniam aqua sursum & ad perpendiculum erumpens, ad eam ex qua delapsa est altitudinem, non perueniat. Aque eo majus est hoc impedimentum, quod major est aquæ celeritas & foramen angustius: plus enim resistit aer majori ejusdem corporis celeritati, & foraminis angustia efficit ut aqua citius spargatur in guttulas. Aer vero plus aut minus his obstat guttis juxta superficiem rationem, quæ cum soliditate comparata major est in parvis, quam in magnis corporibus; minoribus adeo guttis plus resistit aer quam majoribus. Accedit illud quoque aquam sursum & ad perpendiculum salientem in seipsum recidere, & inferiorem quam sursum eluctatur, repellere. Quod si fistula emissaria v. unajstoir ita aptetur, ut aqua à perpendiculo deciscat, tum aquæ salientis minor altitudo futura est, quod tota aqua sursum non tendat, sed pars illius ad latera deflectat.

Jam si tubus angustior sit, & exitus paulo major, aqua magna celeritate descendit, sed lateribus tubi aut vasis adhaerescens non eadem vi aquam sursum vibrat, ac si in latiore tubo moveretur.

VIII. Idem fere argumentum à D. Picard ex iisdem principiis, sed alia methodo pertractatum fuit die 28. Augusti. Primum ex vasis quæ licet sint in aequalia in latitudine, aequali habent altitudinem, per aequalia foramina aquam eadem celeritate exire, atque ubi vasa semper implentur; iisdem temporibus eandem aquæ quantitatem effluere. 2. Cum autem per aper- tum in fundo foramen vas exinanitur, nec nova interim huic assunditur aqua, tantundem aquæ ex vase altero & semper pleno intra dimidium temporis effluit: adeo ut in vase sensim, & usque ad quietem exhaudiendo idem tempus impendatur, ac si primæ velocitatis pars dimidia semper perficitur, dummodo foramina qua in uno cujusque patent, magnitudini basi aut fundi sint proportionata; utrumque v. gr. si pars quarta sue basi.

IX. Quare in duobus vasis ejusdem altitudinis aqua paulatim circa novæ effusionem per aequalia foramina sic delabitur, ut tempora exinanitionis eam inter se habeant rationem, quam bases. Cum enim eadem sit altitudo, ab eadem celeritatis gradu motus aquæ in utroque vase incipit, cuius pars dimidia si sumatur, eaque constans in toto effluxu, donec vase sint penitus exaustra, aqua utrobique velocitas futura est. Cum igitur velocitates in duobus vasis sint aequales, exiunt & foramina aequæ pateant, tempora exinanitionis inter se eam habebunt rationem, quam aquatum excentum moles, seu bases cylindrorum. Atque è conveiso si foramina eam inter se habent rationem quam bases, tenus integræ effluxus utrobique aequale erit: nisi quid discriminis ex adhesione aut affinitate orietur, cuius hoc in loco non habetur ratio.

X. Quo ista fierent illustriora, unum item ac alterum factum est experimentum: vas cylindricum aqua repletum est, tum ope penduli quantum *Hydrostatica.* temporis impenderet effluxus per apertum in basi foramen, fuit observatum: eodem temporis spatio è vase semper pleno alterum tantum aquæ effluxit. Est enim æquabilis aquæ motus ex eadem altitudine, cum vas semper plenum est. Sed continuo decrescentis motus prioris est tantummodo subduplus. Quemadmodum triangulum in eadem basi, & in eadem altitudine cum parallelogrammo est pars hujus tantum dimidia. Cum igitur unius velocitas alterius sit dupla, eodem tempore duplum aquæ per idem foramen vasis semper pleni exire necesse est.

XI. Alterum quoque experimentum factum est circa theorema à Castello propositum, quod nimirum velocitas aquæ per inclinatum planum de-labentis altitudini ipsi respondeat: ita ut in eadem canalis latitudine, cum altitudo aquæ dupla est, tum quadrupla sit aquæ profluentis quantitas, in ratione scilicet duplicata. Id primum demonstrare conatus est, sed in paralogismum incurrisse postea ipse animadvertisit. Quare ad experientiam provocavit. Tubis quantum fieri potuit, ei similis quem pag. 95. describit, paratus est. Sed experientia ipsi cum enuntiato minus convenire visum est: nam ubi quadruplum aquæ effluxit, altitudo quoque pene quadrupla reperita est.

C A P U T V.

Idem Argumentum continuatur.

I. **A**Liud experimentum iisdem pene diebus factum est de follibus, qui ex aquæ lapsu multum venti emituntur. Illud à D. de Roberval fuerat ante propositum, & D. Couplet follium parandorum cura erat demandata. Tubus hanc in rem ex ferro albo in tenues laminas diducto paratus est, cuius diameter erat 7. fere pollicum, altitudo septem pedum aut circiter cum duplice diaphragmate, uno in suprema pene tubi parte, altero in parte inferiore aptato, utroque in sui medio peritus.

Amplus quoque ille tubus paulo supra inferius septum, aut diaphragma aliquot in locis sic erat perforans, & tubuli iis foraminibus sic agglutinati, ut ocludi & reserati quasi totidem Epistomia, vulgo *des Robbins*, facile posset, aëri nempe ad arbitrium retinendo, aut emitendo. Aquâ per infundibulum oblongioris colli & cum aperto superioris diaphragmatis foramine arctè conjunctum affusâ aër magno impetu per unum ex epistomiis apertum erupit, ac ventus ille tamdiu duravit, quamdiu affusa est aqua ex unius aut alterius pedis altitudine delapsa.

Hujus effectus satis probabilem causam attulit D. de Roberval, quod aqua lapsu suo multum aëris secum abripiat: ea quidem ad imam tubi patrem præceps ruit, sed aëris præ sua levitate sursum eluctatur, qui per fistulam infundibuli remeare nequit. Unde per apertum foramen majoris tubi cum impetu erumpit. Quo autem aqua ex altiori loco in ipsum in-

ANN. 1668. fundibulum decidit, hoc majore vi aet pellitur. Atque ea ratione & folles fabricari, & machinam ad arbitrium augeri posse aiebat, ut non oblectationi modo, sed etiam magna utilitati esse possint. Et quidem in quibusdam usrinis ferrariis hujusmodi machine adhibentur, ubi pars infima tubi aquam paulo altius subit.

II. Cum autem a nonnullis dubitaretur an forte motus ille aëris ex aqua rarefactione & attitu, potius quam ex ea que allata fuit causa, occurrit, eo fere modo quem exponit P. Kicherer in describenda consimili machine in usrinis Tiburtinis, ejus ope aqua in mappam lapideam cum impetu mens ventum vehementer procreat: illud quoque expiri placuit. Sed aqua per cylindrum seu tubum sic decidit, ut aëra secum non traheret, eaque magno impetu in mappam ferream impingens aëta quidem cylindro contentum protrusit, sed eo exhausto nullas p. ista p. inflavit ventus, tametsi aqua in corpus oppositum magna vi incurvens in guttulas comminuta videretur. Hinc manifesto conclusum sat ventum ab his follibus hydraulicis procreatum, ab aqua rarefcente de quasi in palverem commixta non profici sci: sed is quem aqua secum aet trahit, huic ventum efficit.

III. Hoc argumentum de vi motrice aquæ & aëris mense Apili anni 1669. & sequentibus fuit continuatum & longius proiectum. Quo autem vis aquæ affluentis perspecta habetur, unam item & alteram machinam patari jussim. Hæc simplicior erat: vas cylindricum 3. altum pedibus, cuius basis sex lata digitis, foramine 4. linearum pertulsa est in orbem: huic vasi subiecta est hætra sic aptata, ut aqua in complanatam laminam bilancis brachio agglutinata, & vasi ipsi proximam impacta lancea ante in æquilibrio cum lance altera positam deprimeret. Vas aqua repletum est usque ad 35 pollicum altitudinem; tum fons foramine restato, & lancea opposita appenso pondere sepius exploratum est quantum ponderis par esset sustinendæ aquæ impressioni, idque esse 2 unciarum fere cum sensisse variis experimentis compertum fuit, aqua in tubo ad eandem semper altitudinem 34 pollicum affusa. Quia deinde immunita, adeo ut duorum tantum pedum altitudinem obtineret, tum pondus unus unciae & $\frac{1}{4}$ aquæ imputum sustinbat.

Cum cylindruli omnes aquæ, quatum singulæ bases erant 4. lineatum, quantum scilicet percutit foramen in fundo vasis positum, ad calculos essent revocati, priorem cylindruluni 35 digitotum altum 2 uncias & $\frac{1}{4}$ alterum 2. pedum unam unciam & $\frac{1}{8}$ contunere deprehensum; ita ut ab ipsis pondibus in alt. 12 lance positis, & ab aquæ impetu libratis non longe absenserent. Quintulum enim erat discriminis, hinc cinne orichatur, quod laminam ferream in quam aqua è vase incurvabat, à foramine aliquantum removeri necesse fuit.

IV. Ex quibus hæc conjectaria deduxit D. Hugens. i. Impressionem aquæ è foramine in fundo vasis facta exequuntis aquam esse cylindri aquæ gravitati absolute, cuius basis est foramen ipsum & altitudo eadem quæ ipsius aquæ vase contentæ.

2. Cum profluentis aquæ velocitates sint in ratione subduplicata altitudinem,

ACADEMIÆ HISTORIA. LIB. I. 49 *Hydro statica.*
num, aut ponderum cylindrorum, aquæ profluentis impressiones cuius-
sus in superficiem planam sioi oppositam sunt in duplicata ratione veloci-
tatum: adeo ut si flavius duplo celerius certo temporis spatio labatur,
quam alio tempore, ille quadruplo majore impetu in corpus directè op-
positum incurrat; si triplo celerius profluat, impetu novies majore im-
pingat.

3. Cognita velocitate aquæ è cylindro 35 pollicum definiti potest cujus-
vis aquæ profluentis impressio in superficiem oppositam.

V. Idem D. Hugens excoxitavit machinam qua vis motrix aëris expen-
di potest. Èa constructâ varia facta sunt experimenta, ex quibus palam fuit
in aëre, ut in aqua impressionem vel potentiam esse in duplicata ratione
velocitatum. 2. Nisuni aëris impulsi iis respondere ponderibus quibus in
machina comprimitur. 3. Quod si aqua & aëris per idem foramen erumpant,
& eodem premitur pondere, eadem utriusque impressiones futurae sunt.
Atqui inter velocitates aquæ & aëris per idem foramen eodem premente
pondere excentum ea est ratio qua 1 ad 22 aut circiter; cuncte utriusque
vires aquales ponantur, ubi celeritas aquæ & aëris eadem est, vis
aquæ ad vim aëris erit ut quadratum 22 $\frac{1}{3}$ ad .1. Nam vires aquæ & aë-
ris sunt ut quadrata velocitatum.

Cum de aquæ profluentis vi & impetu ageretur, ac subinde quereretur,
qua sit ejus diversitas in variis ab aquæ superficie intervallis, D. Cassi-
nus qui recens in Galliam venerat, machinam proposuit qua idipsum fa-
cile dignosci possit. Axis ipsi machinae ad perpendicularum insistit, isque
est circa seipsum versatilis, ala duplice instruetus: qua quidem alæ axi
ita sunt affixa & opposita, ut in eodem sint plano. Ex his una ad alti-
tudinem aquæ propositam immersa vim fluminis excipit, altera extra aquam
extante, eique funiculus sic est illigatus ut per trochilam machinae hori-
zontalem, eique affixam ductus lacent sustineat, cui tantum impion-
tur ponderis quantum satis est ad retinendam alam fluvio immersam: adeo
ut ambæ alæ maneant in situ flumini opposito. Hæc autem machina eo
in loco Sequanæ posita est, ubi alveus erat magis æquabilis. Experimento
facto deprehensum fuit aquam majori impetu fluere circa medianam eius alti-
tudinem quam prope superficiem aut fundum. Hanc machinam D. Couplet
paratam curavit & delineavit.

Consimili ratione cum de resistentia aquæ & aëris ad motum ageretur,
D. Cassinus vesicam sic aptavit, ut pressa pondere perpendiculariter in-
cumbente in follum plenum aëre, tum aqua, eumque comprimens cog-
ret aquam exire, vel aëra. Tempore per vibrationes perpendiculari anno-
tato, quo follis eodem pondere pressus deplorabat, deprehensum est tempus
quo aqua exhausta, est sexcenties majus esse eo temporis spatio quo aëris de-
pletus est.

VI. In eodem argumento versatus D. Mariotte tractatum legit ea de
re à se elaboratum. Hic 29 propositionibus comprehensus qua ad vim aquæ
& aeris motricem spectant, enucleatè explicat. Primum advertit in pi-
strinis rotas circumagi, & pondera in sublimi tolli, ex aquæ gravitate,
aut percussione, aut ex utraque, uti ex aëris collisu & vi elastica plerosque
effectus machinarum pendere.

ANN. 2. Solo aquæ pondere rota suis afferibus instructa sic moveri potest, 1603. ut parte inferiori effundatur, superiori impletatur. Hunc in usum concatenatio vasorum utrumque rotæ sic aptantur, ut dum ex una parte implentur aqua, ex altera exhaustantur. Tum enim rota eorum perducere quæ implentur, in orbem circumagit.

3. Vis percussioneis in aqua ex illius densitate & motu velocitate ducitur. Sic in moletrinis aquariis & pondus aquæ & impetus unum concurrunt.

4. Aqua profluens non eadem vi fecit obvium corpus, ac solidum quid & firmum; ex innumeris enim constat particulis disjunctis, quæ si primum non valeant corpus oppositum commovere, in seipso reflexæ consequentibus corpusculis sunt impedimento: sed corporis duræ & stabiles partes omnes simul vim suam exercent, & suam quæque directionem tueruntur. Attamen aqua è syphunculo 7. aut octo lincis lato saliens corpus filo suspensum longius protinus motu horizontali quam globus ligneus aquæ cylindro gravior, quod pondus suspensum quam minimo momento moveatur, motu quidem sub initium tardo, sed quem partes aquæ consequentes celerius promovent, dum à tergo urgent: cum globus ligneus primo duntaxat impetu corpus propellat. Sed ubi corpus penibile sursum movendum est, cum id ingenita sua gravitate semper obsistat, aqua saliens prima impressione sursum non pellet, etiæ globus ligneus prima percussione eaque validiore illud sursum propellit.

5. Cum syphunculi sunt inæquales, sed æqualis est celeritas salientis aquæ, potentia seu motrices vites eam inter se habent rationem quam superficies. Quod probat ratio, & experientia confirmat. Nam vis percussioneis responderet corpusculorum æqualem, quæ nimur aqua celeritate aguntur, quantitatè; atque ut superficies unius foraminis ad alterius superficiem, sic se habet æqualem corpusculorum unius iactus quantitas ad alterius iactus quantitatem, cum iisdem temporibus ambo vim suam exerant. Unde si duo foramina in utraque parte vasis cylindrici propè balim sic aptentur, ut unius diameter sit alterius dupla; atque aqua è minori foramine exiens pondus unius unciae attollat, quæ è majori foramine effluit, pondus 4 unciam attolleret.

6. Ubi iactus aut syphunculi æqualem habent latitudinem, sed inæqualis est eorum velocitas, tum pondera attollunt, quæ inter se rationem habent duplicatam velocitatum. Cum enim velocitas unius est alterius dupla, & duplo plura aquæ corpuscula eodem tempore feriunt corpus oppositum, dupla est horum potentia: unde & quadruplum ponderis corpuscula aquæ numero dupla attollent. Plura non addam, cum ista publici juris facta fuerint.

VII. Quæ commoda ex cognitione vis motricis aquæ & aëris ad vitæ humanae usum capi possint, D. Hugens exposuit. Eam imprimis utilem esse in constructione moletrinorum edocuit: nam in aquariis data aquæ quantitate & celeritate, quæ vis moletrina futura sit, definiti facile potest, ut & in moletrinis alaribus, quæ alarum magnitudo requiriatur, ut certum producat effectum, ex iis quæ sunt explicata definiri potest. Hujus compunctioni fundamentum ex factis experimentis colligitur. Aqua, v. gr. ea velo-

citate mota , qua intra minutum secundum pedem unum conficit , in pla- *Hydro-*
num quadratum unius itidem pedis impressionem 44¹/₄ unciarum efficit , statica.
 (quod ex supra dicto experimento effluxus aquæ è cylindro 35 pollicum
 alto computatur :) adeo ut celeritate aquæ è usque autem ut intra idem
 tempus 1 m. decem pedum spatiū decurrat , in idem planum impressio-
 nem 4450 unciarum faciat : cum impressiones aut potentia sint ut quadra-
 ta velocitatem .

Sic aer è follibus ea vi perflatus ut 10 pedes intra minutum secundum
 percurret , in planum itidem unius pedis quadrati impactus 9 unciarum im-
 petum facit . Unde si intra idem tempus 20 pedes peragret , ut ventus me-
 diocris soleat , vis impetus erit 36 unciarum quadrupla nempe prioris . Jam
 quamlibet alam molestrinæ 32 pedes in longum & octo in latum , seu 256
 pedes quadratos habere ponamus , venti impressio in totam alam directè
 oppositam erit 576 libratum : nam 36 unciaæ ducenties quinquagies sexies
 in eo numero 576 libris continentur . Sed quia ventus alam ex obliquo fer-
 rit , si ponamus angulum semi-rectum , erit ut diagonalis ad quadrati la-
 tus , ita 576 libræ ad 411 $\frac{1}{2}$: adeo ut ventus qualis à nobis positus est , ca-
 vi singulas alas ex obliquo feriat : complura alia in aquatum ductibus , &
 salientibus non inutilia hinc erui possunt .

C A P U T V I.

De rebus Algebraicis , Geometricis & Mechanicis.

I. **I**sta quidem de Physico-Mathematicis in Academia sunt agitata . In-
 terim ramen pura Mathesis neglecta non fuit , sed multa eaque pra-
 clara in ea scientia quæ hac ætate tantos progressus fecit , quæque circa
 quantitatem universim spectatam versatur , hanc Algebraam speciosam vo-
 cant ; multa in Geometria , Arithmetica & motuum scientia sunt inventa ,
 aut longius proiecta , quæ satis fuerit leviter attingere , cum pleraque ex
 iis inter Miscellanea aut opera posthuma fuerint publicata . *Geome-
 tricas.*

Ac primum quidem D. Mariotte rogatus fuerat ut duos tractatus , unum
 de Algebra à D. Brancher nobili Anglo non ita pridem conscriptum , alterum
 de Trigonometria à D. Norwood nuper editum perlegeret , ac de
 utroque quid sibi videtur ad Academiam referret , quod præstitit die 25
 Julii & 1 Augusti ; utrumque opus methodo expedita elaboratum cen-
 suit , quæ in iis libris essent pertractata , quæque usui futura viderentur ,
 aperuit .

II. Quadraturam hyperboles à D. Mercatore primùm propositam , tum
 à D. Vallis explicatam & correctam , ac tandem à D. Hugens multis
 autem demonstrationibus , tum quæ ad hujus rei intelligentiam sunt
 necessaria , ipsam expotuit ; simul quam utilis sit hæc hyperboles dimen-
 sio inveniendis Logarithmis ostendit .

III. Paucis post diebus qua ratione regularis aequatio , cuiuscunque sit
 gradus , deprimi possit D. de Roberval edocuit , idque inter Miscellanea

ANNO. inseratum fuit, ut & ejusdem Auctoris Tractatus de ratione inventiendi
1668. tangentes curvarum quatuorcumque linearum per motus compositos.

IV. In eo Tractatu primum quasdam vocum definitiones more Geometrico præmittit; quid linea simplicis, quid composita nomine intelligat. Illam esse ait ejusmodi ut in plano positæ pars unaquæque æquali ejusdem linea parti congruere aut aptari possit. Hujus generis est linea recta, aut circumferentia circuli. Quibus hæc deest proprietas, ex dici possunt compositæ.

2. Motus uniformis is est, quo mobile velocitate semper sibi æquali fertur, secus motus est difformis aut irregularis.

3. Potentiam vocat vita quamlibet motricem. Hoc enim loco ita accipitur, quatenus diversitatè motuum cognoscendæ utilis est: tametsi eo quoque nomine sapientia ea vis designatur quæ ponderi sustinendo, aut alteri effectui par est.

4. Impressio aut impetus est hujus vis motricis actio.


5. Linea directionis ea est per quam potentia movet corpus mobile.

6. Impressiones similes dicuntur, aut diversæ, ut linea directionis sunt inter se parallellæ aut secus.

Duo autem in motibus maximè spectantur, directio & celeritas. Circa directionem hoc axioma præmittit. Vis motrix qua mobile circumferentiam circuli motu suo describit, est linea perpendicularis ad punctum extreum radii, in quo mobile reperitur; aut brevius, est recta quæ in hoc puncto tangit circulum.

Res ipsa fiet illustrior, si Figura adhibeatur.

Sit mobile, quod motu suo describit circumferentiam circuli G B F in pun-



cto B extremo semi-diametri A; B cui insistat ad perpendicularum B C dico hanc rectam esse directionis lineam per quam mobile B moveatur, cum huic punto inest. Cujus ratio Physica hæc afferri potest, quod nulla designari queat alia directionis linea, qualem si quis forte dixerit

esse rectam B D, absurdum ex eo consequatur necesse est. Cum enim natura nihil indeterminatum aut indefinitum patiatur, si recta B D ut linea *metrica* directionis sumatur, quæ cum semi diametro angulum D B A efficit, eodem jure linea B E quæ angulum E B A cum semidiametro A B æqualem D B A efficit, linea quoque directionis futura est: adeo ut sint duas ejusmodi lineæ, neque ulla sit ratio cur una potius quam altera seligatur. Quod utique absurdum est, ut sint duas directionis lineæ. Ex quo sequitur non aliam assignari posse directionis lineam præter B C quæ angulum rectum comprehendit cum semidiametro circuli. Ex quo illud quoque consequens est hanc directionem in quolibet circumferentia puncto mutari.

V. Quod si mobile à G in B latum in puncto B circumferentiam circuli desereret, per lineam B C vi hujus implexionis defretetur. Quicum tangat circulum, hoc ranquam principium inventionis ponit potest, in omnibus lineis curvis tangentem esse lineam directionis motū, quem mobile lineam curvam describens in eo puncto obtinet: adeo ut in motu variè composito directionis lineâ cognita, tangens quoque ea ratione perspecta habeatur: compositus vero dicitur motus, cum variae sunt mobilis impressiones.

Tum multa proponit theorematæ & problemata de motibus compositis quæ longum esset pertinere. Motum omnem æquabilem seu uniformem & rectum concipi posse ait, vel ut simplicem, vel ut ex aliis compositum. Atque hinc reflexionum & refractionum rationes deducit. Verum hæc & alia plura satis recondita, cum iam Typis excusa fuerint, inanis esset labor nostri in iis exscribendis, ac satis illud fuerit ad institutum nostrum illa indicasse.



SECTIO QUARTA.

De Actis 1669.

AB Astronomicis ducemus exordium, tametsi designato quidem, sed nondum exstructo Observatorio non adeo multa fuerunt.

CAPUT PRIMUM.

De quibusdam observationibus Astronomicis.

I. Nterea temporis variae observationes Astronomicæ factæ sunt in Horto Regiæ Bibliothecæ, nondum exstructo Observatorio. D. Picard quæ à primo die mensis Octobris anni 1667. usque ad eundem mensem anni insequentis meridianæ Solis altitudines observatae fuerint, recensuit, eaque in commentarios collatae fuerunt,

REGIÆ SCIENTIARUM

54

ANN. D. Picard anno 1669. Aprili mense altitudines Solis meridianas ab Octo-
1669. bri anni 1668. ad hoc usque tempus eodem in loco à se factas cum iis quæ
ex tabulis Rodolphinis eruuntur, contulit, & in tabulas rededit, quarum
prima altitudines Solis, ut observatæ fuitunt, secunda easdem è tabulis
juxta locum Solis, obliquitatem Eclipticæ, & altitudinem Äquatoris com-
putatas, tertia differentias inter observationes & calculum inventas com-
pletebitur.

II. Illud non tacendum videtur, stellæ quæ eorū Leonis app. llatur alti-
tudinem meridianam die 3. Maii inventum fuisse 54 gr. 42 m. 30 sec. Quæ
altitudo hora 7 & 5 m. hoc est 13 minutis horæ ante S. Iis occasum fuit
observata. Quid hactenus factum non fuit ut die illueſcente altitudines
stellarum meridianæ explotatae haberentur.

Die 23. Julii A sturus visus est in meridiano, altitudo ejus 62 gr. 5 m.
tumque Sol etat supra horizontem 16 gr. 59 m. 35 sec. alius. Quare jam dif-
ficle non est ascensiones stellarum rectas invenire, non solum horologiorum
ope, sed etiam ex azimutu Solis eodem prorsus tempore observato, quo
fixæ altitudo meridiana deprehenditur.

III. Sub idem tempus D. Cassi ii ex Italia ab Invictissimo Rege, summo
artium honestarum patrono ascitus in Galliam venit. Salutato Rege ad quem
à D. Colbert admissus fuit, in Academiam magna omnium laetitia est
cooptatus. In Academia Bononiensi, quæ tum temporis claris florebat
Astronomia jam ab anno 1650. primatiam Astronomia Cathedram ex Se-
natus consulo ejus civitatis obtinebat. Multa ingenii sui & doctrinæ ea in
urbe ediderat specimen, illud imprimis quod anno 1656. publici iutis fecit,
quodque specimen observationum inseripit.

In æde S. Petronii Gnomonem 83. pedum auctoritate Senatus erexerat,
cui semita marmorea 210. pedum in partes divisa, quo Astronomicis calcu-
lis esset accommodata, substernebatur. Hujus Gnomonis ope Zodiaci obli-
quitatem, Solis Apogaeum & eccentricitatem quam accuratissime fieri po-
tuit definita tradidit; motus Solaris opticeam inæqualitatem à Physica
distinetam ostendit, idque adeo manifeste ut Astronomi magni nominis,
qui paulo ante eam rejecerant, in editis postea scriptis hanc ultro rece-
perint.

Mitto de refractionibus dicere quas esse sensibiles ultra 45. gradus & fere
usque ad verticem demostrevit. Atque hinc poli, & Solis circa solsticium
aestivum altitudines corrigi oportere conclusum ab eo fuit. Iisdem fere tem-
poribus elementa edidit in lucem, è quibus Marehio Malvasi anno 1661.
Ephemerides Solis contextuit quas Montanarius & alii ad multos annos pro-
duxere. Longum esset commemorare quæ circa Solarium eclipeſon variis
in regionibus varias phases nova methodo delicitas exposuit, quæ de
Cometis annis 1664. & 65. visis, de umbris satellitum Jovis, quas utique
iis temporibus detexit, de revolutione citissima macularum Jovis, de ob-
servatis à se maculis Martis conscripsit. Ista enim hoc loco satis fuerit atti-
gile: ut hinc appareat quanto iudicio & delictu Ludovicus Magnus vi-
tium in omnibus Mathematicis disciplinis clarum, atque in Astrorum scientia
noſti & ætatis facile principem in regnum suum id agente per litteras D. Colbert,

arcersiverit, qui una cum Hugenio, Robervalio, Picardo, Fracmolo, Bubefio, Astro- & aliis melioris notæ Mathematicis nobilem hanc & præclaram scientiam *nomica* ornaret.

I V. Hoc ipso anno tabulas revolutionum quatuor Jovis satellitum publici juris fecerat eorum periodes ita præscripsit, ut intra 40. aut 50. annorum spatum errorum ad dimidium unius è singulis periodis non posse irrepere pro indubitato haberet. Observations suas cum vetustissimis à Galilæo factis anno 1610. contulit. Sed idem his tabulis satelliticum, quod præcipuum planetarum tabulis accidisse D. Cassini in responce sua ad P. Richaud Societatis Jesu difficultates anno 1692. à P. Govic editas declarat. Veteres enim Astronomi tabulas suas ad observations antiquiores exegerant, quæ minus erant accuratae quam posteriores. Errores qui in motibus planetarum percipi nequeunt, quicunque vitari peritus non possunt, paulatim excievre, iisque motus ante simplices & æquabiles, jam compesci & iræquales postea inventi sunt, neque illæ iræqualitates statim sunt animadversæ, sed post longam annorum seriem. Et tamen hæ tabulae non inutiles fūsunt, quin etiæ in magno sunt usui definendis temporibus, & periodis inter observations antiquis & recentioris numerandis.


Ita serie tabulas motuum quatuor satellitum ex collatione observationum suorum cum iis quæ à Galilæo factæ sunt pertexuit Cassinius. Cum autem Galilæus tubis opticis adhuc imp̄fectis usus esset, primus Jovis satelles conjunctus cum Jove videri potuit, & re ipsa visus est, cum aliquot gradibus sui pauci circuli quem circa Jovem describit, ab eo distaret. Ab anno 1668. ad annum 1692. seu intra spatum 24. annorum 10. priores tabule novas 10. gradibus anteverunt: adeo ut intra annum motus celerior sit in prioribus tabulis 4. secundis, quæ detrahi oportuit revolutioni primi satellitis. Qua de re idemtide redit sermo. Verum cum hoc anno hæ tabulae priores publicis juris factæ fuerint, occasione data non potuimus tam præclarri inventi, & Geographia instauratiōni perutilis prima velut incunabula silentio prætermittere. Jam è semita in viam redeamus.

V. Cum D. Cassinus recens in Galliam venisset à Ludovico Magno accitus novam, Geometricam & directam Apogœa, & excentricitates, & anomalias planetarum inveniendi rationem, quod est præcipuum Astronomiæ fundamentum, proposuit, quam D. Galloys diario Eruditorum 2. Septembris anni 1669. inferuit. Haec tenus Astronomiæ principes, ut Ptolemaeus, Copernicus, & alii Geometrica methodo ad eam rem destituti per longos & difficiles calculorum anfractus & falsis hypotheses, quas tamen posse explorando, & quasi palpando corrēdere, Apogœa planetarum, & excentricitates quæstierant, ac paucas observations, tres scilicet aut quatuor ad summum adhibere coacti fuerant, ut vitarent confusionem linearum, & figurarum: cum tamen hypotheses eo sint certiores, quo pluribus observationibus nituntur.

Utrique huic incommodo jam anno 1653. remedium proposuerat D. Cassinus, cum Bononiae Astronomiam profiteretur, uti videre est in epistola sum ab eo scripta, quæ sexto volumini operum Petri Galloendi inserta est. Id tamen nondum exposuerat, sed Astronomos rei tam utilis expectatione suspensus reliquerat.

ANN. V I. Illud cum Ptolemy statuit superiorum planetarum motus ad tres circulos aequales referri, ad concentricum, excentricum, & tertium, qui æquans dici solet: sed hoc sistema planetis inferioribus æque ac superioribus aptari posse contendit. Illud quoque addit motum excentrici absolvit per lineam ellipticam, quæ inter concentrici & a quantis circumferentias sic progreditur, ut eorum centra sint ipsi ellipticos foci, quamque circumferentias excentricus Ptolomæi circulus. Postquam vero plures & eximias figuræ ellipticæ cum iis circulis collatae proprietates demonstravit, ex iis Geometrica & directa methodo determinat cum elliptici, tum circularis planetarum motus hypotheses; idque tot observationes, quot libuerit adhibendo, ductis lineis rectis circa ullius circuli opem. Hanc methodum exemplo illustravit, in determinandis centro, & axe orbitæ planetarum juxta hypothesis ellipticæ, posito quod alter è foci sit centrum motus apparentis, alter sit medii motus centrum.

VII. Ponamus itaque circuli concentrici centrum L, ac plura in eo circulo loca planetæ apparentia A, B, C, P, & quorū libuerit alia: data



quoque sint intervalla apparentia A B, P B, &c. Ab uno ex iis locis apparentibus, ut ex B ducatur diameter B L D, atque in punto D opposito data puncta A, C, P &c. jungantur per rectas A D, C D, P D. Tum à punto D, versus A, sumatur arcus medii motus D E, qui intervallo apparenti A B, respondeat: ab eodem punto D, versus C, sumatur itidem arcus medii motus D F, qui respondeat intervallo apparenti B C, item ab eodem punto D, versus P, sumatur arcus medii motus D Q, qui respondeat B P, & sic de aliis. Jam ducantur linea E B, F B, Q B, quæ

quæ si opus sit productæ secant in punctis H, G, R &c, priores lineas *Physicæ* respondentes versus D duetas.

His positis si vera est, de qua agitur, hypothesis, & accurate fuerint observationes, omnes illæ intersectiones in eadem rectâ R H G futuræ sunt. Quamobrem per singula intersectionum loca ducatur rectâ linea, atque à puncto B in eam rectam perpendicularis BI erigatur, punctum I erit centrum ellipsis quæcumque; punctum L, erit alter è focis, circa quem motus apparet absolvitur; recta quæ per IL transit, diametro BD æqualis sumpta, erit axis in quo Apogæum futurum est versus patrem I, ex. gr. in puncto M, perigæum ad partem L, ut in puncto N. Alter focus, cujus habitatione fit medius planetæ motus, erit punctum O, si linea IO, ponatur æqualis rectæ IL, ac distans loci apparentis B, ab Apogæo, seu vera Anomalia erit argulus BLM. Quæ omnia ex observationum, & intersectionibus, per quas recta RHG transit, sunt definita. Demonstratio in peculiari tractatu à D. Cassini elucubrato, nempe in planetarium Thæoria palam fieri.



S E C T I O V.

De rebus Physicis per biennium agitatis.

A Matheſi ad Physicam iudeamus, ac primum à nonnullis experimentis in Academia factis, quæque ad Physicam generali videntur pertinere, ducamus exordium.

C A P U T P R I M U M.

De quibusdam experimentis Physicis annis 1668. & 69. in Academia factis.

I. **Q**Uæ in Matheſi inventa sunt & agitata toto pene triennio, quam breviſimè fieri potuit, uno & codem tenore ita sunt proposita, ut iis omisſis quæ intr Misellinea jam typis mandata sunt, ea tantummodo quæ effent intellectu facilita aut ex uſu publico traderentur.

Nunc Physice contemplationes nos ad ſe revocant, & quantum illa Scientia omnium pene aitium parens hoc fere biennio, nimirum ab Aprili mense anni 1668. ad initium uſque anni 1670. (quo temporis ſpatio profectus in Germaniam & in Angliam ab Academia absui) profecerit, jau dicere incipiam.

Et quidem tum temporis nova ubique experimenta circa vim aëris elati-
cam in machina pneumatica, cujus ante meminimus, studiorum excellebant iugenda. Ejus conficienda D. Hugens novam quandam inventat

ARN. rationem ad usum magis accommodatam, cuius partes & structuram in 1668. Academia exposuit. Varia subinde experimenta facta sunt, ingeniosi & & 69. eruditum tum juvenis D. Papin usus opera, que postea publici juris fecit anno 1674. ubi descriptionem machine accuratam tradidit, & illustrata circa liquorum fermentationem, plantarum vegetationem, corporum conservationem facta experimenta dilucide exposuit in eo libello quem Domino Hugens inscriptis: adeo ut nihil necesse sit ea nunc regetere que in Germania, à D. Gerike primo hujus machine inventore, tum in Anglia à D. Boyle qui eandem longè perfecciorem effecit, deinde in Batavia & Gallia à D. Hugens de Zulichem, qui in eam formam, que nunc est usitata, illum rediget. In Academia denique Florentina & ubique scie terrarum iterata experimenta magnum Physica lumen intulerunt.

II. Per pauca è multis refetam, quod actioni meditationi locum præbare videantur, Pisciculus Gobius vulgo *Goujon* sub recipiente positus exhausto aëre non extinetus est, sed admisso aëre ad fundum vasis aqua plena decidit, ex dilecto vesicula aëre vacua repetta est, idque in causa fuit quominus sursum ascendere potuerit. 2. Butyrum in recipiente positum exhausto aëre campane carente subjectum est, ut inde liqueret an calor spatiū aëre vacuum penetraret: sublata campana, post quinque aut sex horæ minuta butyrum mansit integrum, non liquatum, tamen recipiens multum incalusiet; sed butyro altius sublato, adeo ut tubis tantum digitis à summa recipientis parte distat, statim id cœpit liquefcere; admisso aëre & sublata campana longè citius liquefactum est. 3. Illud etiam experiti placuit utrum in vacuo plantæ vegetarent. Vasculum terra plenum cum seminibus plantarum quæ germinare incipiebant, recipienti impositum fuit; aliud quoque vasculum aqua plenum sic aptatum est, ut ramulus plantæ cum flosculis suis huic immeteretur; sublato recipiente una cum vasculis herbæ cum floribus post 24. horas, ut impositæ fuerint, sic apparuerunt: non enim exaruerant, nec excreverant, nec flores aut gemmæ sese evolverant. Sed recipiente Soli exposito, qui flores à radis solariis sunt percussi statim atuerunt, è terra vapores exhalaverant, quin guttulas, aquæ concrecentes vitti parientibus adhærescebant. Post duos oœco non contemenda aquæ quantitas in fundo recipientis resedit. Minim sanci vapores in vacuo sursum tolli, cum in eo plumulae, & levissima quoque corpora instat plumbi decidant. Et tamen guttulae aquæ herbarum foliis inclusis instat rotis insidere quotidie videbantur, quæ Soli exposita statim evanescabant. Quin aqua in tubulum aut syphonem probatorum sursum ad duos usque digitos ascenderat. Hic tubis parte sui insima in vas subjectum aqua plenum immergitur, cumque aqua omnis tubo contenta decidit, indicium est aëra è recipiente eductum subsisse: unde & probatoris dictus est. Cum igitur aqua ultra sui vasis superficiem sublata est in tubum, id utique evenit, quod aëris in aqua conclusus à pressione circumfusi aëris liber ultero exierit, aut vapores vim elasticam aëris adepti hinc effectum procreatunt: non enim verisimile est exteriorum aëtra per rurulan recipientis subfuisse, nullas quippe bullas in aqua subjecta excipiunt.

III. Sub idem fere tempus vir quidam ingeniosus qua ratione aqua *Phy-*
maris suo sale exui posse, & potabilis fieri, ut arcanum magnæ utilitatis *sicæ*.
proposuit; cuius rei ut periculum faceret, cunctib[us] plumbæ aquam marinam imposuit; sebum liquatum in vase fistili una cum ellychnio accenso subjecit, terrâ admisitâ, tota nocte aqua petè dulcis extilavit; periparum salis cuiusdam adjecit, qui ut aiebat, aquam salubrem reddit. In eo sui arcani summam reponebat; sed postea hunc salem ex aqua fluviali elicet dixit, quam vetè, incertum. Verum huic merito objectum sunt quam D. Othon Cadomensis, jam ante proposuerat aquæ marinæ p[re]parationem majori compendio fieri & in majori quantitate; nimis operosum videri & sumptuosum hunc laborem, nullius adeo usus futurum.

Sententiam cā de re rogatus D. Duclos, quid sentiret paucis post diebus exposuit. Aquam marinam fore salubrem, si suo sale exueretur, hic enim unus dysenterias & diarrheas p[re]sua acrimonia parit. Quod si tamen in parva dosi sumeretur, non multum fortè obeset sanitati. Sunt enī qui scyphum aqua matina plenum hauriant, ut se à vomitu quem navis agitatio excitat, tucantur. Zactus Lusitanus refert hydropicum sazatum, cum inter navigandum aquæ dulcis penuria marinam potasset: nam alvi profluviū insecurum remedio fuit: adeo ut foisman quantitate magis oblit aqua marina quam maligna qualitate.

IV. Salsuginem illam tribus modis exui posse vulgo creditur, distillatione nimis, percolatione & precipitacione. Distillatio tutior videtur & naturam ipsam imitari. Optima ea est quæ per refrigeratorium perficietur, intra 40 horas per syphonem à se excogitatum & in vini spiritu elicendo usitatum, quique in serpentis modum inflexus sursum cum capitello erigitur, aquæ dulcis modium extrahi posse ait: hanc hydropicis utilem commendat Fioravanti l. i. Physices c. 95. idque magni arcani instar tradit, nonnihil hujus aquæ distillatae cum aqua communī perniustum, hanc à putredine illæsam tueri.

Per colatione quoque aquam marinam natura ipsa dulcem efficit in parte mari vicinis, qui intedum cum æstu reciproco crescunt & decrescunt. Argilla densior est quam ut ab aqua penetrari possit; subtilis & arenosa teria s[ecundu]m salem unā cum aqua transmittit, adeo ut huic rei terra mediocriter densa & levis sit eligenda. Atena calcinata & in pulverem redacta huic rei aptior videtur; nam aqua inter angustos arenæ densitate mactus salis spicula posset dimittete.

Precipitatione vix aquæ marinæ salsugo adimitur, cum ad eam rem opus sit alio sale qui acrimonia sui aut aciditate ingratum saporem dabit. Glauberis lapideum specularem huic rei idoneum tradit, cum ignitus in aquam conjicitur, & in tenuem abit pulverem, qui vas hoc illuc agitando salem ad se trahit. Verum hæc & alia id genus, experientia probati debent.

C A P U T I I .

De Analyſi plantarum generatim.

I. Cum illud Academæ esset propositum, ut plantarum historia quam fieri posset accuratissimè haberetur, qua methodo in te permagni momenti procedere oporteret D. Duclos exposuit, atque inter alia de illarum analysi certa ratione facienda multa differuit. Sed cum laboratorium tondum esset instructum & paratum, de mixtorum resoluione legit prolixam quidem, sed non ineruditam dissertationem, cuius hoc fere est summarium.

Primum id generatum statuit, chymicas analyses maxima ex parte ignis, aëris, & dissolventium liquorum ope perficit. Ignis partes mixti corporis separatae aut calore solo, aut combustionē. Calor ignis motum excitat in mixti partibus, ut magis aut minus sunt mobiles. Quæ enim ex aquo ad motum sunt comparatae, ignis calore à se mutuo non divelluntur, sed eodem caloris gradu agitatæ simul ascendunt, & ab iis quæ ad motum sunt tardiores, se junguntur. Quæ fixiores sunt, vi caloris non rarescunt, sed interdum arctius cum aliis fixis conjugatæ manent. Sic partes salinæ aut sulphureæ vehementi calore fusa cum terrenis intimè conjugantur, ut videre est in vitro, ubi arena salam tam arctè fibi devinctum tenet, ut ignis vehementis ardorem ferat.

Non igitur inquietabat, calor per se homogenea congregat, & separat heterogenea: Sed cum duntaxat motum efficit, quo partes quædam rarefactæ ab aliis divelluntur, que eodem motu agitati non possunt; aliae liquantur & cum fixioribus novum efficiunt compositum. Sic in vino furnuli calore spiritus it flammabilis citius rerescens primus attollitur ad capitellum alembici; tum phlegma succedit, spiritus acidus hoc excipit minus volatilis, tum oleum, quod intensioris caloris gradum exigit. In imo cucurbitæ partes manent fixiores, quæ in unam coēunt massam, hæc constat sale & oleo cum terra arctiori vinculo colligatis.

II. Combustione interdum ex partes separantur quas solus calor divelle non poterat: sulphur in vase occluso igni admotum in flores abit, neque ejus partes separantur: sed idem sub campana inflammatum partem sui acidam à pinguedine bituminosa secretum præbet. Lignum in camino fenum emittit, qui in fuliginem densatus multum salis volatilis & sulphuri continet: qui quidem sal in retorta, una cum oleo crasso, nec inflammato conjunctus manet.

III. Eadem est ratio carbonis lignei, qui ex terra, oleoso sulphure & sale minus volutili constat: nec dissolvi potest ea compositio citra inflammationem. Nam carbo vase conclusis in igne quantumvis ardente temper idem persistat, quod ejus sulphur unus caloris vi incendi non possit, nisi aëri pateat aditus; cum terra & oleo ita cohæret, ut ne aqua quidem salam dissolvat. Sed in aperto aëre ignis vi rarescit, & carboabit in cineres, qui saltem continent, non igne, sed aqua exsolubilem: ignis enim vi non liquatur, sed cum terra arctius colligatur.

IV. Nihil adeo licet igni in partes fixas, quæ menstruis tantum, ut lo-^{de Ars} quantur, dissolventibus à se mutuò divelli possunt. Partes autem volati. *lysi* les ignis vi sursum adactæ rarescunt. Major est impulsus prope ignem, *Chymi* non item major rarefactio: fumus in camino majore impetu pellitur, sed ea. minùs rarescit quam in superiori camini parte, ubi ratiō est, & minor ejus motus: adeo ut non sola ratefactione, sed impulsu quodam fumus sursum feratur. Quæ fixæ dicuntur partes, hunc impulsu non excipiunt, sed manent immotæ, ut terebrat; aut si alicujus motus sunt capaces, vel liquantur, ut metalla & vitra, aut à se mutuò disjunguntur ignis reverberio, quemadmodum & quorundam fossilium calces.

V. Atque haec de analysi quæ calore aut igne perficitur, nunc de menstruis aut dissolventibus dicendum. Hoc nomine liquores donantur, qui solidiori mixtæ adiecti partes ejus aut dissociant, aut extrahunt, aut resolvunt. Sunt enim ejusmodi liquores quidam corrosivi qui partes corporis velut in pulverem comminuant. Alii sunt ejusmodi ut tenuiores tantum particulas quæ ad constitutionem corporis pertinent, extrahant & quasi delibent; aut denique in sua principia vel elementa corpus resolvunt. Atque haec menstrua præcipue curæ fuerunt Chymicis, & inter artis arcana habentur. Nam menstrua corrodentia preparant tantummodo, dum compactas & etiolas partes attenuant, quæ postea facilius solvuntur.

VI. Haec porto menstrua sunt sales in spiritus aut in liquores admōdum penetrantes resolu:i, qui sunt mercuriales, aut sulphurei, aut mixti. Liquores acidi & mercuriales, ut aquæ Stygiæ, partes duntaxat corporis mixti comminuant; acres & sulphurei liquores quidam particulas, quæ itidem sunt sulphureæ, plerumque eliciunt, ut spiritus vini; sed mixti qui ex sulphureis & acidis salibus prodiere, it soli possunt principia e quibus partes quæque constant, dissolvere, atque earum vincula distempere, dum sales quaque in partes sibi cognatas viam suam exerunt, & ab aliis divellunt.

Hujus generis dissolventia analysi Chymicæ impunitis utilia videntur, ut principia & dotes corporum perspecta habeantur; eaque sunt vel generalia, vel specifica, illa è salibus minùs determinatis parari debent, cuiusmodi est sal communis; specifica nis corporibus quorum dissolutioni adhibentur, cognata esse debent. Sic fructus putrescens alteri putredinem facile conciliat, ac membrum gングæna affectum aliud consimili tabe inficit: sic metallum in aqua Stygiæ, sū in liquore mercuriali sibi cognato dissolvitur.

VII. Illud magis est instituti nostri quod paucis ante diebus de planatum analysi rite facienda proposuerat. i. Quod salis genus in platta insit, ex vitriolo Martis in aqua exsoluto, aut ex sale plumbi soluto, (sacharum Saturni vocant,) vel demum ex sublimata solutione colligi facile posse. Cum enim foliolum salivæ, aut mali penici corticis, vel nucis gallæ decoctio vitrioli communis solutioni admiscetur, tum hi liquores subnigrum colorem induunt, quod sale sulphureo & terrestrī abundant. Successus è plantis vulneratis, ut è Veronica, Betonica &c. expicillus salis Sa-

ANN. 1669. turni seu plumbi solutionem turbat, qui lacteum p̄ se fert colotem. Quod indicio est salēm, qui his plantis inest, sulphureum quidem esse, sed minus terrestrem. In Lavendulæ, Rosmarini & consimilium plantarum succo inest sal subtilior, qui salis plumbi solutionem non turbat.

IX. Atque ex iis probationibus quām puri sint sulphurei sales, conjectari heet. Qui enim vitrioli, salis plumbi, aut sublimati mercurii solutionem magis tingunt aut confundunt, ut sales ē cineribus extacti, hi magis terrestres judicantur. Imo ex iis vires medicæ quarundam plantarum dicuntur. Quæ ex. gr. vulneraria dicuntur, acidum excedens carnis sale suo sulphureo absorbent. Atque hi plantarum succi, acer illius qui sili plumbi inest aculeos sic obtundunt, ut liquor ex iis exallectur omnis saporis expers.

X. Quæ sit quarundam herbarum constitutio, quæ natura, ē tartato, ut vocant, vel crystallis quæ in succis earum depuratis in frigido loco concrescunt, postquam pars earum aliqua exhalavit, perspectum esse potest. Nam sal ille essentialis, seu tartatum in amatis plantis, ut in sumaria, carduo benedicto &c nitrosus est & salempera refert; in acerib⁹, ut in nasturtio admodum est volatilis; in acidis, ut in acetata, ponis aereis, fructibus immaturis, tartato vini non est absimilis.

XI. Postremò quæ sit plantæ temperies, aut quibus constet principiis, ex aquis distillatis, ex liquoribus tum acidis, tum sulphureis, oleis & salibus dignosci utcunque potest. Aquæ extillantur in balneo maris, spiritus acidi vel aceris in balneo vaporoso, ut vocant, aut in refrigeratorio, in retorta vero liquores tum acidiores, tum oleosi majoris ignis vi attolluntur; sales fixi post calcinationem per lixiviam educuntur ē cineribus.

Qua vero ratione aquæ & sales probari & expendi possint, tum suās exposuit, idque suo loco reddimus.

C A P U T I I I .

De Botanica seu de re herbaria, ac primum de facta nutritiæ in plantis circuitu.

I. **N** ipso pene nascentis Academiæ exordio conjecturas suas de circulatione succi nutritiæ in plantis proposuerat D. Perrault, cum inter Academicos D. Mariotte nondum esset alius. Hic die 27. Junii anni 1667 cum de rebus Botanicis sermo haberetur, in ita à se obliterata protulit, quibus succi nutritiæ in plantis, ut sanguinis in animalibus circulus pene demonstratur. Res adeo vila est omnibus digna, quæ diligenter expenderetur. Animo sunt rogati ut cogitationes suas & rationes proxima dic proponerent. Quod ab utroque factum fuit, ac postea in tertiainibus Physicis in publicum emissis sententiam quamque suam ratioibus & experimentis muniam mandavit litteris. Conjecturæ D. Perrault & observationes jam superioris sunt expositæ. Quæ à D. Mariotte sunt observata, summam attingam.

Primum id animadvertisit, herbarum quæ lacteo succo aut flavo turgent *De Bo*
caulis infra ramos resecti è parte superiore & foliis propiore uberiorem *tanica*.
succum præbent quām è parte inferiori versus radicem. Quod utique non
eveniret, si succus omnis versus extrema plantæ pelleretur.

Resectâ iterum plantâ in ea parte cui insunt folia, nihil aut perpatum suc-
ci sursum fertur, sed plurimus delabitur è frondibus: quod experiri licet
in *Tithymallis*, dente leonis, *Chelidonio*, & aliis hujus generis.

II. Quin etiam iis in plantis tubulos ea arte dispositos comperit, ut ex plu-
ribus fibrillis candidis, duris & ligneis à se mutuò disjunctis coalescant,
quæ à radice ad extremos usque ramos producuntur. Has communis pel-
licula involvit, quæ à caule reliquo eas separat. Inter eas fibras & pelli-
culam materiæ quædam spongiosa interjecta microscopii ope ceinitur, ca-
que succo albo vel flavo tingitur: nam extrema fibrarum alba sunt, suc-
cus vero aut flavus, aut lacteus multis in lecis conspicitur.

Majores plantæ, ut *Ferulæ* has fibras æquis intervallis dispositas habent
à centro caulis ad circumferentiam. Reliquæ duos tantum aut tres habent
fibrarum ordines versus circumferentiam. Sed alius est succus aquosus, qui
in resecto caule facilè conspicitur. Aque illud satis est verisimile succum
illum aqueum in eos commicare tubulos quibus inest succus lacteus, &
cum eo misceri, fere ut chylus in venas commicat & unâ cum sanguine
permiscetur.

III. Utrum autem per distinctos tubulos succus in radices & ramulos
propellatur, dijudicate non potuit. Illud unum constat rotorem & pluviam à
foliis in caulem commicare, utrumque succum tum à radicibus, tum à fo-
liis exceptum per totius plantæ longitudinem decurrere, & per insensibi-
les poros subire eos canaliculos in quibus succus jam est elaboratus.

IV. Nam si ramulus arboris ut herba, aut Apii hortensis, aut Chæ-
refolii resectus alium habeat ramulum sibi à latere conjunctum, atque il-
lius pars extrema aquæ vase contentæ sic immergatur, ut reliquum cau-
lis, & cohærens ramulus in vasis margine extra aquam collocetur, ra-
muli omnes per tres aut quatuor dies etiam aestate viorem suum con-
servabantur.

V. Eandem ob rationem *Pepones* adhuc teneri, dum in fimo calente sub
campana vitrea adolescunt, vapore in campanæ lateribus instar roris con-
crescent, & in folia decidente, viorem suum & firmitatem tueruntur.
Sublata campana nonnihil folia marcescunt: tametsi calor ipse plenumque
sit remissior, & frigidore aura recreentur. Sed ros ille deest, qui per
fibras, aut canaliculos se insinuat, & plantam alit: cui succus è fimo sub-
latus non sufficit. Unde & Divina quadam Providentia factum est, ut in
locis fervidioribus ros sit uberior, cum pluviae sunt rarioes. Sic in ple-
risque herbis velut pili aut apices succrescant, quos tubulos esse roti aut
pluviae exfligendæ destinatos magna probabilitate conjicit, quod herba aqua-
tice sint teræ non hirsutæ aut his velut spiculis asperæ.

VI. Addebat D. Mariotte illud admodum probabile videri succum sa-
pe per radices commicare, ut debitam coctionem assequatur: quemadmo-
dum sanguis per præcipuas corporis machinas cor, jecur &c. it redditque.

ANN. Unde extrema radices Chelidonii & quarundam plantarum rātum fere 1669. succi præbent resecta, quantum folia ipsa, quod succus æquabiliter in partes omnes propellatur.

VII. Seco Papaveris caule tribus aut quatuor digitis infra plantæ caput, ubi maturèscere incipit, succus candidus è caule sublatuſ exhibet; aliud fulvo colore tinctus è parte summa effluit: adeo ut tubos esse distinctos hinc suspicati liceat. Non enim succus iisdem in tubulis tam diversis coloribus posset induere. Sic Ficū transversim in medio seccā, qui ab extrema foliorum parte defluit succus, aquosior est, & minus candidus, quam qui ex parte altera stillat: ita ut succus aquosus qui solis inest, in tubulis succo candido refertos committet, & cum eo miscetur; aut certe diversi utriusque sunt canales, vel tubuli.

VII. Ex iis atque aliis concludebat vir ingeniosus & doctus, illud vero proximum videri, succum nutritum in plantis, ut sanguinem in animalibus circumagi. Nam magna est inter plantarum & animalium vegetationem similitudo. In illis lactea vasa chylum excipiunt, qui in venas, deinde in cor & pulmones, in cor rursus, tum in arterias defertur nutritis partibus: quod reliquum est in venas refluxit. Non dissimili ratione succo nutritio radicum extrema imbuuntur, qui in radicis corpus primū, tum in caulem & truncum per tubulos tibi apritos ad ramos usque & folia eluctatur. Quod superest per alios canales ad radicem remeat, ut digeratur & fructuum nutritioni sit idoneum. Unde in plerisque plantis radices multū incrementi sumunt, nec minus fere quam rami: ita ut succus ad extremas usque radices protrudatur, ut versus ramos idem impellitur.

Accedit illud etiam corpora queque liquida in perpetuo motu versari, ut aëra, aquam, sanguinem, quæ si torpeant, brevi corruptiuntur. Quare in plantis succum non esse otiosum, sed perenni motu à radice ad folia usque, & à foliis ad radices defertur existimat.

IX. His lectionis quæ in eam rem conscripserant D. D. Perrault & Marriotte, placuit, ut omnes die constituto in hortum Regnum se confirent, atque experimenta omnibus cotani ficerent. Quæ utique magna ex parte facta sunt. Nec tamen ea esse hujusmodi, ut circulatio succi in plantis ex iis demonstrari possit, nonnulli existimabant, & imprimis D. Du Clos qui scripto peculiariter sententiam suam exposuit.

Negabat ex Analogia & similitudine quadam plantis inter & animalia agnoscendum latis seruum duci posse, quo succi alimentitii in plantis circumclusi dimitiscuntur. Non enim omni ex parte est similitudo, atque ejusmodi Analogie nihil serie probart.

X. Hunc utique respondit D. Perrault: ejusmodi Analogias inter animaltes & plantas, si sole sint, minus esse idoneas eae rem propositam conficiant: sed tamen negari non posse quia eae non nihil lucis assertant recti jam variis experimentis comprobatae, quam efficient admodum verisimiliter: quod unum in Physicis imprimis constat. Quocirca haec conjectura è variis observationibus ductæ non mediocriter ex eo confirmantur, quod planta & animalia in eadem vi aut facultate vegetatrice convenerint: cum nutritio

nutritio omnis in quodam humoris circuitu posita videatur: neque enim *Dobea* sit nisi coctione que ex partibus alimenti jam dissolutis & permixtis oritur. Dissolutio porro & mixtio continuum motum postulant, quo partes comminuantur & filtrantur per meatus aptè dispositos. Hæc filtratio aut percolatio repetitis vicibus perfici debet.

XI. Jam ut ad experimenta facta veniamus, ex iis quedam concludi possunt quæ Analogiam illam confirmant. 1. Succum illum exire uberius è parte superiori plantæ ob structuram ipsius corticis, ubi distincti sunt tubuli, ut in Chelidonio, & diversi sapores pro diversa natura succi. Quin & incrementa quæ plantæ sumunt, cum partes earum sumimæ aut folia aquæ immerguntur, circuitum succi alimenti pene persuadent. Nam illa immersio non solum nutritii succi dissipationem inhibet, aut vioreni plantæ & vigorem tuerit, sed etiam incrementum præbet iis partibus quas aqua non tangit, & ad quas pervenire nequit, nisi priùs per radicem transferret.

XII. His in utramque partem agitatis quæstio ipsa nondum ad exitum perducta & profligata majori parti assidentium visa est: adeo ut nondum liqueret utra sententia esset veri propior. Novis tamen rationibus & experimentis succi in plantis circuitum D. D. Petrault & Marioite munierunt in tenaminibus quæ multis post annis in lucem ediderunt.

Primum enim ejusdem plantæ aliquot radices aquæ sunt immersæ, cùm reliquæ extra aquam extarent: haec tamen ut priores in aquam demersæ crescere visæ sunt, & novas fibras emittere. Quod fieri vix potuit, quin aqua è radicibus madidis in caulem per nodum intermedium sublesta, è truncō in radices extra aquam positas perductus & tubulos idoneos defluxerit. Eadem est ratio plantæ à terra cum radicibus suis avulsa, & in duos ramos divisæ. Nam si unius rami extremum aquæ immersum fuerit, planta diu integra & viridis permanet, & interdum foha in ramo altero gerimant, cum alia ejusdem generis planta & eodem tempore avulsa statim marcescat.

2. Hoc ipsum demonstrat vegetatio arborum, & fruticum, qui ex ramis in terram demissis nascuntur. Cum enim ramus silicis aut vitis inflexus in terram demittitur, & radices agit, pilam est succum à truncō ad radices delabi, & à radicibus in truncum remcare: idque est apertius in dumis & plantis quæ ex ramorum apicibus radices emittunt.

3. Pleraque arbores foliis nudatae emoriuntur, ut in moris albis quandoque accedit, cum nutrientis Bombycibus foliis suis magna ex patte fraudantur; quod succus in foliis fere ut in radicibus percoletur. Unde si vitis palmites suis foliis aestate nudaveris, uva non maturescunt, quod succus à foliis redux fructui nutriendo serviat.

4. Hoc ipsum plerique arborum morbi demonstrant. Nam rami præ visco tabescunt, & arbor ipsa visco obducta languescit, quod succus à foliis & extremis partibus refluxus insiciatur. Nam abraso visco arbor velut scabie sanata, quæ succum per corticis fibras refluxum inquinabat, fit vegetior. Sic detracto visco ramus cui hæc erat melius se habet. Cum recentes ramos arborum dente recidunt pecudes, tum arbor emoritur aut lan-

ANNO. grecis, nisi exesus surculus abscondatur, quod succus in patte exesa in 1669. fecit instar gangrenæ circulatione reliquum succum inquinat.

In his paulo longiores fuimus, quod res ipsa sit speculatione digna, atque ut ex circulatione sanguinis innumera pene circa animalium ortum, & incrementum, imo & morborum causas ante reconditas Medici recentiores invenerunt, sic que ad vegetationem & nutritionem plantatum imo & ad eatum morbos spectant ex illo succi nutritii circuitu fortassis deprehendentur.

Exinde plantatum descriptiones magno studio fieri ceperat sunt, quæ à D. Matchant allatae, in Academia diligenter sunt examinatae, & cum plantis ipsis collatae.

C A P U T I V.

De Historia animalium.

I. Ræcipuum Physicis Academicis hunc laborem propositum fuisse dimicimus, ut plantarum & animalium Historiam illustrarent, quæque à veteribus & recentioribus sunt mandata litteris accurato examini subjecerent.

Die 25. Aprilis anni 1669. *Eriaceus vulgo un Herisson*, dissecatus fuit, cuius vesica longè major erat, quam pro corporis magnitudine. 2. Venæ lacteæ numerosæ apparebant; chyli receptaculum amplum & multo chylo turgens. 3. Intestina erant uniusmodi, nec cæcum, nec appendix in iis visa fuerunt; oculi pisí magnitudine palpebris interioribus instructi, nullo pene humore aquo aut vitro, sed cristallino tantummodo donati, ecque admodum convexo. Hæc semina erat octo papillis manimatum donata & prægnans.

II. Paucis post diebus mas itidem dissecatus fuit, corpus aculeis fere instar castanæ munitum erat: illud in globum contrahebat, ne apprehenderetur, adductis posterioribus pedibus cum anterioribus ad rostrum, idque tanta vi, ut pedes divelli vix possent, cumque in aquam demergi oportuerit quæ contractos musculos laxavit. Musculus huic contraktioni aptus aperto ventre repertus est. Hic ab osse sacro originem capit prope spinam, usque ad rostrum porrigitur, fibris longis & conspicuis prædictus est.

Nervorum opticorum, qui admodum crassi erant, conjunctio singulatis visa est per interjectam lineam. Alia nervorum conjugationes sunt exploratae. Duplex erat clavicula ut in homine. Verum utriusque descriptio cum figuris anno 1676. excusa fuit.

Longum esset & supervacancum cuncta quæ hoc & insiquenti anno disjecta sunt animalia sigillatim recensere, cuin eorum descriptio Typis Regiis mandata fuerit, non omnium quidem, sed eorum in quibus insigne aliquid & cognitione dignum fuit observatum. Verum hoc ipsum opus non mediocriter auctum & illustratum aliquando publici juris fiet.

III. Descriptio Acipenseris vulgo *Eturgeon*, in Cadomensi Academia facta,

Epistola quam vir Illusterrimus. & omni doctrina præstans D. Huict nunc *De Abrincensis Episcopus* misetar die 29. Julii, lecta fuit & in commentarios *Hist.* relata. Hic pisces sex pedes longus erat, isque cartilagineus ; caput itidem *Anim.* cartilagineum, uti & spina squamis prædutis munita dorsum, quoque & latera ; pellis itidem dura, os sine dentibus intus polium ; cor angustum & molle, pericardium membranosum, cum in majore patte piscium sit cartilagineum. Ventriculus itidem angustior, pars ejus infima musculosa conchyliis, erinaceis marinis, gammari referta. Hujus dextro lateri adhæscere visum est corpus quoddam glandulosum, quod litteram V, exprimebat, 5 digitis longum & quatuor latum in parte superiori ; uno digito crassum, rugis asperum, & subrubri coloris : circa hoc corpus intestina unum efficiebant circuitum, tum in abdominis partem infimam descendebant, & in orbem acta in anum desinebant.

Sub pyloro foramen erat uno digito latum, per quod ad corpus glandulosum patebat aditus ; quod utique non lien, ut visum est Belonio, sed chyli fortè est receptaculum. Hoc eni plenum chylo repertum est : ejus cavitas variis erat capsulis exasperata. Hoc corpus per complures vasorum ramos cum ventriculo communicabat, eique erat contiguum.

Idem planè usus hujus corporis videtur esse qui insenterii cuiusdam in Orbe pisce infra pylorum positi, & duodeno adhæscentis, quod chylo itidem oppletur. Supra pylorum in stomacho foramen inest quod in amplam cavitatem dicit sesquipedale longam, & in medio sex digitis latam ; quæque paulatim versus extrema sit arctior. Vacua erat illa cavitas, & ab omni extraneo corpore pura, nec quicquam aliud visa est quam aëris quoddam receptaculum, ut in multis piscibus reperitur.

Lecta hac Epistola id conclusum fuit ut D. Galloys Domino Huët rescriberet, eique & Cadomensi Academæ, Parisiensis nomine gratias ageret, simul & rogaret ut piscium anatomia suam navaret operam, quod mate finitimum diversa piscium genera iis suppeditet : cum interea Academia regia variis animalium generibus dissecandis incumberet.

IV. Castoris paulo ante dislecti descriptio lecta fuit quæ brevi post tempore typis mandata publici juris facta.

V. Octavo post die D. Frenicle que à se circa quædam insecta fuerunt observata, exposuit. Res ipsa cognitione digna visa est : nam ars divina non minus in minutissimis animalculis elucescit quam in magnis animalibus ; incredibilis in iis est partium varietas & pulchritudo.

VI. Primum Erucam ille consideravit variis distinctam radiis à capite ad extremam usque corporis partem porrectis, utrimque æquali ordine dispositis. In medio unus est candidus, alii hinc inde magna colorum varietate & splendore micant. Hoc genus crucatum in pruriis frequentius occurrit. Sexdecim pedibus, octo ex utroque latere, ut pars crucatum maxima donatur, sex capiti propiores ; duo in extremo, octo intermedii, inter quos complures sunt rugæ, qualum numerus in plerisque pedum numero respondet, nonnullæ tamen in unam utrinque rugam propè posteriores pedes crispantur, eaque dorsum altius inter incedendum attollunt.

Hæc die ultimo Junii in chrysalidem tenui pelle obductam, tum in

2. & 3. papilionem abiit. Huic duo oculi micantes , facies hominis vultum utunc-
toꝝ que referens , nasus infra oculos , & naſo os ſubiectum inēſt , cum qua-
& 69. dam ſpecie oblongioris barba quæ in mucronem deſuit. Alæ breves , uti
& cornua , corpus iners & penè immobile.

2. Aliam huic ſimilem ſed clatiorem in atiplicis v. l'Arroche foliis
eſt contemplatus ; fila itidem ut in priori diſpoſita , ſed colores minus
ſplendidi.

3. In urticæ foliis erucas nigriores punctis albis diſtinctas invenit. Ubi
mutationem moluntur , urticæ folio ſe involuant tenuiſſima tela ſpatium
vacuum in convoluto folio obducunt , in chryſalides circulis flavis diſtinc-
tas faciunt , & in muſcas tandem oblongas mutantur , quatuor alijs pellu-
cidis inſtructas : hæ ſacto foramine per caput chryſalios crumpunt.

4. In urticæ quoque foliis aliud occurrit eruca genus , folia circum-
jeda hæc colligit , in iis ſe condit & tamdiu manet , quimdui in iis ali-
mentum inēſt ; fila emittit quibus folia in unum colligat ; ubi dehinc ſolia , ſtatiu-
per fila rimas opplet. Post nigras de quibus mox dictum eſt ,
hoc eruca genus naſciuit , ſi eruca habenda eſt , non vermis : nam pilis
deſtituitur. Die 26. Junij ſele intra folia ſolito accuratiuſ condidit ; adeo ut
nullam relinqueret rimam , figuram novam induit , nullis exuviis rictis ,
capite tantum & roſio ſopeſſite : adeo ut corpus eruca non mediocriter
contraſtum fuerit , cum chryſalis facta eſt , ex ea 4. ova perparva , ex qui-
bus muſcas communes prodierunt.

5. Sic in beta die 8. Septembriſ erucam conſpexit craſſam , ſequipollice
longam & penè inerit , niſi cuna tangebatur : tum enim quam citiſſime
ſe retrahebat , alias conſimiles in beta & lactucis prætero. Sic in ſpina
racemoso agresti eruca aculeis aspera inventa eſt flavo colore tincta , ſed ru-
beum & vividum induit colorē , cum fuit transmutata , quod bis terve
factum eſt , ut ſit in eruciſ que roſarum foliis innascuntur. Harum varia
ſunt genera , que longum eſſet minutius deſcribere. Quedam ex iis anten-
nis donantur , que limacum cornua reſeruant.

6. In roſis quoque veſtis viſi punctis nigris conſpersi , virides , oblongi
22. pedibus inſtructi , adeo ut toto corpoře utriuque pedes & iugae citta
intervalla ſic diſponantur , ut ſex anteriores ſint longiores & acutiores.
His inter incedendum utuntur , cumque edunt aut gradum ſiſtant , pars
corum posterior ſursum erigitur in ſeipſam retorta ; rotundi ſunt ut lum-
brici ; continenter ferè edere videntur , anterioribus pedibus folia tenetiora
complexi exedunt.

7. Alias quoque ſpecies Inſectorium que inter erucas & vermes ambi-
gunt , & roſis vefcuntur , deſcripſit. Inter eas conſpicuus eſt vermis itidem
viridis , qui cum quiescit , in formam helicis convoluitur , capite foris pro-
minulo , prater ſex pedes anteriores , 7. ſunt utrimque in medio ; 14. vi-
delicet , ſed paui admodum , qui tamen progeſſu inſerviunt , duo in
cauda. Ubi adoleverunt , pilis albiſ teguntur , qui aculeos urticæ reſeruant ,
ſed breviores tamen , & aquabili ſerie diſpoſiti.

8. Cum unus ex iis vermbus caſpulae abietina qui erat conſclusus ,
ſperculo adhaſiſſet , hoc exedebat , & domicilium ſibi parabat cum ſcobe

& segmentis ligni, quæ rostro evulsa una conglutinabat. Vetus disrupta *De* domuncula, & aperta capsula, aliquandiu in ea elaboravit, ac tandem *Hif.* alterius etiæ quæ in malo cotoneo reperta fuerat, aurelam perforavit, *Anim.* ibique fè condidit. Alii diu vixerunt è lateribus capsule penitus. Non nulli quoque vestes coloris purpurei, qui nihil aut perparum edebant, in eodem fruticum genere vihi sunt. Ex iis quidam pulchro & viidi colore splendidi admodum erant voraces & segnes. Sed de Insectis redibit sermo, nunc ad ea quæ rariora sunt & majoris expectationis veniendum.

I X. Cum Academia die 20. Septemb. anni 1668 jussu Ludovici Magni conveneret, ut Chamleontem vivum qui Regie maiestati à Patre quedam Capucino oblatus fuerat, & ex Agypto allatus, expenderet, multa in eo sunt observata quæ paulo post typis mandata sunt. Is vero die 12. Octobris mortuus est. Die 13. omnibus coram partes singillatim sunt examinatae, illius accurata & ampla descriptio à D. Perrault exarata die 20. Novembris lecta est, & publici juris facta, cujus summarium infra reddimus.

Ciceria quoque iisdem fere temporibus dissecta fuit. Structa Rostri præter alias corporis partes in se omnium oculos convertit.

X. Cameli quoque aut Dromedarii ante dissecti descriptio lecta est die 17. Decembris, uti & Capra Lybica v. *Gazelle*, & Felis odorata v. *Civette* quam D. Perrault suspicabatur Hyenam esse veterum.

Anno 1669. die 15. Februarii apertum est corpus mulieris pidiæ suspedio strangulata. Multa sunt observata quæ nunc temporis cum satis nota sunt, prætermittimus.

X I. Mense Martio dissecta est vulpes junior in qua motus peristalticus intestinorum, isque reciprocus fuit observatus. Nam à superioribus partibus versus inferiores, & vicissim motum suum vermicularem continuabant. Cœcum instar cochlear convolutum plures membranæ devinciebant, quibus disruptis figuræ conicæ apparuit: jecur in 7 lobos divisi sunt.

C A P U T IV.

De Structura oculorum.

I. **A**nno superiori D. Mariotte opinionem suam de visionis organo exposuerat omnino persuasus non in retina, ut vulgo creditur, sed in choroïde membrana, quæ intima est & interioris nervi optici propago. rerum objectarum imagines depingi, aut certè id proximum esse visionis organum. Adversus hanc sententiam multa opposuit D. Pecquet ut eam quæ nunc communis est opinio, ptopugnaret; quæ ab eo allatae sunt rationes in Diarium Eruditorum sunt collatae.

I I. Exente Augusto anni 1669. D. Mariotte objectiones D. Pecquet diluere est aggressus quas summatis attingemus: nam publicis scriptis utrumque editis hac quæstio fuit agitata. Primum illud in defensionem communis & receptæ opinionis allatum fuerat retinam non pellucere, neque

ANN. adeo radios luminis per eam ad choroïdem deduci posse; nam oculi bovis
1669. recentis scleroticiā sublatā lumen non penetrat retinam. Ergo hæc tunica
videtur potius visionis organum, non choroïdes.

Id conseq̄ens esse negabat D. Mariotte cum magnum sit discrimen inter animalis mortui retinam æri expositam & eam quæ in vivo animante inter vitreum humorem & choroïdem accuratè concluditur. Retum qualitates paulo momento immutari aiebat, cornicam tunicam quæ pellucet, in aëre calido brevi tempore opacam fieri. Quin etiam in oculo bovis adhuc calente & in duas partes sc̄cto, adeo ut retina vitreum humorū adhuc involuat, tum vatii colores choroïdis, basis itidem nervi optici, vase ex eo in retinam sparsa, sic in conspectum veniunt, ut retiformis tunica vias discerni queat.

Nec propter ea tamen omnem albedinem retinae detractam voluit, præteritum in ea parte qua tangit choroïdem; idque à natura provisum aiebat, ut nūnū vegetioris luminis splendorem temperet, quemadmodum cutis epidermide obducitur, ne laceratur à corporibus quæ tangit.

III. Quin & ratio à D. Pecquet proposita p̄parvi esse momenti eidem videbatur, cum subtiliores partes in retina mortui animalis diffatae, opacitatem quandam inducant, ferè ut charta madens pellucet, exsiccata fit opacior. Sic in multis animantibus in medio crystallini humoris nucleus quidam est pellucidus qui intra paucos dies albus fit & opacus, etiam intra oculum conclusus, cum tamen exterior crystallinus adhuc pellucet.

IV. At enim retina aquæ immersa albedinem suam & opacitatem nativam prodit: Ita est, sed vitrei humoris parte in vase immersa tunica hyaloïdes quæ omnino est diaphana instar telæ atancæ, alba quoque videbitur. Quin & crystallinus in aqua opacitatem quandam contrahit, & congelatus instar nivis candidat. Non mitum igitur si retina ante æti expedita & aquæ immersa nonnullū albedinis p̄ix se ferat.

V. Quamobrem ut liquere possit an radii luminis penē integri ad choroïdem perveniant, an potius in retina ipsa sistantur, uttaque tum choroïdes, tum retina in statu suo naturali spectanda est. Experientia ipsa retinam tralucere compcriemus, si candela accensa de nocte prope oculos collocetur, idque faciamus ut canis octo aut decem passibus remotus nos aspiciat, tum enim lumen in illius oculis splendidum intubimur è radius reflexis à choroïde canis multum candida & splendida. Nam si à crystallino, aut retina prodiret vegetum illud lumen, idem eveniret in homine & avibus, quibus choroïdes atta est: sed non est ita. Il vero ita evenit in cane quod radii luminis per crystallinum tracti in choroïde velut in foco colligantur, iisque sic resiliant ut focus reciprocus sit in accensa candela. Unde oculus huic vicinior crystallinum canis humorē admidum illuminatum intucti debet, ut in opaca demonstratur. Idque expediti facile est si phiala vitrea & rotunda aqua pura impletur, eaque octo aut decem passibus ab accensa face removeatur, tum retro phialam ad semidiometri hue distantiam chartam candidam admoveas, in qua lux quæ phialam penetravit, tanquam in foco colligatur: tum enim oculus propè faciem

accensam positus phialam omnino lucidam intuebitur. Idem experiri licebit *Dervis* in oculis felium, in quibus lux illa carulæ & vegetior apparebit: magno *suis* or- quidem indicio eam non aliunde quam à choroïde, quæ hoc colore tingi-gano- tur, ad oculos nostros resilite. Nec color ille, aut alius quivis visionem ipsam confundit: non enim sensus ullam à suis organis impressionem ex- cipiunt.

V I. Impressio vero illa luminis in choroïde alba picturam magis vi- sibilem, quam in nigra efficit, sed tamen fortior est in nigra: quicmad- modum charta nigro colore infecta speculi istorum vi citius incendiatur, quam alba, cum ista radios fortius regerat. Sic homo & aves acrioris sunt visus, quam pars major animantium, quod atta choroïde donentur, quam lux vehementius afficit. Unde & pupillam magis contrahunt. Ex quo efficitur ut radii luminis axi crystallini viciniores distaretur magis picturam in fundo oculi delincent: cum in plenisque animalibus, quibus choroïdes alba est, neque à lumine ita percussit, pupilla magis dilate- tur, ut lux uberior ad choroïdem appellat, neque in iis adeò distincta est visio. Verum ut huic defecti natura succurret, crystallinum dur'orem in medio majoris aptavit, qui majorem refractionem & minus confusam visionem facit.

V II. Sic in piscibus duplex est crystallinus: cum enim hic humor sphæricæ sit figuræ, quod radii luminis ex aqua in eum humorem trans- fluentes non multum infingerentur, ac focus ipse longius quam par esset, distaret, si lenticularē figuram, aut planiorem noctis esset; hoc tamen haberet incommodi figura sphærica quod radii refracti axem minus aqua- biliter secarent, & confusa magis foret visio quam in animantibus quæ in aëre degunt, nisi interiore & duriore crystallino donarentur cuius major refractio efficit ut radii proprius axem frangantur & citius coeant.

V III. Vetus his & aliis omissis D. Mariotte insignem observationem urgebat, quæ publicis scriptis fusiis fuit enarrata: chartulam albam in ni- gro fundo positam ad oculi altitudinem affixit, ut in eam visus acies dirige- retur; alteram duobus aut circiter pedibus à priori remotam ad dexteram collocari jussit. Clauso interim sinistro oculo, & dextro ad priorem char- tulam defixo paulatim recedenti ad 9. usque pedes, tum posterior charta sub obtutum non venit, quasi subducta fuisset, cum res circumiectæ hinc inde viderentur: quod locus imaginis in basi nervi optici, ubi choroïdes deficit, nullus esset, nulla adeo rei objectæ species: porro illa distantia chartæ ab oculo responderet distantia centri visionis à basi nervi optici cum eadem basi comparatae, utrobique enim est ferè eadem proportio, hoc est, si diameter circuli chartacei sit ferè pars decima distantia oculi à charta, ita centrum visionis, quod à basi nervi optici 7 aut circiter lineis distat, de- cies ferè continet diametrum basis nervi optici, nempè $\frac{3}{4}$ unius lineæ.

Quare duo sunt triangula sibi invicem similia, & æquiangula; unus apex est in oculo, basis in orbe chartaceo posteriori, alterius trianguli apex est in centro visionis, basis in diametro nervi optici. Cum autem imago circuli chartacei in basim nervi optici incidit, illamque integrum tegit, illius imaginis nullus est sensus, nulla impressio. Ex quo concludebat

REGIÆ SCIENTIARUM

72

ANN. D. Mariotte præcipuum visus organum esse choroïdem : nam ubi abest
1669; nulla fit visio. Sed retina totum tegit oculi fundum, & nusquam deest ;
non igitur inquietat, hæc erit proprium visus organum ; neque etiam ex
ea ad interiores partes cerebri ducuntur filamenta, uti ex choroïde , que
est pia matris productio , cuius fibræ ad protuberantias , ex quibus nervi
optici originem suam ducunt , continuantur : quod de retina dici nullo-
modo potest.

Opponebat D. Pecquet vasorum quæ ex basi nervi optici oriuntur, trun-
cos visioni obfuturos. Verum hi minores sunt quam ut visionem interpel-
lent , aut id sit sensibile.

IX. Addebat D. Mariotte quedam phænomena quæ ex illa hypothesi
satis aptè explicantur. Illud imprimis quod pupilla in obscuriori loco di-
latur, in lumine conteratur. Hujus naturalis, non voluntarii motus cau-
sa vix alia esse potest , quam exquisitus choroïdis sensus. Hanc enim lux
nimia offendit : unde & fibras quibuscum uera anteriori connectitur , aut
contrahit, aut laxat ; quod ejus aperturam , quæ pupilla dicitur , arctio-
rem vel latiorem efficiat, ut lumen fortius est aut debilis. Qod explica-
tu difficultimum , si retina visus statuatur organum.

XI. Illud quoque ex structura oculorum in avibus , & catum maximè
quæ ex præda vivunt, comprobabat : ita enim sunt facti, ut nervus opti-
cus in ipso ingressu in orbem inflectatur. Hanc curvaturam sic tegit choroïdes
ut linea alba in medio remaneat , ex qua retina suam ducit origi-
nem. Hæc choroïdem sic tegit, ut à latere linea candidæ, membranula
nigrâ ejusdem longitudinis cum linea alba obducatur. Locus ille axi est
proximus, adeo ut res objecta in quas aves aciem intendunt, in eandem
incurrant membranulam. Cum igitur in ea parte acrior sit visio , & re-
tina ibi desit, cumque aves illæ sint acutioris visus, palam esse acribat non
retinam , sed choroïdem esse præcipuum visus organum.

XI. Id verò quod ultimo loco de oculis avium proposuerat D. Mariotte,
placuit in proximo congesu experiri. Itaque in Milui adhuc vivi oculis
dissectis hæc sunt observata. 1. Pars Crystallini anterior paulo convexior
quam posterior visu est ; hujus limbus rotundior & densius quam in ho-
mine, propius ad crystallinum piscis omnino globosum visus est accedere.
2. Nervorum opticorum eadem origo , quæ in terrenis animalibus , ab ins-
timorum protuberantia que nates dicuntur, quoque in supra spina med-
dularis productæ parte postœ sunt, intta cranium pia matte erant invo-
luti. 3. Nervus opticus paululum dilatari videbatur, antequam ad globum
oculi perveniret ; plura filamenta in ea dilatatione apparetant, quæ in li-
neam albam in scleroticæ fundo cicatrici similem desinabant. Quæ linea
ut internoscit faciliter posset, & illæsis retina & choroïde fundum oculi in-
tueri licet , oculus transversim per medium sectus est , adeo ut parte
vitrei humoris testi superfite fundum oculi conspicere licet, tum
brimore vitro penitus evacuato, retina & choroïdes in eam lineam quæ
in nervi optici ingressu formatur, visu sunt terminari. Sublata membra-
nula, quæ subnigram esse divisa, ex utraque parte linea allæ filamen-
ti speculo detecta sunt , quibus huic linea ambae tunicae erant illigatae.

4. Lineæ

4. Linæ albæ is in oculo situs est observatus, ut pene ad perpendi. *D*e visu
culum incidet in lineam quæ ab aure ad nares ducetur, sed auræ vi-
cior quâm naribus. Eam pelliculum unum esse è præcipuis visionis or-
ganis in avibus suspicatus est D. Pequet, cùque rerum objectarum spe-
cies ad lineam album deferti, ut interjectu nervi optici ad cerebrum ul-
que perveniant. Nam id aëmodum est probabile visionem in avibus que
eminus prælata sunt conspicantur, non debilitari, ut in homine, cum
rei objectæ imago in nervum opticum incurrit, aut in retinæ vasa.

XII. Hanc disceptationem acutè dirimacne mihi videtur D. de la Hite in
dissertatione de visu & variis ejus causis, anno 1694. edita. Experimen-
tum à D. Mariotte propositum ut certum & exploratum ponit; locum esse
in fundo oculi, in quem res objectæ nelli faciunt sui impressionem, cura
tamen retina ubique sit aquæbile fusi, locum vero illum ibi esse, ubi
nervus opticus oculi globum subit, atque ibi visionem deficeret.

Negat tamen hinc concludi posse choroïdem, non retinam, esse præceptivum
visus organum; cum hæc sit nervi optici expansio, nec sensus alibi quaten-
sus videatur, quâm in nervis. Esi retina luminis impressionem per inter-
jectum medium excipiat, quoam eam à re objecta recipit, idque communis
est aliis sensibus. Sic in auditu organo spiralis lamella aëris tremulos mo-
tus, aut vibrationes in nervi acoustici ramulos transmittit, idque in lin-
guæ, naribus, & in alijs sensuum organis natura observat, ut docet D.
du Verney in Tractatu de auditu organo. Nam subtilior est nervorum tex-
tura, quam ut rerum exteriorum explicationi nuclei exponantur, ac subinde
neccesse est, ut membranæ, quibus teguntur nervorum fibrillæ, eas im-
pressions à corporibus exceptas in nervos transmittant cum iis conditio-
nibus quæ sensationi convenient. Sic choroïdes quæ & firmior est, &
coloris obscurioris, luminis impressione faciliter commovetur, quâm tu-
nica retiformis, quæ cum sit diaphana varias lucis impressiones non excipit.
Sed eas choroïdes certa quadam ratione modificatas in retinam ut in præ-
cipuum visus organum transfeat, nec retina ut pat est, afficitur à lumine,
nisi varias ejus impressions à choroïde commota mutuetur. Nihil adeo
mirum est si visio in ea retinæ patte non fiat, cui non subest ipsa cho-
roïdes.



SECTIO SEXTA.

De Physicis Experimentis.

POTest hæc multa circa liquorum concretionem facta sunt experimenta,
quæ Philosophia naturali, imo & medendi arti non nihil lucis afferre
possunt.

CAPUT PRIMUM.

De quorumdam liquorum coagulatione.

I. **A**Tque hæc de præcipuo visionis organo inter vitos etuditos sunt disputata, quæ curiosa magis quam utilia videri possunt, & iis maximè qui in rerum naturalium cognitione solam utilitatem querunt. Alia nisdem fere temporibus latius fusa, & ad vitæ huminæ usum magis accommodata, de caulis coagulationis & firmutatis fuit agitata questio, quæ, ut patet, dijudicari non potuit nisi ex variis experimentis.

Hæc magna ex parte facti sunt in lacte, in ovi albumine, in sanguine, & in alijs liquoribus quæ fusa sunt in Commentatiis descripta: nobis fas fuit ea strictum deliberate.

II. Primum quidem excunte Aprili mense anni 1669, cum lacte bubulo varii liquoribus sunt committi, coagulum vitulinum, succus catapucie minoris, spiritus mellis acidus, spiritus nitri & quadam adstringentia, quæ omnia longè citius lac coagularunt, quam ubi solum fuit aëri expostum. Sal fixus & sulphureus tartari aut nitri, spiritus salis ammoniaci, mel, saccharum, & planta pene omnes aromaticæ concretionem inhibuerunt aut retardaverunt: eam verò nec promovere, nec moram huic atulerunt sal communis, sal gemmæ, hyssopus, &c.

III. De his D. Du Clos ita Philosophari visus est ex principiis vulgo receptis & ex quatuor elementorum primis qualitatibus. In lactis coagulatione duplex partium genus secretum fuit; aliae enim erant desiores, aliae serosa; illæ vel erant sulphureæ, quæ in butyrum, vel terrena magis, quæ in caseum abierunt. Calore solo, aut motu ipso hæc sit partium secretio: adeo ut partes solidusculæ ante dispersæ in unum cocant, dum aliae aliis adhærescant, ac quinta sere pars lactis tum calore ignis, tum additione succorum coagulantium visa est concrescere. Illa concretio in aere secco & calido, ut in aestate cuius sit quam in aëre humido & veris tempore. Unde adstringentia & acida eam concretionem promovent, non item quæ humida sunt, aut resolvunt.

IV. Paucis post diebus ovorum albumina agitata & despunita cum variis quoque liquoribus sunt conjuncta. Spiritus acidi è tale communi, aut nitro exstallati firmam concretionem effectere, non item oleum vitulæ quo fibrosa coagulatio facta est; firmior è spiritu sulphuris, nulla è spiritu mellis acido aut ex aceto secuta est concretio.

Spiritus salis ammoniaci, oleum itidem tartari nullam condensationem procearunt: spiritus vini purus satis firmam, sed in grumi & divitiam exhibuit: succus è catapucia minore expressus, sal ammoniacus in pulverem contritus, sal petricaria, sal tartari, sal communis nihil de fluiditate albuminum detraxerunt: sed gallum extactum promptum coagulationem & firmam dedit, uti & alumen: vitrioli cuprei quod ferrum rubro colore inficit, dissolutio mediocrem coagulationem, vitrioli Martis, ut vo-

cant, solutio nullam effecit concretionem, uti nec dissolutio vitrioli albi. *Physi-*

V. Post hæc in sanguine quoque animalium quedam facta sunt in ean-
dem rem experimenta. E jugulati veni agni sanguis nullus & diversis vas-
culis impositus. Qui nulli liquori admittit, intra semi-hora spatum
omnino est coagulatus; cui accessus est spiritus salis communis, hic statim
totus induruit & nigrescens omnem tuborem exiit. Idem contigit san-
guini cui oculum vitrioli affusum fuit. Atcum quoque distillatum nigro co-
lore sanguinem infecit, sed minus solida erat concretio. Spiritus salis am-
moniaci omnem coagulationem inhibuit, uti & oleum tartari; sed ille
colorem rubrum pleniorum dedit, hoc vividiorem & igneum magis; spi-
ritus vini sanguini concretionem satis firmam & grumosam impetuuit, uti
& ovi albumini: multum tamen seri secerum est: rubor erat ochræ adu-
stæ non absimilis. Spiritus mellis sanguinem atro colore infecit, cum mol-
li & inæquali consistentia; nucis gallæ extractum concretionem iudicet
grumosam dedit. Spiritus æruginis fortè & æquabilem concretionem,
sed colorem atrum induxit. Spiritus nitri, & spiritus salis communis mol-
lem & in grumos dissectam effecerunt coagulationem omni rubore detra-
cto. Salis communis in aqua comrnani dissolutio colorem paululum immu-
tavit, nulla coagulatione insecura; nulla quoque è succo cataputæ aut ace-
tosæ prodit concretio, sed ex admistione sacchari, cepæ, nasturtii, ut
in puto sanguine, sic facta est coagulatio. Ex arteria carotide sanguis edu-
ctus firmiorum nactus est consistentiam, ubique ruber, atque ex liquo-
rum admistione eadem sunt consecutæ concretiones, quæ in venoso san-
guine.

VI. Interjectis aliquot diebus sanguis venosus cum arterioso collatus fuit, hic in imo vasis nullum contraxerat nigredinem; succus napelli utrumque
nigro colore imbuerat: sed cum eo discrimine, ut quartæ pars venosi san-
guinis induraret, non item in arterioso sanguine; cicutæ succus venoso san-
guini majorem & firmiorem concretionem impetuuit, quam arterioso, cu-
jus color pene idem permanit, sed venosus parte suprema lividus appa-
rebat. Solani mortiferi succus eundem colorem dedit venoso sanguini qui
ut purus ita coaluit, arteriosus liquidior visus est; pars densata pristinum
colorem non amisit, sed serosa erat instar aquæ subviridis & putrescentis. San-
guis venosus cum succo è foliis sanbuci expreßo ut purus ita coaluit, non
item arteriosus qui non fuit coagulatus, illius color lividior, hujus nigrior:
sic ellebori nigri succus sanguinem venosum minus coegit, quicunque in fun-
do vasis subsidebat, minus acer visus est: arteriosus liquidus mansit, &
colorum præbuit nigriorem quam venosus.

VII. Majoris ablynthii succus nihil fere de sanguinis consistentia mu-
taravit, uti nec salvicæ, lavendulæ & angelicæ succi venoso sanguini ullam pe-
ne mutationem attulerunt. Angelica succus dimidiati arteriosi partem co-
egit, reliquum i stiri seri sangumolentii visum, idque post sesqui-hora spa-
tium coaluit. Sic Imperatorie succus sanguinem venolum pellicula obdu-
xit; interposito sesqui hora spatio sanguis omnino est congelatus, non item
arteriosus qui liquidus permanit.

VIII. Ne longior sim, succi minoris absynthii, melissæ, bistortæ, alchi-

ANN. millæ , artemisia , scorsonaria , alliaæ , cichorii sylvestris , menthae
1669 . scrophularia , apii , raphani rusticani , tanaceti nullam aut minorem in puro
sanguine coagulationem efficeret.

Sic tamen extractum circa ullam concretionem atro colore venosum san-
guinem inficit ; arteriosus sanguis in medio coaluit cum vivido colore ; re-
liquum serum fuit , idque nigrum colorem induit . Sal pericariae mitis
nullam efficit coagulationem ; nec si è siliquis fabarum eductus ; sanguis
arteriosus ex urinæ admixtione liquidor factus est & subflavi coloris .

C A P U T II.

Ejusdem Argumenti continuatio.

I. **C**onsimili ratione fel bubulum pluribus vasis exceptum est , ac variis
liquoribus admitti , quid singuli vel in consistentia , vel in colore
mutationis attulerint , exploratum . Illud universum observatum fuit . I. Spir-
itus è silibus sulphuris exstillatos aut nullam , aut parvam concretionem
pœnisse . Hujus genetis fuerunt spiritus salis ammoniaci , qui nullam ,
spiritus vini , ut loquuntur , tartaris , qui petparvam , purus vini spiritus ,
qui paulo majorem in quibundam fellis partibus , liquor tartari , qui nullam
fecit coagulationem .

II. Contra spiritus acidi , ut aceti spiritus , qui multam & fibrosam
concretionem , acetum ipsum cuius idem penè fuerunt effectus ; spiritus
arruginis , & sulphuris multam quoque , ut & oleum vitrioli , spiritus è
butyro antimonii , spiritus itidem mellis ; extractum gallæ aqua communi
præparatum firmorem coagulationem præbuerunt ; spiritus nitri perpatuum ,
æqua fortis mediocrem dedit .

III. Succi è napello , aut è cicuta expensi nullam ; solani mortiferi
mixtura uti & cepæ , raphani rusticani , scorsonaria perparvam efficerunt
coagulationem ; nulla è tanaceto , salvia , mentha , imperatoria , angelica ,
lavendula , melissa . è cichorao , apio , bistorta , artemisia , scrophularia
minor facta est condensatio aut mutatio .

IV. Cum hi liquores felli admitti in crastinum diem essent asservati ,
variæ mutationes in coagulatione & coloribus sunt observatae quas longum
est singillatum recensete . Id unum annotasse suis fuerit , in omnibus his
mutationibus , quidquid concrescebat , id omne fibrosum fuisse & levius : nam
liquori id omne innatabat , nec quicquam in eo solidum fuit : quod autem
non densatum est , id seriosus erat instar laceti ferri , aut aquæ à sanguine
secretae .

Pleret duas illas portiones coagulati & serosi humoris quedam pin-
guedo vasis lateribus adhaerebant .

Quas spiritus nitri , aut aqua fortis concretiones dedunt , ex solæ non
fibrota , sed in grumos & in spumam sunt divisiæ . Quæ à gallæ extracto
facta est coagulatio , ex omnium firmissima visa est , & omnis tenebris serositatis
expersa , quæ sepatatim densata speciem gelatinæ præbuit .

Alia quoque & varia in sanguine tum venoso, tum arterioso è jugulari *Phy-*
vena & arteria carotide agni mille facta sunt experimenta, quæ summatum *sicæ.*
attингere satis fuerit. Huic admista sunt diversa salium genera, nitrum, sal
communis, sal è siliquis fabarum, tartatum, atque hæc omnia nullam aut
perparvam efficerunt coagulationem colore nonnihil immutato. Salis poli-
ckersti admixtio sanguinem arteriosum non item venosum coagulavit, sed
sanguinis color idem fuit.

V I. Quidam alii sales colorem sanguinis conservarunt, ut nitrum una
cum spiritu sulphuris, sal è tamariscis extractus vividiore colore concre-
tum sanguinem donavit; sal è scapis & siliquis fabarum eductus nullam
coagulationem fecit, sed color nativus in veno sanguine vegetior quam in
arterioso visus est. Idem ferè in cruce sale evenit qui sanguinem pulchro &
rutilo colore imbutit, ut & sal attemisit: sed sal buxi rubrum colorem
sanguini dedit simul & sectorem; sal absynthii majoris nihil ferè de san-
guinis colore & consistentia mutavit. *Salvia* sal circa concretionem ruti-
lum sanguinis colorem promovit; paululum der sit ex sale pulegii factus
est; sed ex sa'e rosmarini venosus sanguis multum colore iubto ad ni-
grum vergente coaluit. Sic sal thymi venosum sanguinem minus, arterio-
sum magis coagulavit. Eadem est ratio meliloti: pars maxima salium qui
è plantis ut è bursa pastoris, seropulatia ninore, hyperico, fraxino, per-
ficulari nati, alchimilla, chamadri, apio, melissa, lactuca, cychozao,
heliotropio, juniperi sunt extracti, nullam efficere coagulationem. Sed
coagulum vitulinum aqua dilutum magnam effecit concretionem in sanguine
venoso & arterioso, nec quicquam seri reliquum fuit.

V II. Illud etiam visum est experiri an forte in aqua quæ in equi peri-
cardio repetit vasis aliquot excepta est, eadem coagulationes quæ in
lacte, aut in sanguine ex admixtione salium aut liquorum fierent. Illud in
universum compertum fuit spiritus sulphureos, aut sales Alkali, cujusmodi
est sal tartari, nullam, acidos spiritus, ut æuginis, vitrioli, nitri magnam
concretionem effecisse, spiritus mellis nullam exhibuit.

V III. Eadem perè experimenta in sero sanguinis humani facta sunt.
liquores acidi è vitriolo, nitro, tale communi extillati firmam dedere
concretionem, nulla ex oleo tartari, aut spiritu salis ammoniaci orta est;
spiritu tamen vini affuso, serum in gravius candidos coaluit, sic spiritus
mellis accessione nonnihil turbari serum & nigresecere visum est.

I X. Jam ut salium & liquorum qui in coagulatione promovenda sunt
adhibiti, dotes & differentia persp. Et habentur, omnes cum sublimato
mercurio & vitriolo Martis separatim tunc pernisti. Quid singuli præsti-
terint nihil necesse est hoc loco commemorare. Illud unum admonere fas
fuerit hoc examen magno postea usui iustile in corporum analysi explora-
nda. Primum quidem compertum est spiritum vini, acetum distillatum, sa-
lem è tamariscis extractum, salem hyperici, erucæ, juniperi nullam præ-
cipitationem creasle, nec vitrioli solutionem perturbasse, tametsi sales præ-
dicti hyperici, erucæ, &c. lacteum colorem solutioni sublimati concilia-
runt, quod liquores penè omnes tale volatili impregnati praestare solent,
hujus generis est spiritus salis ammoniaci.

ANN. 2. Liquor tartari ut sales plurimi è plantis extracti & lixiviales sublimati solutionem multum præcipitarunt, & rubro aut flavo colore, ut vitrioli solutionem exstuleo & obscuro colore infecerunt cum magna præcipitatione. In hunc censem referti possunt sales lactucatum, melissæ, meliloti, burfæ pastoris, cychoræ, scrophulariæ minoris, salviæ.

Sales mixti ex aceti & acido nullam efficiunt præcipitationem ut sal communis & ali quidam.

X. Postremo idem sales cum syrupo violitum & tincturâ ligni Brasiliensis committi varios colores præbuerunt. Acidi liquores, ut oleum vitrioli, syrumpum violaceum rubro colore imbuierunt. Sales alkali & viridem colorem & interdum smatagdinum eidem conciliarunt. Sic sal heliotropii majoris cum colore viridi imbuuit, sed tincturam è ligno Brasiliensi nonnihil obscuravit. Oleum vitrioli eandem tincturam flavo colore inbuuit, cui sal heliotropii cum adjectus fuisset, magna orta est ebullitio. ac tinctura pristinum colorem purpureum recepit, omnemque aciditatem exuit. Nullam huic tincturæ aut syrupo ex violis, colotis mutationem saltamatiscorum attulit, syrumpum duntaxat clatiorem effecit; sal lactucarum viridi colore syrumpum & infusionem ligni Brasiliensis rubro colore, sed pleniore tinxit. Uno verbo sales fixi & lixiviales exstuleum syrapi colorem in viridem; sales aut liquores acidi in tubrum commutant: ligni nephriticæ infusionem flavo & diluto magis colore donant quam sales alkali & fixi qui obscuriorum efficiunt; sales mixti nullam pene afferunt in coloribus mutationem.

C A P U T III.

De causis coagulationis.

I. **E**X iis experimentis coagulationis causæ quæsitæ sunt, quas D. Du Clos Chymicorum principiis insistens explicare ingressus est. Ac primum quidem illud admonuit in naturæ investigatione nihil fere majoris esse momenti aut latius patere quam ipsius concretionis causam. Nam quæque corpora non aliud quiddam sunt quam liquores concreti; nihil in mixtis aut perfectis aut imperfectis gignitur nisi ex aqua, adeo ut corpora solida nihil fere sint præter aquam concretam.

Concretio autem omnis vel est congelatio quam frigus efficit citra substantiæ alterationem, vel coagulatio proprie dicta. Congelatio firmitatem præbet & soliditatem, sic tamen ut congelata interdum minus sint densa, & majus spatium occupent, ut in glacie videre est: crystalli mineralium, ut nitri, salis communis vitriolati, ex quo nimirum distillatum est oleum vitrioli, aquæ innatant: contra in metallis, cera, adipè & oleolis, ubi congelatio in arctius spatium arctat corpora.

Multa quoque de congelatione tum simplici, quam frigus extetnum, tum mixta, quam partim frigus externum, partim interior siccitas procreat, disseruit. Hanc in mixtus fieri quæ humore aut calore liquefcunt, humore

quidem exsolvuntur ut sales in aqua , crystalli metallorum in aquis stygiis. *Phy-*
Metalla ex sale & sulphure composita in aquis fortibus dissolvuntur , & sica.
ignis vi funduntur. Liquores acidis spiritibus imprægnati congelationem
citius creant. Contra qui igneis spiritibus & sulphureis abundant , conge-
lationem omnem inhibent , sic aqua vini ardens , olea ipsa nisi multum
terre vel aqua habeant admistum vix congelantur ; sales sulphurei aut
fixi , aut volatiles cum ab omni terrena fece soluti sunt , nunquam sere
congelantur.

III. Atque hæc de congelationum causis , hinc ad coagulationes tran-
 sit : in iis substantiæ quandam vel in compositione , vel in natura muta-
 tionem agnoscit. In illa partes solidusculæ à liquidis secretæ una coëunt ,
 ut in lactis coagulatione. In eo genere præcipitationes corporum reponi
 possunt : spiritus salini aliorum spirituum , sed diversæ naturæ accessione in-
 terdum condensantur , ut sit in coagulatione spiritus vini cum nitti spiritu
 aut urinæ permixti : sic oleum vitrioli cum sale tartari conjunctum , aut
 spiritus nitti cum sale fixo ejusdem nitti , aut cum eo qui è plantatum
 cineribus eductus est , admixtione , uno verbo liquores pene omnes salini
 unâ cum iis corporibus quæ sale sulphureo aut alkali abundant , eminno
 concrescunt. Sic spiritus aceti distillatus cum plumbi calce , cora liis , gem-
 mis , oleum vitrioli cum ferri limatura : idque videlicet in omnibus pene
 acidis liquoribus qui una cum zinko extillantur. Quod sit aut phlegmatis
 superflui separatione , aut siccitate ipsa quæ in tertenis sulphuribus abundat :
 nam humiditas nimia hanc concretionem inhibet.

IV. Aliud deinde coagulationis genus distinguit , in qua rei ipsius
 substantia transmutatur. Hujus coagulationis vi succi minerales , plantarum
 itidem succi , chylus in animantibus firmitatem & soliditatem consequun-
 tur. Hinc succi lapidifici in cryptis & nonnullis fontibus. Sic Marchasitæ
 seu glebæ metallicæ contusæ vapores aëris circumfusi condensant & sale vi-
 triolico imprægnantur , uti suo loco diximus. Plantas ex aqua pluviali nu-
 triti & augescere , celebre illud Helmontii experimentum fere demonstrat,
 idque sit per coagulationem transmutaticæ. Quod in quibusdam piscibus
 qui ex aqua sola vivunt ut eidem placet auctori. Ex viperis quæ vasæ con-
 clusaæ per aliquot menses ex aëre nutritiuntur , confirmati potest.

V. Quod superiorius de aquæ communis in lapidem transmutatione allatum
 est experimentum , nonnihil lucis huic explicandæ coagulationi afferre
 potest. Sic aqua communis in calce viva lapidescit , vi sulphuris quod ignis
 ardore fuit exaltatum : calcem enim sale sulphureo fætam hinc colligimus ,
 quod sulphurea quæque mineralia dissolvat , & terris seculitatem afferat ,
 adeo ut ignei spiritus , qui in rebus sulphureis dominantur coagulationes illas
 transmutatrices efficiunt videantur.

Placuit interiñ ea petractare , quæ ex Physica & Mathesi mixta , utrius-
 que scientiæ principiis innituntur. Hujus generis sunt statica , quæ circa
 corporum gravitatem versantur. Illud imprimis longe omnium difficultatum
 fuit agitatum , quæ sit causa descensus gravium.

ANN.
1669.

C A P U T I V.

De rerum gravium descensu & causis illius motus.

I. Ub' i'ff'it'uo mensis Augusti anni 1669. quatuor, si quæ sit alia in Physico. Si is implicata, de causa gravitatis agitur cœpta est: suas quicunque conjecturas proposuit, quas longam esset singulatum recensere, eaque in libris ante id temporis & postea editis passim occurserunt. D. de Roberval proprium & speciecum sensum quo rem objectam discernere valeamus, nobis deesse existimbit; aleo ut non magis ea de re nobis licet quid certi decernere, quam cœcis ab ortu de lumine aut coloribus. Is tamen & sententia sua ferebatur ut vim quandam corporibus ita sit esse vellet, qua partes illas in unum eire affectent, ita ut alia sit terrestris, alia corporis lunaris gravitas, qui partes in suum quicque corpus nituntur.

II. Non longè ab ea sententia recedebat D. Frenicle qui communis hoc principio uterbitur, unicuique rei vim quandam sui conservaticem ab Auctore nature in titiam esse. Eam potro variam existere, nec uno & eodem modo agere. Non enim plantæ vitam suam eaem ratione turgent & que animali, cum utriusque non adhuc omnia quæ ad sui conservationem opus sunt, sed aliunde ea mutuentur, atque ubi defuncti, statim emoriuntur. Unde vis illi sui conservatrix in plantis & animalibus admodum arcta est & angusta. Sed terra ipsa cum augmendo agit almonia non cœbat, seipsum tuncut & conservat, cum pices inter se connexas & una conjunctas habet, ne disjecte dissipentur, idque gravitatis beneficio consequitur. Quæ non tim motus est, quamvis natus ad motum; hic tamen non otiosus est, sed continenter agit, iti ut debiliora fortioribus cedant.

III. Motum vero triplicem distinguebat, projectionis; impulsionis & attractionis. Motor in mobile vim suam exerit; projectum liberum dimittit, postquam hunc motum impressit. 2. Impulsus dicitur cum motor probole tandiu comitatur, quandiu motus durat; seu id vehat, seu id trahat, aut pellat. Atque hoc unum motionis genus bene cognitum est & perspectum. Nam in projectis motus continuati causa, cum mobile à motoe separatur, satis obscura est & recondita.

IV. Attractionis, si quæ sit, causa est obscurior, cum motor agit in mobile etiæ contactum. Eam tamen in magnete & electricis corporibus conspicuam esse sicutib; corporum gravitatem attractione fieri, tametsi causa illius non alia sit quam prima omnium causa. Attractionem vero multis experimentis comprobare nitiebatur quas satis commodè per impulsionem explicari posse omnes pene recentiores Philosophi demonstrarunt, neque in his diutius nobis immorandum.

V. Quinobrem descendens gravium impulsioni cuidam, non attractioni aut inclinationi à natura videtur, quæque in rebus inanis vix intelligi potest, tribuendum esse cœluctunt D. D. Hugens, Perrault, Buot & alii. Sed in explicanda hujus impulsus ratione non una eorum fuit sententia D.

Buot

Buot in Cartesii opinione acquiescabit, D. Hugens videbatur ad eandem sententiam accedere, si tamen ut quæ in Cartesiana hypothesi desiderantur, ^{De} expleret, & longè probabiliorem hujus rei explicationem afferret, carum experimentis illustraret. Paucis abhinc annis quid ea de re centeret, scripto publico aperuit. Nobis adeo satis fuerit quæ in Academia tum temporis paulo uberioris ab eo sunt exposita, in summam contrahere; tametsi ejus dissertatio integra Miscellaneis nuper editis inserta est.

VI. Quò gravitatis causam probabilem indagamus, illud nobis intuendum qua ratione fieri possit ut corpora ex confimili materia composita, in quibus nullam qualitatem, vel nescio quam ad mutuum accessum propensionem, sed magnitudinis tantummodo, figuræ, motus diversitatem spectamus, versus idem centrum tendant, & circumposita huic adhaerescant, atque ægrè hinc dimoveantur. Qui quidem effectus non ex partium exiguitate, aut figura corpusculorum, sed ex motu ipso proficiuntur. Illud itaque inquirendum, qualis sit hic motus, unde nisus ille in quoddam centrum oriatur,

VII. Duplex tantum motū genus in rerum natura conspicitur, recti & circularis. Motus recti leges in corporum collisione non sunt obscuræ, qua ratione is communicetur, satis notum est; ut hinc concludi possit nihil in eo motu, aut in variis ejus reflexionibus occurriere, quod materiae partes ad unum quoddam centrum determinet: ita ut ad motus circularis proprietates nobis omnino sit consurgendum, & querendum num forte in iis motibus sit vis aliqua quæ huic rei explicandæ sufficiat?


VIII. Cartesius corporum quæ in orbem moventur nisum, quo à centro recedere moluntur, ex rotatione fundat, & funis tensione hoc majore, quò celerior est rotatio, satis dilucidè ostendit. Hoc ipsum D. Hugens in mensa rotunda figuræ celeri motione circumacta paulo antea ostenderat, simul & nonnulla Theorematata hinc deduxerat.

IX. Hoc igitur posito fundamento probandum est nisum illum qui à centro corpora circumacta recedere conantur, genvinam esse causam cur alia in idem centrum nitantur. Primum enim, si corpus fluidum in vase conclusum, unde exire non possit, circa suum centrum moveatur, omnes materiae fluidæ partes à centro recedere moluntur, sed irrito conatu: nam quæ recendentibus succederent, non minus removeri à centro motū affectarent: unde in suo quæque loco manere coguntur.

X. At si huic materiae permisiæ sint partes quæ aliatum motu circulari non ferantur, aut tardius moveantur, has omnes ad centrum propelli necesse est: cum enim aut nullo, aut minori conatu quā vicinæ à centro recedant, his cedunt loco & ad centrum pelluntur. Sic in figura apposita corpus E, quod aliatum partium circulari motui minus obsequitur ad centrum D. ab aliis propelletur.

XI. Id vxiò luculento exemplo, in quo ipsius gravitatis expressa quædam velut imago appetet, omnino illustrari potest. Nam si aquam in vase cuius fundus sit planus, circumagas, simul & pulverem aliquanto graviorcm, ut buxeum in aquam injicias, tum pulveris granula in aqua fluentia, sub initium motum circularem consequentur, nec ad centrum ac-

ANN. cedent ; sed ubi fundum attigerint, & circulatis eorum motus immittuerit, tum 1669. circa centrum ea coibunt, atque in id per spiralem motum contendent, quod motioni aquæ adhuc ex parte obsequantur. Jam si globus L intra fila A B, & G



K, & aliud paulo sublimius F H ita sit interceptus, ut libertè tamen inter fila moveatur, tum motu vasis subito cessante globus ad centrum D, se recipiet. Nam intra fila A B, & G K, ex utraque parte vasis tensa sic appetatur, ut motu aquæ circulati abripi non possit, ubi sistitur vasis agitatio, globulus eriansi æqualis sit cum aqua ponderis, in medium tendet: adeo ut ex solo motu hic prodeat effectus, tametsi nulla est in pondere corporum differentia.

XII. Cartesius Epistola 32. secundi Voluminis vas A B C, plumbi pulvere, aut globulis compleat, tum ramenta ligni adjicit, quæ circumacto vase ad medium pulsum iti existimat. Verum id ipsum ex diverso pondere plumbi & ligni orietur: cum tamen gravitas ipsa ita sit explicanda, quasi eadem sit ubique materia & uniusmodi, nec ponderis diversitas ullo modo spectetur.

Alia in epistola ligni frustula in aquam conjici jubet, quæ si aquæ intant, ad centrum non confluent; si fundum petant, idem erit experimentum quod mox fuit propositum, idque ita eveniet quod motus eorum retardetur, neque ullam hujus rationis mentionem fecit Cartesius.

Consimili in natura effectu huic quem gravitas praestat invento, illud

inquirendum restat an forte quiddam in elementari globo non absimile *Degra* occurrat; an motus alicujus materiae versus centrum protrudat corpora vitate. crassiora, an alia gravitatis phænomena hinc explicari possint?

XIII. Quod si enim sola sit mundi elementaris diutina agitatio, in eisdem partibus conversio terrena corpora secum abripiet, ut in allato experientia aqua pulverem buxeum una secum vexit: nec tamen ita sit. Deinde corpora quæ communi huic motioni oblectantur, non ad centrum, sed versus axem terræ per rectas ad axem mundi perpendiculariter impellantur. Id quoque cum experientia pugnat: non igitur ex illa hypothesi distractæ vertiginis terræ, motus gravium satis aptè deducitur.

XIV. Quare ut quiddam verisimile statui possit, ponamus spatiū illud omne Sphæricum terræ circumfusum fluidā materiā ex minutissimis corpusculis conflatā, & variè in omnes partes agitata compleri. Cum hæc materia ex eo spatio exire nequeat, quod obstant circumjecta corpora, motus illius quantumvis diversi in Sphæris superficiebus circa centrum illius spatii maxima ex parte peragentur, quod materiā eo spatio conclusa in orbem faciliores sint motus circulares quam si recti essent. Hi quippe sibi mutuò adversarentur, atque ex reflexione ipsa, cum inclusa materia nullus detur exitus, motus illi recti in circulares convertentur. Hoc videre est in probatione argenti per cupellam: nam globulus plumbi cui admixtum est argentum, ignis calore circa suum centrum modo in unam, modo in aliam partem quam citissimè gyrat. Idem accidit in sebi guttula, cum flammæ accensæ candelæ admoveatur. Etsi autem motus illi circulares in diversas partes acti sibi mutuò videntur obstat, magna tamen substantiæ æthereæ mobilitas, & minutissima quibus constat corpuscula, in causa sunt, cur tam diversas agitationes ferat, & penes varias corporum collisiones, ad quamvis impreßionem excipiendam sit parata: sed tamen circulares motus circa terram cæteris omnibus sunt potiores, & vi majore donantur.

XV. Quod si igitur crassiores quedam partes alterius materiae, aut aliæ aliis implicatae obstant, quominus rapidæ illius materiae motioni obsequantur, versus centrum motus has trudi necesse est. Cujus rei eadem est ratio, quæ allati experimenti. Quocirca cujusque corporis gravitas non aliud quiddam est quam actio fluidæ materiæ circa tellutis centrum in omnes partes agitatæ, quæ à centro recedere nituntur, & minus sequentes in suum locum substituit. Cum enim ea corpora ob maiorem molem materiae in omnes partes agitate varias impressiones, & sepe sibi adversas excipiant, motus communis impressionem amittunt.

XVI. Atque isti intellectu non sunt difficultia, si infinitam prope corpusculorum, quibus materiae gravitatis effectrix constat, exiguitatem aciori animo contempleremur. Nam corpora vasis metallicis inclusa nihil de sua gravitate deperdunt: quod substantia hujus gravitatis causa corpora quæque etiam solidiora penetrat, ut & magnes in ferrum vim suam exerit, etiam per vitrum interjectum. Quin & solidissimi corporis partes intinxæ pondus augent: ea ratione moles major est: nam substantia illa fluida in omnes particulas corporis vim suam expromit, quod ob tenuitatem suam angu-

ANN. st̄issimos meatus subeat. Jam si liber huic non pateret aditus, summas
1669. dūntaxat corporum superficies premetet: unde globus vitreus intus excavatus tantum habet ponderis, quantum globus solidus. Neque ad libetrum hunc cœlestis materiae in dura quæque corpora incursum visus est attendere Cartesius, cum scripsit occursu terra materia cœlestem inhiberi, quominus in rectas lineas motum sum continuet: unde ab ea quantum potest recedit. At si terra obset huic materia cœlestis motui, corpora quæque solidiora non penetrabit, tumque plumbi vase conclusi minuerunt pondus, atque in profundioribus fodinis multum de metalli pondere decedet.

XVII. Quanta sit celeritas materiae illius fluidæ quæ descensum gravium efficit, ad calculum revocat vir clariss. & quam apè phænomena cum hypothesi & calculo coaveniant, fusiùs ediscerit; cur ad centrum terræ nitantur gravia; cur eorum gravitas interpositu aliorum corporum non minuantur, & cujusque corporis partes ad ponderis ipsius quanti atem conspirent: adeo ut juxta partium multitudinem augeatur pondus; cur in descensu motum suum accelerent ex continua materia fluidæ impressione, quæ eorum locum affectat. Quæ omnia longiorem tractionem postulant, & minimè necessariam: cum vir clariss. nuper sententiam suam eleganti dissertatione in lucem edita exposuerit.

XVIII. Multa adversus hanc sententiam opposuit D. de Roberval, quæ singillatim diluit D. Hugens; unum item & alterum proferam. Primum explicatu difficile videtur, quid in causa sit cur materia fluida certo spatio conclusa, quæque à centro motus continentem recederet, à circunjectis corporibus tandem sistatur. Quæ sunt illa corpora quæ motum materiae impediunt, aut ultra pergere eam prohibent? Crassa illa esse corpora quæ sistuntur, necesse est: & tamen tam subtilia ponuntur, ut cuncta penetrarent. Motus ille in rectas lineas reflecti deberet instar luminis. Quid demum superficies illas sphæricas determinat?

His breviter respondit D. Hugens, corpuscula in spatio sphærico mota ab aliis corpusculis extra illud spatium politis ne ulterius pergant, impediri: non aliter fore quam in stagnante aqua patvus vortex in se contortus ab aqua circumjecta ne ulterius se diffundat cohibetur.

XIX. Instabat D. de Roberval, an forte motus illi circulares materiae fluidæ in certo spatio conclusæ, circa idem centrum absolvantur? Sed hoc ipsum est quod querimus, centrum illius motus, quod ut certum sumi non debet, nec quasitum pro concessâ. Quod si diversa sint centra, nihil erit in hoc motu definitum, quæque impelluntur corpora, in diversas partes distraheantur. Quin etiam quæ partes inter se collidunt, motum circularem in rectum per tangentes commutabunt juxta reflexionum regulas.

Responsum est non queri centrum, sed cur quadam corpora versus centrum ferantur. Hoc ipso enim quod spatium sphæricum ponitur, centrum quoddam poni necesse est. Quod autem circulatis motus in rectum per lineas tangentes non mutetur, id in causa est, quod partibus in orbem motis non pateat locus quo se recipiant: nisi forte eodem tempore aliis par-

tibus desit ille à centro nisus aut tendentia , quod motu illo circulati desti- De
tuantur : tum enim iis cedunt quibus adeat ille motus ; atque in hoc ipso *gravis*.
gravitas consistit. Nec tamen necesse est ut partes omnes hujus materiae *tate*.
Fluida circulari motu donentur , satis id fuerit si major sit copia carum quæ
in orbem aguntur.

X X . Atenim crassa illa & magna corpora quæ versus centrum protruduntur , huc illuc impellantur , & superficies eorum variis situis consequentur : nam ex se nullam habent determinationem ; quæque in ea incurunt corpuscula motus circulantes in rectos per reflexionem commutabant. Imo subtilis illa materia non potest crassiore corpora permeare , quin in ea impingat , & in varias partes impellat , ut meatus variè sunt dispositi , aut superficies ad diversas mundi partes obvertuntur , aut corpuscula inter se connexa majora efficiunt corpora. In his labyrinthis materia fluida , aut fistula cogitur , aut in omnes partes per rectas lineas resilire : quod si libere pertranseat , nullus ex ea sequetur effectus.

Respondit vir clariss. rationem à se allatam cur majora corpora illuc non impellantur , cœlestis vero materia adeo subtilis eadem facilitate solidiorum corporum inter se transeat qua ipsum aëta , in eo positam esse quod directio superficietum nihil ad motus determinationem in unam potius quam in alteram partem conferat : subtilis illa materia eo fere modo gravia corpora pervadit , quo aqua fluminis inter juncos aut retia pertransit , quantumvis quædam illius partes in ea corpora incurvant. Non enim earum reflexio has potest distrahere , nec obstat quominus à multitudine pattium aquæ quæ succedunt , una abripiantur.

Hec fere de gravitate corporum à viris acutissimis sunt disputata. Quæ in hanc sententiam à D. Pertault tum scripta sunt , cum ea publici iutis facta fuerint , nihil necesse est tegerere.

X X I. Ex quibus illud efficitur corporis gravitatem positam esse in nisu materia fluidæ circa terræ centrum circumstantæ , quæque in omnes agitantur partes : quo quidem nisu à centro recedente nititur , & in locum suum ea substituere corpora , que huic motioni minus obsequuntur. Nam ubi partes crassiores , aut sibi mutuo magis implicatae occurunt , corpora versus centrum protruduntur. Neque enim ea corpora , quæ in aëre decidunt , motum sphæricum fluidæ substantiæ consequuntur , quod impulsus illius materiae in varias partes tam frequentes & celeres sint , ut sat temporis non intercedat , quo crassiora corpora motum sensibilem acquirant.

Et quidem minutæ pulveris granula , quæ visus aciem fugiunt , in aëre volantia hic illuc temere mota illius materiæ vi rapentur , si in solo fluido , quod gravitatem efficit , innatarent : sed alia sunt circumjecta spatia , quæ diversi generis materiam continent. Hujus itaque materiae partes crassiores variè agitatae & reflexæ communis fluidi nostri vertigini minus obsequentes nonnihil obstant quominus illa corpuscula ab ætherea substantia in orbem rapiantur. Nam præter aëris particulas crassiores , aliam esse quandam substantiam aëre subtiliorem , sed ætherea crassiorcm , ex iis quæ facta sunt in machina pneumatica experimentis , suspicabatur vit clariss. Exhausto quippe aëre aqua expurgata è syphone ut in aëre conti-

ANN. 1659. nenter fluit, ut de suspensione hydrargyri & aquæ nihil dicam. Substantiam illam ære subtiliorē esse hinc liquet, quod virtutum penetrat: sed longè crassior est ætherea substantia cum illius motui non omni ex parte obsequatur, alioqui gravis ea non esset. Nec tamen partes illius acervatim esse congregatas necesse est: nam in aëte haec particulae licet dispersæ suo donantur pondere.

XXII. Ex quo etiam illud concluditur, ea corpora esse graviota quæ pluribus constant partibus libetum fluidæ materiæ transitum impeditibus: nam ea sola sunt **gravia**, in quorum locum haec subtilis materia eludiari ntitur. Cum enim duo corpora, ut duo globi eburnei in plano horizontali sibi invicem occurront, mutua resistentia non ex gravitate aut nisu vertus terræ centrum oritur: cum motus ille horizontalis à centro terræ recedere non conetur: sed ex materiæ ipsius quantitate sibi aëte implexæ & resistentia omnino proficiuntur. Quod si enim aqua sit in utroque corpore ejusmodi materiæ quantitas, æqualis erit utriusque in partes oppositas reflexio, aut certe ambo corpora manebunt immota, ut dura fuerint aut mollia. Cum autem æqualis est reflexio utriusque, æquale est pondus: ergo ubi æqualis est materiæ quantitas, aqua itidem sunt pondera.

XXIII. In quo quidem, ut diximus, à vero nonnihil videtur aberrare Cartesius, cum existimat motum cœlestis illius materiæ in rectam linéam terrenæ oppositæ impediti: nam si res ita sit, eadem materia nec metalla nec vittum pervaderet, sicque plumbum vase vitro conclusum multum de suo pondere amitteret.

Idem opinatur autem, quod fere vigiles gravius est eadem aquæ mole, non amplius tamen quam quadruplam materiæ quantitatem continente: quod liquida corpora partibus constant in motu positis: unde & respectivam habent levitatem, ubi cum duris & solidis comparantur. Verum si res ita esset, pars aquæ congelata multo gravior esset, quam eadem liquidæ moles, & metalla fusa minus ponderarent, quam dura. Deinde quis fieri potest ut liquiditas corpora efficiat leviora? non enim fluiditas illa motum circularem circa terram, aut sursum versus, sed in omnes partes iis impartiatur.

XXIV. Hinc etiam causas accelerationis motuum in corporibus deducit vir clariss. juxta Galilæi principia, celeritatem numerum æquis temporibus æqualiter augeri. Cum enim corpus grave à particulis vicinis materiæ in ejus locum succedere nitentis continenter pellatur; urgentis illius materiæ vis semper æque valida est atque illa erat cum corpus quiescebat; unde & celeritas eademi ratione augetur, qua ipsa tempora. Haec adeo hypothesis nullo modo cum experientia pugnare, nec quicquam impossibile videtur continere, eaque phænomenis satis concinuit: adeo ut saltem verisimilis habenda sit, dum alia phænomena huic adversa occurrant.

XXV. Circa accelerationem gravium quædam subjecit experimenta D. Fienicle.

Medulla Sambuci in globum tornata, cuius diameter erat quartuor linearum, post 20 pedum spatiū petrigratum æquabili velocitate decidit. Sic ingluvies galli Indici ab omni pinguedine purgata & aëte impleta, post-

Quam ex alto decidens 12 pedes percurrit, velocitatem suam non augere, *De*
sed æquabili motu delabi visa est. Hujus generis experimenta sunt facientia-
gravi-
da in loco clauso & ita disposita, ut in diversis stationibus licet consi-
tate.
stere, quod transitus corporum discerni queat, Locum in eam rem selege-
rat 50 pedum altum.

Illud quoque ab eodem viro clariss. observatum corpora etiam leviora
sub descensu initium non tardius decidere, quam graviora quæque, quan-
tum ex visu & auditu licuit coniugere: non enim inter globuli medulla-
ris ejus mentionem fecimus, & plumbei ejusdem molis descensum dif-
ferentiam potuit advertere, cum ex 4 aut 5. pedum altitudine simul demit-
tebat.

XVIII. Ex quibus illud colligebat celeritatem descensus non semper ex
ponderis augmento sequi, nisi cum aëris resistentia motum corporis non
mediocriter retardat; aucta enim celeritate motus, aëri simul sui divisioni
obstinet, quæ resistentia tandem fit sensibilis, tumque quod levius est, tar-
diori motu decidit, & corpus majoris ponderis ex eadem altitudine de-
lapsum facilius vincet eam aëris resistentiam qua divisioni tam celeri obstat,
quæ unique adhuc est pene insensibilis.

Cum globum plumbeum una cum ligneo ejusdem voluminis ex ea-
dem altitudine 147 pedum demisisset, simul & eodem tempore decide-
bant, & laminam æream uno penè & eodem ictu percuriebant, idque
sæpius repetitum fuit in navi majoris Ecclesiæ Bellovacensis. Unde & in
ære duo illi globi è regione positi cernebantur, sub initium motus uno
aut altero pollice inter se distabant, sed propè terram jam utriusque distan-
tia erat 6. aut 7. digitorum. Nam globus ligneus motu aëris à plumbœo
excitato ad latus deflecebat. Hoc experimentum in aperto aëre non succe-
dit, nam plumbœus globus citius decidit; sed in loco occluso rem ita se
habere sibi persuaserat vir doctus & diligens.



S E C T I O S E P T I M A.

De Physicis experimentis quæ annis 1670. & 1671. facta sunt.

QUæ hoc biennio in Chymia & Botanica fuerunt accuratius expensa
primum prosequemur, cum ad ea quæ sunt Physicæ contemplationi
veniemus.

C A P U T P R I M U M.

De animalium & plantarum Anatomie.

I. **C**um eo imprimis spectent Academicæ exercitationes, ut in Physicis
congressibus quæ ad naturæ historiam spectant, non indiligenter

ANN. tractentur, hoc ipsum anno 1670. sic adorta est, ut in animalium anato-
1670. men, in plantarum, quæ ab aliis prætermisso faciant, descriptiones,
atque in chymicam mixtorum resolutionem curam & studium suum po-
tissimum impendent, omisis, aut in alium locum dilatis disceptationibus,
quæ curiose magis & difficiles quam utiles videntur. Nam illud judicavit
frustra suscipi rerum occultarum scientiam, nisi ad hominum usum com-
paretur. Nec tamen Physica experimenta, cum occasio tulit, tacita præ-
terire voluit.

Quate eo anno D D. Perrault, Pecquet & Gayent complura animalia
eaque non vulgaria quæ Versaliis jussu Regis Christianiss. ad Academiam
sunt asportata, diligentius expenderunt, descriptiones eorum & observa-
tiones paucis post annis typis excusæ, adeo ut supervacancum videatur de
iis nunc fusias discere.

Cum defuerunt ejusmodi animalia, vulgata magis & nota cultro sub-
iecta, & cum prioribus sunt compatata.

Complura etiam in vivis animantibus iterata sunt experimenta, variis
in vasa injectis liquoribus, quo sanguinis per cot, pulmones, arterias ex
liquorum admixtione perturbati motus animadverti possent. Injecto, v. g.
spiritu vitrioli in jugularem venam canis, eo post 4 horæ minuta ex-
tinguo, sanguis vena jugulari, cava superiori, cordis ventriculis, & vasis
pulmonum contentus omnino coagulatus, atro colore infectus & acidus
apparuit. Reliquum sanguinis vena cava inferiore conclusi sub diaphragmate
fluiditatem suam retinuit. Spiritus quoque sulphuris, salis ammoniaci, spi-
ritus vini in venas impulsi multis observationibus locum dedere, quibus
circuitus sanguinis non mediocriter fuit illustratus, atque observations circa
fluorem & condensationem liquorum superiori anno factæ hinc confirmatæ
fuerunt. Nam liquores acidi coagulationem, acres & volatiles majorem flu-
ditatem sanguini attulerunt.

II. Nec segniss circa plantatum historiam laboratum; eatum icones
delineari, novas è dissitis regionibus allatas coli, & eatum semina ter-
mandati cœptum est. Stirpium descriptiones à D. Marchant elaboratae cum
ipsis Stirpibus sunt collatae, à D. Dodart postea in ordinem digestæ, & di-
ligenter excusæ.

Eo anno sex & viginti plantæ sunt descriptæ & explicatae. De visco
quercus & ejus origine fuit disceptatum. Vism est D. Perrault eam plan-
tam non è semine foris allato, sed ex ipsa arbore nasci, atque ex intima
medulla originem suam ducere. At visci arborum originem D. Tournefort
paucis abhinc annis diligentius exposuit: qua de re suo loco dicemus.

III. Placuit etiam Stirpium historiæ & descriptioni quasdam observa-
tiones circa eatum analysim subjecere. Qua autem methodo, quave ratio-
ne ea in re procedendum esset, peculiari dissertatione D. Du Clos exposuit,
re omni ab altiori principio repetita.

Præcipuas Stirpium partes, quæque aut sincerae, aut nonnihil immu-
tatae eas constituant, spiritum esse, oleum & salem aiebat. Nam aquam
vel phlegma insipidum & terram puram omnis specificæ qualitatis, quæ
nobis sit perspecta, omnino expertia esse existimabat. Distillati liquores
sale

sale aliquo volatili & soluto fœti spiritus appellantur. Qui quidem sal *De*
saporem iis vel acrem, vel acidum, vel mixtum conciliat *Acres & subtili Anal.*
liores sales, qui ignis calore in nonnullis mixtis citius attolluntur, quicque *Plant.*
calcificant & exificant, sulphurei dici solent, quorum alii sunt in-
flammabiles, alii non item. Qui minus sunt volatiles, & aciditate quadam *qua-*
rum donantur, iidem mercuriales appellantur.

I V. Oleum vero liquor est inflammabilis, quicque cum aqua non miscetur. Sunt olea quæ aquosis liquoribus innatant, alia infra demerguntur. Sunt itidem duplicitis generis; quadam enim cum sint subtiliora, digitis non adhaerescunt, nec pinguedine sua nos inficiunt, eaque ætherea vocitantur; alia viscosa sunt & pinguia. Quæ ad imum aquæ descendunt, crassæ sunt & resinosa, atque ut plurimum densitate sua & consistentia vi quadam balsamica donantur.

V. Sal dicitur id omne quod in humido exsolvit, & in sicco crescit; sapore quadam pungente prædictus est. In plantis sal vel simplex est, vel mixtus. Qui à Chymicis essentialis nominatur, is maximè est compositus, nec quicquam aliud videtur esse præter tartarum quoddam pellucidum & crystallinum, in quo insunt spiritus & oleum phlegmati nonnihil admista. Sal minus compositus aut volatilis est, aut fixus; volatilis nonnihil terræ & olei retinet; in fixo plus inest terræ, nec desunt tamen quædam olei reliquæ, unde odorem lixiviale mutuantur: simplicissimus is est, qui ex ultima analysi spiritus, aut olei, aut alterius salis emergit.

V I. Jam vero ignis calore una & eadem opera spiritus acer non inflammabilis, acidus quoque liquor, oleum pingue, imo & balsamicum, sal itidem volatilis una cum phlegmate extrahuntur, quæ postea per alias & diversas operationes separantur. Quo id modo fieri possit nunc omittimus: nam ab ea methodo postea discellum est.

Atque ea methodo D. Bourdelin, cui laboratorii cura erat demandata, spiritus tum sulphureos, tum acidos, olea quoque & sales extraxit. Quæ ex eadem planta prodiwerunt partes, inter se collatae, tum eadem cum aliarum plantarum liquoribus sunt comparatae, ut omnium dotes, quantum fieri posset, perspectæ haberentur, simul in quibus convenienter, aut discrepant, innotesceret. Atque eo anno 42 plantatum analysis ea ratione perfecta est.

Hinc adeò solennis illa quæstio fuit agitata, utrum ignis non aliud quam diversas plantarum substantias, quæ actu inerant, disjunctas separet; an novas procreet. Aliis aliud, ut sit, videbatur. Nec facile erat eam controversiam dijudicare, de qua recentiores Philosophi & Chymici fusiis disputatione. Neque ea nostri est instituti, qui facta magis & inventa generi humano utilia persequi volumus, quam controversias in scholis venulatas dirimere.

In eo censu rerum utilium analysis aquarum mineralium videtur respondenda, de qua satis copiose supra egimus. Hoc vero anno & in sequenti amplissima ex Aquitania, Occitania, Arvernia, ex Nivernensi, & Borbonio tractu, è Sanctonibus, Pictavis, Andinis, Turonibus, ex

ANN. 1670. Normania demum & aliis ex locis ad sexaginta usque sunt accurato ex-
mini subiectæ. Leni calore sunt extillatae, sales à terra secteti; ad quod
salum genus ii revocentur, ex saporibus, & forma congelationis, seu in
crystallos concretionis, ac deinde ex eff. etis quæ certis liquoribus additi
procirent, eo quo supra diximus modo, sunt indagatum.

XII. Sic ex. gr. aqua Borbone cum sint duplices generis, alia in
oppido vulgo Bourbon l'Archambault, alia in oppido v. Bourbon Lancy,
celebres habentur: Prioræ in solutione Mercurii sublimati, & vitrioli
mattis, item in succo heliotropi, aut syrupo violatum eisdem effectus,
quos sales plantarum fixi præbuerunt; uti & aquæ *De Vicky* & alia
consimiles. Unde eas aquas sale sulphurico & nitroso imprægnari conclu-
sum fuit. Contra, posteriores aquæ, uti & thermæ petælebres Baregiæ
diætae, alia item complures sublimatum Mercurium aut vitriolum Mattis
non præcipitarunt, nec tinturam heliotropi cæruleam rubeo colore in-
fecere, uti alumen & vitriolum præstare solent; nec sales illi piunis
ardentibus almoti fulminarunt, ut salpetræ, sed instat salis communis
oleum tartari per deliquium coagulatunt. Ex quo illud licuit suspicari salēm
qui iis aquis inest, à sale communi non multum abhotrere.

C A P U T II.

De quibusdam experimentis Physicis.

I. **E**X illis experimentis Chymicis nonnullæ disceptationes natæ sunt,
eæque non inutiles. 1. Unde ex. gr. aciditas quæ in plenisque plan-
tis inest uberior, ortum suam ducat. Atque ea de re dissertationem per-
texuit D. Duclos. Cum etiam ex tenuitate & densitate pattium quæ ex
plantis & aquis mineralibus extrahuntur, præcipue eatum differentiae de-
promantur, in quo posita sit raritas aut densitas corporum, quæsum fuit:
atque hoc argumentum accurate sunt pertractatum à D. D. Perrault, Duclos,
& Mariotte, qui ea de re in tentaminibus Physicis peculiari dissertatione
sententiam suam exposuit.

II. Primum, ut fuse explicat & diserte, in aquis qualitates quædam
manifestæ spectati possunt, perspicuitas, sapor, odor, pondus, partium
tenuitas, tum quæ exhalatione facta in vase subsidunt, concretiones de-
nique lapideæ, quæ in tubis per quos defertuntur, interdum cernuntur.

Pondus aquariorum per Aræometrum commodius, quam per bilancem
haberi exp'oratum putat. Illud potro non aliud quiddam est, quam parva
ampulla vitrea elongi & angusti colli, in partes divisi, cujus inferiori
parti aliquantum hydrargyri imponitur. Hæc phiala aquæ immersa majori
facilitate immergitur quo aqua ipsa est levior, quove altius collum de-
migratur, hoc aqua minus gravitat. Verum ex illo instrumento quantum
liquor aliquis alioùn ejusdem voluminis pondere superet, dignoscit non
potre paucis abbinc mensibus in Academia ostendit D. Homberg, idque
longe accuratius ex bilance haberi posse, si phiala angustioris colli adhi-

beatur, atque in ejus ventris summo tubulus capillatis, itque parallelus *Plysi* collo erigatur: nam phiala liquore utroque plena dum per tubulum capili exhalarem, & longe breviorum collo effluat accurate bilanci appensa, quantum unus liquoi altero sit levior sicut & citra errorem sensibilem demonstrabit.

III. Partium tenuitas aut subtilitas ex variis indiciis colligitur, primum quidem cum citius incalescit, id vero duplicitis thermometrii ope cognosci potest: utriusque globis in aquam tenetem demersis, quoisque liquoris ascendant, notatur in tabula apposita; quod reliquum est & vacuum in utroque tubo, in partes aequales dividitur, ut de aquatum tenuitate certius judicari possit. Cum enim ultra ex duabus aquis, fontana & puteali facilis incalescit, placuit explorare, aequales utriusque portiones affuse sunt duobus vasis itidem aequalibus & eisdem densitatibus, que vasi alterii multo ampliori aqua calore pleno sunt aptata una cum thermometriis; tuncque apparuit aquam fontanam citius incalescere quam putealem; quod spiritus vini in thermometro priori immerso alius ascendit ad 10 v. gr. gradus, cum in aqua puteali ultra 7 gradus non extiteret. Sic aqua subtilior citius lincta abstergit, & saponem facilis solvit.

IV. Ex eo autem quod post evaporationem in fundo vasis est residuum, vix ullum iudicium fieri potest, non enim tantum illud est ut sensibilem differentiam inducat, cumque duas aquas libras ad unam unciam sint redactae, quod resolum fuit, nullam in succo heliotropii, perparvam aut nullam in sublimata solutione mutationem afferre visum est.

Quare vis aquæ penetrans & detergens, aut levitas ipsa ex pannum subtilitate, non ex admisione alienæ materiæ oritur. Hæc pene sola extraneæ substantiæ admisio, aut sulphureæ, aut bituminosæ, aut acidæ, aut cuiusvis metallicæ & peregrinæ ingratias aquas efficit. Sed ex iis que attulimus indiciis aquarum bonitas colligitur, ex thermometro imprimis, ex vi detensiva, & denum ex Aræometro.

V. Verum illud majoris momenti videtur esse quod de iis observat aquis D. Perrault, que lapides in tubis gignunt. Non enim propterea in iis aquis lapidificani & corporibus nostris infestam inesse qualitatem est existimandum, cum in aquis usu probatis & saluberrimis ejusmodi lapides sepe concrescant, ut in iis quæ Lutetiam ex vico *Rungis* dicto per aqueductus à Romanis olim extrectos, & inuenire hoc sæculo à Maria Medicæ Francicæ Regina instauratos deferuntur.

Nam ejusmodi lapides ex facta Analyti nullo sulphure inficiuntur, quod in calculis animalium plumbum est. Calcinati quoque & aqua perfusi nullam effervescentiam creant, ut calcarii lapides, qui calcinati multum de suo pondere amittunt: non item illæ concretiones, que leves & spongiosæ per calcinationem non fiunt. Unde ejusmodi lapides toto cœlo differunt à calculo qui in animantibus formatur. Nam illi è materia terrestri, cui permodica salis aut sulphuris portio accessit; calculi verò in vesica aut rebus geniti ex sulphure & sale pene toti coalescunt. Perparum in iis terræ inest, & ad ignem admoti vix ullus præbent cineres: lapides ipsi ig-

ANN. 1670. nis ardoribus adeo obſtunt, ut veriſimile non sit eos conſerue aliiquid poſ-
te ad calculi generationem, nec vi e loriſ naturalis, qui tam dura corpora lo-
mae non potest, concreſcent: Salinae & ſulphureæ mineralium ſubſtan-
tiae plerumque ſunt naturæ noſtræ moſtiores quam lapideæ & terrenæ.
Haec quippe non ſubeunt angulos M:ſenterii meatus, & ſciliū ſpécuntur,
quam ſales & ſulphura, quæ exſoluta aquas inficiunt. Multa in hanc
rem idem Auctoř ſubjicit in diſertatione in lucem edita anno 1688. Nos
ad iſtitutam de Phyſicis obſervationibus quæ factæ ſunt anno 1670. ex
occaſione acerbiſimi frigoris, quaſi ē ſemita in viam redeamus.

C A P U T III.

Alia experimenta circa vim frigoris facta recenſentur.

I. **P**RIMUM quidem experimentum à D. Hugens anno 1667. factum, à D. Buot tuit iteratum. Tubus ferreus cujus cratiſtis erat unius digiti, aqua impletus & ritè ocluſus fuit; poſt 12 horas duobus in locis ſcilius eſt. Tum verò quæſitum fuit quid cauſa ſit, cur aqua in glaciem concreta tantam vim habeat, ut duriflma que que corpora diſiunpat. An forte illud incluſo aëri, aut ſubtiliori alicui corpori tubuendum: an quod aquæ particule antea flexiles & molles p̄ tr̄ frigore rigidiores factæ majorum locum affectent?

II. Sed cur in aliis liquoribus oleofis iſdem effectus ex congelatione non oriuntur? An illud ex configuratione partium proficiſcit? Nam oleum, & alia ferè corpora oleofa ſunt compreſſibilia, non item aqua: an forte liquores aquosi captivum aëra, vel ſubtilem quandam & elati-
cam ſubtantiam includunt?

III. Quod autem modo glacies concreſcat D. D. Perrault & Ma-
niotte in tentaminibus suis pulchre explicarunt. 1. In liquoribus aquo-
ſis prima velut stamina glaciī à lateribus vatis ducuntur, que vasi te-
naciter adhaereſcent, eaque ſuperficie aque pervadunt. 2. Illud adver-
tit D. Perrault unumquodque filamentum ex uno latere alia emittere, faci-
ut plumas in avibus. 3. Liquores illi conglaſiat in ſumma superficie pau-
latim alluſgunt in tumorem: quod in vino & aqua ſale permixta non con-
tingit. Multa alia addit quæ in libro citato legi poſſunt, quæque ex eo di-
curunt principio, corpora deti tum effici, cum particule quibus conſtant,
complanatas habent ſuperficies, & in iis ſe invicem tangunt. Sic fluorin
efficiunt corpuscula rotunda, & admodum exilia que ex cuciuijectis cor-
poribus continentur eſſunt, atbera aut ſubtilis ſubtantia hunc intestinum
partium inſenſibilium motum in fluidis corporibus ex recentiorum ſen-
tientia efficit & ruerat.

1. Ubi aqua aluminosa in glaciem penitus concrevit, floſ quidam can-
didus in ſuperficie apparuit, qui non aliud erat quam alumē in tenuem
pulverem communutum: nam vivis carbonibus floſ ille impolitus inſtat alu-
minis ebullicebat, glacies opacior erat & candidior quam aqua, antequam
in gelu abiiffet.

2. Aqua post ebullitionem refrigerata non citius in glaciem conversa est, *Physi-*
quām ante ebullitionem. Est enim homogenea & uniusmodi: sed tamen *ca ex-*
durior est glacies & magis pellucida aquæ elixatæ; quod fortè limus in *perim.*
aqua dispersus præceps decidat, cùm aqua ebullit: tametsi aëreis partibus
in aqua delitescentibus, quæque vi caloris evolant, id tribui commodè
potest. Unde & specula istoria ex aqua acerrimo frigori exposita fieri pos-
sunt, postquam aqua vi caloris ab aëre intus concluso fuit expugnata. Quod
utique à Domino Mariotte factum novimus. Verum D. Perrault duicem
illam & perspicuitatem limo in aqua disperso, quique ad fundum decidit,
acceptum refecit. Unde in solutione aluminis, aut talis communis, imo in
vino & aqua cum spiritu vini permixta, soluta glacie turbidiores viden-
tur liquores, quām arte congelationem; quod partes crassiores & terrenæ faci-
lē à se invicem divellantur piæ calore; illæ adeo manent pensiles & liquo-
rem turbidum efficiunt. Sales vero in limo delitescentes non eadem faci-
litate exsolvuntur; sed limi granula caloris vi agitata tandem sibi invicem
per facieculas planas adhaerescunt, & vincunt gravitatem aquæ specifi-
cam.

IV. Eodem anno 1670. D. Perrault cum quatuor aquæ libras gelido
aëri exposuisset, intra 18 dies pene unius librae pondere est immunita. Ex
quo sequitur aquam præ nimio frigore fere tantum exhalare, quantum æsti-
vis ardoribus.

V. Illud quoque à D. Picard tum fuit observatum, lapides & metalla, ut
autum, cuprum, ferum piæ frigore contrahi, ut caloris vi distenduntur,
quod jam antea fuerat animadversum: adeo ut pene omnia corpora unius
pedis longitudine, quarta parte lineæ minuantur, sic tamen ut homogenea
quæ sunt, æquabiliter in omnes partes minuantur.

VI. Cum varii generis olea gelido aëri per 24 horas essent exposita,
quædam nec conglata, nec pondere sunt immunita, ut oleum è lino, aut
ex amygdalis dulcibus expressum; olea petreoli, nucum, therebynthinæ
parum exhalarunt: sed & conglaciata non sunt, ut olea ex amygdalis
amaris, olivis, aniso, & alia bene multa, quæ in vapores aliqua ex par-
te exhalant & induruntur.

VII. Hoc argumentum multò ubetius postea pertractavit D. de la Hire
in dissertatione pererudita, quām anno 1694 publici juris fecit. In ea qui-
dem est opinione quosdam sales motum particulatum aquæ sistere, qui
quidem in sale communi pauci delitescent, plutes in nitro, sed uberiores
sunt in sale ammoniaco. Hujus salis, quicumque sit, partes rigidæ sunt
subtile, acuta, ita ut non vitrum modò, sed & duriora quæque corpo-
ra penetrant, & cum aquæ particulis oblongis flexilibus ultro consol-
cientur: aquæ corpuscula cum his salibus implicata motu omni & flüidi-
tate privantur.

Cum hi sales aquam subeunt, illa ducunt stamina, de quibus supra di-
ximus, majorem aquæ mollem efficiunt, quod partes congelataæ rigidiore
factæ sibi mutuò ita aptari non possint, quin spatia aëre plena intercipiant:
ut plures aciculae, quæ in longum sibi mutuò incumbunt, minus loci oc-
cupant, quām si confusæ, & tumultuario posite se se mutuò intersecent.

Ann. 1670. Jam ubi sales illi primam aquæ suprinciem privatae , longius progressi paulatim aquæ massam invadunt , ac rova texunt filamenta , quæ majori quoque exigunt molem , & vim suam tum in subjectam aquam , que compressioni resistit , tum in superiorum glaciæ superficiem exerunt , atque hanc perfringunt , qua parte est debilior , quin & vas ipsum disrumpunt , si glacies superposita fortius obsistat , quam v. sis latera.

VIII. Ex his D. de la Hire complura deducit phœnomeni , quæ loco citato legi possunt. Ista enim quæ posterioribus his annis in Academia exposuit , ex occasione tantum , & strictè attingimus. Horum nonnulla mere sunt contemplationis , alia ex usu esse possunt. Illud exempli gratia ad usum vitæ humanae pertinet , fructus gelu concrescens in pristinum statum restituere : quod fieri solet in frigidam eos demicendo. Qui enim sales ab aquæ particulis intra fructum conclusis detineantur , in aquam circumfusam statum commigrant , ubi liberius huic sociati fructum ipsum crusta glaci obducunt. Quod si aqua circumjecta sit fervidior , tum crusta illa conglaciata non apparet , ac nimius particularum motus obstat , quominus glacies concrescat , sed motus ille in particulas aquæ fructu contentas effutus texturam partium dislumpit , & in quamdam pulvis speciem redigit , cùm nunc adeo iis detrahit saporem. Eodem pene modo aqua in lapides congregatos decidens in glaciem concrescit , vulgo *du verglas*. Qui enim sales habenti lapidum sunt implicati , eum facile deserunt , ut aquæ adhaercent.

Sic videmus in mbris è lapidibus partim durioribus , partim mollioribus compactis , ubi gelu solvitur , quandam velut nivem durioribus adhaerente , quod aquæ particulae in æte volitantes , atque in ea corpora incutientes salium occursu figantur , non item in spongiosis lapidibus , quos aquæ corpuscula subeunt per meatus pateniores.

Hinc etiam fit ut parte corporis vehementi fugore conglaciata & pene fiducie nix adhibita sit remedio , quod sales illi aquam figentes in carnes impeti se se expediant , ut cum nive conjungantur. Quemadmodum fit eum Thermometrum æti ante expositum vento perflat , spiritus vini in globum se recipit , quod frigidior ventus sales frigorificos intra tribum propellat ; sed globo nive obducto , statim spiritus vini ascendit ob eam quam attulimus rationem.

IX. Neque alia est ratio congelationis artificialis , de qua alibi diximus. Sic fructus à congelatione prohibemus , cum eos palea tectos hinceto madio operimus. Nam sales illi hinceto hacentes ultius non progrediuntur , quod cum partibus aquosis facilius aggregentur. Unde & glacies citius in aqua i. poli liquescit , quam cum ad ignem admovetur , quod aqua circumfusa talis illas , qui aquam congelantur , statim divellat , & ad se rapiat. Postremo hinc liquet eut lapides gelido æti expositi , præsetum si antea aqua percussi fuerint , quasi in solia diducantur , quod molliæ & spongiosa intervallū subeat aqua , quæ conglaciata , & mīx̄ exicens spatium partes lapidis divellit. Interim tamen è lapidibus ex eadem lapidicina eritis quidam congelantur , alijs illæs , quod accidere potest ex ipsa lapidum preparatione , dum malleo polinotur ut suis aptentur locis : tum enim partes malles percussione sic quassantur , ut insensibiles figuræ , per quas subit aqua ,

admittant. Quod D. de la Hite hoc experimento confirmat; durum & sa *Physi-*
tis crassum lapidem ex eorum genere quibus via sternuntur malleo repetitis, *ca ex-*
sed minutis ictibus percussum intra brevis temporis spatium *andi cerni perim.*
mus, adeo ut partes suis locis emotæ tandem digitatum pressu in pulverem
commuinuantur. Non idem in lapide molliori evenit, nam mallei ictus
partes tantummodo arctius premunt, non divellunt.

Hoc confirmari possunt ex aliis bene multis experimentis, illo impri-
nis satis usitato: cum lapides excunte Autumno in substructionibus aptati,
& recens eruti gelu faciscunt: qui vetro per extatem aëri fuerunt expo-
positi, manent illes. Quod autem minutiores aquæ particulæ, que intus
subiere, hanc habeant vim, ut lapides diffingant, hoc exemplo illustrati.
potest, cum lapis molaris & prædurus findendus est, patvis foraminibus
trium linearum latitudine, & duorum pollicum altitudine pertundi so-
lent clavis ligneis & scis magnâ vi adactis, qui aqua perfusi & intu-
mescentes saxum findunt: quod simul, & junctis viribus agant.

Multa in sequenti æstate vi speculi istorii & metallici, quod est in Re-
gia Bibliotheca, liquata sunt corpora, ac per pauca à fusione exempta, ut
terra sigillata eaque pura.



SECTIO OCTAVA.

*De his quæ acta sunt annis 1670, 1671 & 1672. quæque
ad Matheſim ſpectant.*

DE Rebus Physicis satis multa, nunc de Matheſi nonnulla quoque
dicenda ſunt. Primùm ab Astronomicis ducemus exordium, tum ad
alias Matheſeos partes veniemus.

CAPUT PRIMUM.

De rebus Astronomicis.

ANnis 1670, 71, & 72 non mediocriſ Astronomia facta est acces- *Astro-*
ſio. *nomicæ*

Cum id Academiæ certum eſſet & exploratum non aliud magis efficeret
ut obſervationes ſint accuratae, quam si refractions ſiderum iisdem in
locis, ubi fiunt obſervationes, habeantur cognitæ, de his in Observatorio
regio explorandis actum fuit. Id autem fieri posse existimavit D. Cal-
ſini ut in Observatorio Regio aliæ ſint refractions ab iis quas Bononiæ
comperit, quasve tabulis Ephemeridum Malvazia anni 1661. inseruit
eas ultra limites à Tychonicis p̄aſcriptos excurſere pro explorato ha-

ANN. buit. Non enim tantummodo ad Polum usque in his regionibus sunt sensim 1670, sibiles, sed nonnisi prope verticem desinunt: adeo ut Poli altitudines vel 1671, eo nomine sunt corrindæ, quod utique Bononiæ præstit.

& 72. Idem D. Cassini, necnon D. D. de Roberval & Frenicle alias inventiæ refraktionis vias ab iis quæ à Tychonianis sunt tritæ, proposuerunt, quæ Lutetiarum positioni convenient, neque ab altitudine Poli pendeant, ubi Observatorium, quod Regis munificentia jam extrui cœptum erat, absolutum fuisset. Intertim D. Picard quam multas singulis diebus & horis diversis altitudines Solis observavit, inito calculo an cum duobus horologijs oscillatorijs, seu pendulis ad solem aptatis & ritè cum stellis non errantibus collatis convenienterent.

III. Illud quoque quæstuum est quibus rationibus Planetarum parallaxes perspectæ haberentur: sunt enim ueris Planetarum locis inventiæ omnino necessariae. D. Cassini novam eas reperiendi rationem excoxitavit, eaque usus est, quam annis consequentibus perfecit.

III. De æquitione dierum actum itidem fuit; quæque anno superiore à D. Cassino digestæ fuerant tabuæ, examini sunt subjectæ. Is quoque scrip-to ab uno è Societate Regiæ Anglicana vulgato respondit de ratione inventiæ tum Apogæa, tum excentricitates Planetarum, necnon & medios corum motus.

Eo quidem anno cum Mars & Venus teræ essent proxima, D. Cassinius eam artipuit occasionem, distantiam utriusque Planete dimetriendi. In Marte eisdem reperit maculas quas ante aliquot annos invenerat, è quibus Martis circa suum axem verti intra 24 horas 37 aut 40 min. deprehenderat, quod recentibus observationibus confirmavit. Quas autem in Veneri deprehenderat maculas, vaporum fortasse circa Horizontem fluctua-tio in causa fuit cur eas observare non potuerit.

IX. De Jove id quod jam superiore anno à se observatum fuerat, nodos hujus Planetæ, seu sectiones illius orbitæ cum Ecliptica tribus gradibus longius esse promotos, quam Keplero & Lansbergio visum fuerat, planè exploratum habuit, idque cum observationibus Tychonis convenire comperit. Quatuor hujus Planetæ satellites & eorum periodos magno studio iterum perscutitus, vix ullam in revolutionibus primi & ultimi satel-litum per multis menses reperit inæqualitatem. Ex quo id conclusum ab eo fuit hæc sidera, illud imprimis quod Jovi est proximum, cuius celesti motus, definendis locorum longitudinibus esse aptissima. Unde & primi stellitissim Ephemerides pertexuit, que cum observationibus comparatae longè certioriem inveniendæ cujusque loci longitudinis viam sup-peditant, quam aliae hæc uenientia.

V. Mense Junio anni 1670 novam stellam prope cygni caput D. D. Cassini & Picard diligenter obseruatunt: exente Septembri penitus evanuit. Celebis quoque stella in collo Ceti certis temporibus conspicua diligentiam D. Cassini non effugit. Ex suis & aliis que publicatae sunt obser-vationibus hoc comperit, eisdem hujus stelle phasæ ex æctis prope 330 diebus re-currite, sic tamen ut motus ejus non adeo sit constans & æquabilis, quin aliquando ejus restitutio ad eandem phasam 15 & amplius diebus tardetur,

tardetur, aut prævertat. Tabulas illius motus contextuit quæ singulis quibus *Physi-*
que annis hujus seculi phæses illius maximas indicant. Complures alias in *co-Me-*
cœlo stellas deprehendit, quæ à nullo fuere Astronomo designatae; tamet *chan-*
si ex sunt magnitudinis non contemnenda contra quarundam stellarum
fecerunt mentionem, quæ nunc planè desiderantur.

C A P U T II.

De rebus Mechanicis & Geometricis.

I. **S**ummo quoque studio & cura eo vertente anno & proximè con-
sequentibus exculta est Mechanica, ex qua ubetiores fructus ad
vitæ humanæ commoda sperari possunt.

Ac primùm quidcm de centro percussione quod inter præcipua hujus
scientiæ fundamenta numeratur, D. de Roberval fusè & subtiliter dis-
seruit.

II. De vi percussione in universum sic à D. Mariotte tractatum fuit,
ut vix quicquam optari possit accuratius. Ea de re demonstrationes factas
paucis post annis publici juris fecit: ubi quæ in collisione corporum &
motuum communicatione observare licet, singillatim exposit: cui v. gr. interdum
corpora se se muuò in partes oppositas repellant, interim fissi vi-
deantur; nonnunquam in easdem ferantur partes, adeo ut unum ab alte-
ro abripiantur; sæpe unum ex iis maneat immotum, & quidquid habebat motū,
alteri impertiat. Majus persæpe corpus in minus incurrens majorem quam
habebat huic tribuit velocitatem. Uno verbo quæ ad motuum leges in colli-
su corporum spectant, quæque à D. Hugens plurimum lucis jam accep-
rant, fusè & accuratè est persecutus.

III. De vi elæstica, cuius in collisione corporum magna habetur ratio,
disputatum fuit. Variæ de ejus causis extitciunt sententiæ, quas tamen pe-
ne omnes conciliari posse satis verisimile videtur. D. Perrault elaterium
subtilis aëris cuncta permeantis ponderi & pressioni referebat acceptum. Hæc
enim pressio non aliud quiddam est præter conatum quo partium di-
visioni corpus resistit; ut vi elæstica partes quodammodo à se divulsæ col-
liguntur: sed eadem vi partes corporis separationi obstant, qua diductæ
restituuntur. Jam firmitatis causa exterior & præcipua videtur esse subtilis
aëris & incumb. ntis pondus, ut in peculiari tentamine multis probare ni-
tit argumentis.

IV. D. Mariotte elaterium ex particularum contextu, D. Du Clos ex
earum moderata rigiditate deducebat; D. Buot huius fibrarum rigori flu-
idam materiem addebat quæ corporum meatus inplet. Nec dubium ullum
est, quin causæ quædam interiores elaterii ex figura, situ, & ab incluso
fluido ducantur. Nam dura & elæstica corpora sunt sonora & percussa tre-
munt, eaque videtur habere partes flexibiles, & fibras hoc breviores, quo-
celerius se se restituunt. Eo quoque pertinet meatum ampliatio, aut coar-
ctatio. Verum hoc argumentum à plerisque Philosophis abundè discussum

ANN. fuit, atque ad Phylicam magis quam ad Mathesim videtur pertinere: tametsi
1671. Mechanica utriusque est scientia.

& 72. V. Dum hæc & alia quamplurima agitantur, qua ratione in plerisque locis agri Bononiensis & Muñenensis incolæ fontes salientes è puteis profundioribus educerent, D. Cassinus exposuit. Altius nimis effodiunt terram duarum solum subjectum vi aquæ subitus scaturientis inumescere videatur. Tum pælonga terebra terram perforant, & dato exitu aqua magna vi erumpit, quæ non puteum modo implet, sed exundans perenni fluxu agrum circumjectum irrigat, aut aptatis tubis sursum effertur. Atque illud satis est probabile eas aquarum scaturigines ex Apennino monte, qui decem fere milliaribus hinc distat, per subterraneos meatus delabi. Nam consimili pene artificio in Austria inferiore quæ Stiix montibus cingitur, incolæ uti soleant ut putcos aqua impleant.

D. Niquet machinatum quæ magis sunt usitatæ in plerisque artibus typos conficiendos curavit, qui in Observatorio Regio asservantur. Quam in rem D. Couplet operam suam & industriam contulit. Variæ etiam machinæ ad Academiam jussu D. Colbert asportatae, discussæ fuerunt. Inter alias pontis portatilis fuit designata machina qua portus expurgari possunt. Sed D. Niquet aliam huic magis idoneam & expeditam proponuit: mittit alias, ut segetibus perfecandis, aut triturandis propositas.

II. Ante id temporis, anno 1669, suscepimus & quantum humana potuit industria perfectum fuit opus Academia dignum de terræ dimensione.

Cum hoc problema Geographia ipsi & navigationi sit pertinile, non à veteribus modo, sed etiam à recentioribus Geometris multum laboris exhaustum est, ut liqueret quantum pateat unus orbis terræ gradus. Ptolemaeus cum 66 milliaria & $\frac{1}{3}$ continet; Arabes teste Abulfeda in prolegomenis, cum in planitiem Saniar jussu sui principis convenient, & sub eodem meridiano quidam Austrum versus, alii in Septentrionem spatio unius gradus processissent, gradum unum 56 milliaria patere compererunt: ita ut 10 milliaribus à Ptolemaeo dissiderent. A Ptolemaeo quidem spatiū unius gradus 500 stadiis fuit definitum, quod Arabes ad 66 milliaria reverantur: adeo ut unumquodque milliare 7 stadia $\frac{1}{3}$ complectatur. Sed quibus usus fuerit stadiis Ptolemaeus, Græcis an Alexandrinis, quæve sic accurata pedis Romani mensura, valde incertum est.

III. Quare omittamus vetetum hac de re sententias, quæ nimium inter se distant, adeo ut ab Aristotele ad Arabes usque unius gradus spatium semper decrebat. Nam Aristotelis temporibus 1111 stadia, Erastotenis 700, Posidoni 666 Ptolemaei 500 stadia complectitur. Inter Recentiores superiori saeculo estimatione quadam à Fernelio conclusum fuit 68096 passus Geometricos seu 56746 hexapedas & 4 pedes Parisienses uno gradu contineti.

Snellius in Etastothenè Batavo l. 2. c. 9. certiorem & magis geometricali init viam, qua gradum unius continent 2800 perticas Rhencenses, seu 55021 hexapedas Parisienses judicavit.

Ricciolus alia methodo ad 62900 hexapedas eum promovit.

IV. Ac demum D. Picard annis 1669 & 1670 ex multis iisque accu-

ratissimis & sapienter repetitis observationibus comperit gradum unum maximus *Terre*
mi circuli in terra delineati esse 57060 hexap. Parisiens. adeo ut Fernelius *merfus.*
rudi & plane mechanica usus methodo proprius ad rem ipsam accessibile r.
videatur.

V. Quam iniicit viam peculiari tractatu D. Picard exposuit: longum
esset eam singillatim refert. Selecta sunt duo loca sub eodem meridiano
sit 32 leucis inter se distata, nomen uni *Sourdonium* in Picardia, alteri
Malvoisine in Vastinensi agro v. le *Gatinois*. Hæc triangulorum beneficio
via regia & strata inter duos vicos agri Parisensis notissimos qui *Villejuvre*
& *Juvifly* vocitantur, interjecta connecti facile posse compertum erat. Via
est plana & recta, prælongis satillis & funiculis dimensa 5662 hexaped.
& 5 pedum cundo, tum 5663 redeundo inventa. Quod erat paululum
discriminis, in duas paries divisum. In quo sane plus commodi quam in
Snelli & Riccioli dimensionibus occurrit. Ille enim basim 630, hic 1064
hexaped. tantummodo constituit. Quin & sub finem operis ad aliam ba-
sim 3902 hexaped. quidquid factum & repertum fuerat iterum exegit
D. Picard. His observationibus tum in Vastinensi agro factis interfuit D. Cas-
sinus qui recens ex Italia advenerat, à Rege Christianissimo per litteras
D. Colbert, ut dictum ante fuit, evocatus.

V I. Quadrante circuli usus est in scrupulos, seu minuta per lineas
transversas exquisite divisio. Huic aptati erant duo tubi optici, quorum
unus erat immotus, alter mobilis; utriusque hujus telescopi beneficio
anguli positionum multo accuratius sumptu quam per pinnulas.

Quo autem tubis in rem objectam exquisite & citra errorem dirigere-
tur, duo fila serica in foco utriusque sic decussatim sunt aptata, ut ea quasi
rei objectæ adhærescerent: ita ut eo loci pictura distincta, sed inversa ad
oculos perveniret & objecti immediati locum teneret. Cum enim radii ab
eodem objecti puncto excentes in eodem foci puncto uniantur, hinc fit
ut apertura vitri objectivi nihil obstat quominus res objecta tam distinctè
videatur, ac si pinnula esset foraminulum pene indivisum, per quod radius
unicus transiret.

V II. Sic libellæ v. *Nivean* ope, cuius descriptio & usus in calce hujus
opusculi describitur, tubus opticus eodem aptatur modo & citra ullum
errorem sensibilem libratur spatium inter duo loca interjectum, cum ultra
100 hexaped. non patet. Nam usitata librandi ratio correctioni est obnoxia
quaæ ex semidiametri terræ cognitione pendet. Siquidem ut justa sit exæ-
quatio duorum locorum, eadem sit distantia à centro terra necesse est: &
tamen ea queri solet in recta linea quaæ terram contingit, quaæque hoc
magis à centro removetur, quo longius producitur, adeo ut vera libella sit
infra apparentem. Ubi spatium ad libellam exigitur & non ultra 100 hexaped.
distantur, differentia utriusque extremiti est tantum unius linea & $\frac{1}{3}$, sed
crescit apparentis libellæ altitudo fere ut quadrata distantiarum, aut quadrata
numerorum 1, 2, 3, 4 &c. Sic in spacio 200 hexaped. altior est 5 lineis,
& ita deinceps.

V III. Tabellam confecit usque ad 4000 hexapedarum spatium, ubi
altitudo apparentis libellæ veram superat 14 pedibus & octo digitis.

ANX. Quod si libella in medio spati*i* colloctetur , & ad eam utrumque spati*i* ex-
1670. tium exigitur , tum nulla opus erit correctione : nam æquales utrimque
& 71. erunt altitudines : sed facilius est ex nota terra semidiametro altitudinem
libellæ apparentis corrigeret.

Libelle structuram & usum accurate describit , ac similis pene est cho-
robati Vitruvii l. 8. descripti , adeo ut litteram T uteumque referat. Illius
fabricam & usum D. de la Hire dilucide exposuit in libro quem ea de re
edit in lucem.

I X. Hujus instrumenti beneficio magna terra spatio librari possunt :
sed obstant persæpe refractiones quæ res objectas ultra quam pars sit , attollunt.
Quod utique in magnis locorum intervallis evenit , cum radii luminis in-
terjectum ætra vaporibus refertur & inæqualis consistentia offendunt , ac
sensim ita incurvantur , ut cum ad nos pervenire , oculus quasi per rectam
lineam , quæ radius curvum tangit , in objectum dirigatur , illudque altius
quam revera sit apparet. Quod utique dilucide explicat D. Picard in eo
opusculo quod anno 1671 publici juris factum est.

Hoc vertente biennio complures libri prodierunt ex Academia , ille
in primis , de quo ante diximus de percussione , & collisione corporum à
D. Matiotte elaboratus.

Sub idem tempus prodiit quoque in lucem præclarum Christiani Hu-
genii Zulichemii opus de horologio oscillatorio , sive de motu pendulorum
ad horologia aptato , geometricæ demonstrationes.

Hoc operis partim quidem mechanicum , sed præcipua sui parte geom-
etricum Regi Christianissimo inscripsit. In Epistola nuncupatoria testatur id
Galliaæ diceret , quod Geometria pene sepulta hoc saeculo quasi renata , resti-
tutaque fuit ; etiam scientiam præ ceteris à se excultam , sed ea potissimum
mum investiganda sibi proposuisse quæ vel ad vitæ commoda , vel ad na-
turæ cognitionem reperta plurimum pròdissent , utrumque non alijs felici-
cius quam in hoc horologii invento , se consecutum

Quæ sit hujus horologii utilitas , & quantum æquabili horatum de-
monstratione ceteris hujus generis machinis antecellat , simul & ejus præ-
cipuos usus cum in rerum coelestium observationibus , tum in locorum
longitudinibus inter navigandum dimicendiis , potissimum Regem omni-
um optime nosse , cuius iussu per mare sapientia sunt ejusmodi ho-
rologi ; atque eadem Astronomiæ usibus dicata conspiciuntur in *præclara*
illa Urania areæ quam insigni nuper magnificentia , quantaque ante hac
Regum nemo , exædificandam curavit.


X. In prælatione operis sui rationem paucis verbis aperit. Annū cum
esse ait sextum decimum , ex quo fabricam horologiorum tum recens à se
inventorum edito libello publicam fecit. Quæ post illud tempus elabora-
vit , ad perfectionem hujus inventi sic pertinent , ut potissima ejus pars ,
ac velut fundamentum totius hujus mechanices haberi possint , quæ hoc in
libro exponuntur. Mensura enim , inquit , temporis certa atque æqualis
pendulo simplici non inerat , cum latiores excursus angustioribus tardiores
obseruentur. Sed Geometria duce diversam ab ea , ignoramus ante pen-
duli suspensionem repertam , animadversa linea cuiusdam curvatura , quæ

ACADEMIAE HISTORIA. LIZ. I. 101
ad optatam æquabilitatem illi conciliandam mirabili plane ratione est *De*
compatata. Quam ubi horologis adhibuit, tam constans certusque eorum *Geo-*
motus evasit, ut post crebra experimenta terra marique facta manifestum *metri*.
jam sit Astronomia studiis & Arti Nauticae plurimum in iis esse praesidit. *cis.*

Tum cam lineam à Geometris nostri avi Cycloidem appellatam dicit,
quam defixus in circumferentia currentis rotæ clavis continua circumvolu-
tione in æte designat. Mox singula quæ hic liber complectitur, exponit;
ac tandem iis occurrit qui hujus inventi honorem aut sibi, aut amicis suis
post septennium, ex quo hujus automatis descriptionem typis vulgaverat,
sibi vendicarunt: cum antea nemo vel dictis vel scriptis hujus mentionem
ficerit. Quod enim hoc inventum Galilæo vel ejus filio tribuit hujus ho-
rologii inventionem quidam vir eruditus, mirum illud videri posse, tamen
adeo utilem tot annis ignorantiam fuisse: nisi forte tam præclarum inventum
de industria occultatum fuisse velint. Vetus id probatum oportuit, non
gratis assertum; atque id ipsum quivis alius eodem jure hujus inventionis
gloriam sibi vendicabit. Quod si id tentatum fuit à Galilæo, non per-
fectum, nihil de laude sibi debita detrahitum iu, cum rem candem, sed
feliciore eventu investigaverit, & ad exitum perduxerit.

Anno 1670 redux ex Anglia tractatum edidi de corporum affectioni-
bus tum manifestis, tum occultis. Hunc exceperunt duo alii Tractatus unus
de mente humana & illius functionibus, alter de corpore animato. Hos
promotæ per experimenta Philosophiae specimina inscripsi.

Ac de libris tum editis hactenus. Prætereo enim elegantem Vitruvii
translationem notis & figuris illustratam à D. Perrault his fere temporibus
publici juris factam.



SECTIO NONA.

*De Rebus Astronomicis quæ annis 1671 & 72. discussæ
fuerunt.*

HAECENUS præcipuas Academiæ exercitationes prioribus fere suæ origi-
nis annis peractas paulo uberioris exposuimus. Nunc pressiori stylo
quæ actæ sunt annis consequentibus decurremus, ne hoc opus prolixius sit
quam volumus. Ab Astronomicis observationibus duccimus exordium.

CAPUT PRIMUM.

De Regio Observatorio.

I. IN cam præcipue curam & cogitationem incubuit Mathematicorum
caetus, ut Astronomia quantum fieri posset, promoveretur. Eam
M. iiij

ANN. fuisse Regis Christianissimi nientem ut nobilis hæc scientia , quæ abditis
 1671. quidem in rebus versatur , sed publicis commodis , Navigationi imptimis
 & 72 Geographiæ , imo & Religionis Christianæ propagationi tam utilis ju-
 dicatur , sc̄ imperante , magna caperet incrementa , ac longius quam un-
 quam antea proviceretur. Quod ut perficeret , viros non solùm è Gallia
 in iis disciplinis exercitatisimos selegerat , sed etiam ex nationibus exte-
 ris ingenio & eruditione præstantissimos acciverat.

I I. Cum autem Astronomia ad illud fastigium , in quo nunc cernitur ,
 per crebras & accuratas observationes pervenerit , neque ex , ut par est ,
 fieri possint , nisi in loco sideribus observandis idoneo , in quo præsto sint
 instrumenta exquisitè elaborata : Rex Invictissimus jam ante aliquot annos
 locum huic rei aptissimum in D. Jacobi suburbio designaverat , qui edi-
 tor cum sit , sumis & vaporibus minus obductus , præfatum ad Meridio-
 nalem plagam ubi frequentiores sunt Planetatum observationes , atque ex
 eo liber & in omnes partes prospexitus patet.

I II. Aedificium jam ante aliquot annos cœptum , & magnifico opere
 stratum habitari cœpit à D. Cassino Mense Septembri anni 1671. Tum
 verò Astronomicis oblerationibus operam dedit , atque Observatorium
 omni genere instrumentorum instructum fuit. Telescopia variæ longitudinis
 foris & intus disposita , ex quibus nonnulla ad 60 usque pedes & am-
 plius producentur.

Nec necesse est singulatum hujus Vrancoscopii partium inter se & cum
 aedificio symmetriam aut proportionem describere. Hæc enim figuris me-
 liorū & clariorū quam verbis exponuntur.

I V. Formam hujus præclari operis D. Perrault in Vitruvii Gallica trans-
 latione L. 1. c. 2 exhibuit , & quatuor figuris eam expedit.

V. Hoc aedificium ad 80 pedum altitudinem se tollit , ac tantumdem in-
 fra deprimuntur fundamenta , quod suburbium sere totum & circumjectus
 ager sit altè excavatus : ex iis enim antris lapides sc̄tiles quotidie excidunt
 civitatis aedificiis aut construendis , aut instaurandis. Unde in specum
 subterraneam descensus Observatorii altitudinem aquat : ex imo hujus spe-
 cūs ad summum usque pinnaculum amplum patet foramen certis usibus des-
 tinatum : structura totius aedificii ex quadratis complanatis lapidibus sic
 constat , ut cemento his devinciendis opus non fuerit.

C A P U T II.

De Observationibus in Dania & Lutetiae factis.

I. **Q**uod ante proposuerat D. Picard , iter in Daniam anno 1671. in-
 gressus est , cum instrumentorum quæ necessaria visa sunt apparatu.
 Quæ ab eo in hac longinqua , sed non multum diuturna peregrinatione
 sunt acta , jam diu typis mandata , eo ipso tempore quo hæc scribemus ,
 sunt publicata.

Anno 1671. mense Julio Lutetia profectus Amstelodamum venit , ubi

cum D. Blaeu de terræ dimensione ab utroque facta collocutus circa unius *Observationis* gradus proximi teriaz circuli mensuram ita inter se convenisse latitudinem accepit, ut discrimen ultra 60 pedes non excurseret. Id quoque commodè accidit, ut cum è portu solvisset, & vento Boreali repente exorto prope parvam Insulam die 13. Augusti per diem integrum hæc etiam coactus esset, Telescopio Solem per tenues inbecculas fulgentem, & in medio disci nigram maculam conspicerit. Ubi Hafniam pervenit, litteras à D. Cassino accepit, quibus certior factus est eandem maculam à se visam à die 11. eiusdem mensis Augusti, cuius situm in Solis disco, & velocitatem per plures observationes cum determinasset, non dubitavit Astronomos scriptio statim edito admonere, ut se se ad ejus exitum à Solis disco observandum compararent intra sex, septemve dies; ejusque redditum post peragiatum alterum Solis hemisphæriū ad 3 Septembres: quod eventus ipse comprobavit: nam eadem die in Orientali Solis margine integra visa est.

Ex primis autem observationibus collegarat diurnum motum Maculae circa Solis axem graduum 13, & tempus periodicae restitutionis ad Solis centrum apparet dicatum 27 cum semissimo. Cum autem in redditu ad Solis centrum talis visa sit revolutio qualis ex precedente apparitione fuerat deducita, placuit D. Colbert observatione propria rem ipsam experti: quod ab eo factum non sine voluptate fuit.

II. Sub idem tempus insignem observationem habuit D. Cassini circa Saturnum: cum enim ex hypothesibus D. Hugens Saturnus rotundus, & sine ansis apparere debuisset à mense Julio ad sequentem usque annum, jam ansas depositissime visus est circa finem Maii ad undecimum usque mensis Augusti eiusdem anni: sed triduo post illum observavit cum ansis tenuibus, quibus iunctus per anni reliquum perseveravit, ut in figura & scriptio edito tum demonstravit. Hanc D. Hugenius censuit esse interruptionem rotundæ phasis, qua ejus hypothesis posset exactius contexi, quam fieri potuerit ante has observationes, rotundam phasim redditam mense Decembri proximo, ac duraturam usque ad occultationem Saturni præ Solis radiis; & state vero anni insequentis reddituras ansas eadem forma quam tunc præferebat. Haec comprobavit eventus: Saturnus namque qui ad finem menses Novembres à D. Cassini cum ansis est observans, die 16. Decembris denuo rotundus appauuit.

Observationum quæ à D. Picard, Eustachio Bartholino eximio Mathematico & Medico, necnon à D. Roëmer factæ sunt, ea fete est summa.

III. Primum Hafnia situm cum Vraniburgi positione diligentius expedit D. Picard. Utriusque Meridiani differentiam accensis ignibus cepit, quam potuit accuratissimè. Primi satellitis Jovis eclipses quantum per tempus licuit, ab eo sive diligenter observatae, quæ iisdem temporibus cum observationibus D. Cassini collatae Meridianorum Hafniæ, Vraniburgi & Lutetiarum differentias præbuerunt.

IV. Atque hoc commodi inde futurum est, quod tabulæ Astronomicæ ad Tychonianas observationes elaboratae Parisiensi Meridianu aptari facile poterint, cum recentiores Astronomi tabulas suas ad Meridianum Vraniburgi pertexant, quod Tychonianæ observationes longè sint accuratiiores

ANN. & multò numerosiores quàm aliæ omnes Astronomorum qui ante Tycho-
1672, nem exsisterunt.

& 73. V. Quo autem Tychonianis observationibus, ut cettis & indubitatis uti
liceret, id quoque necessarium fuit, ut altitudo Poli & differentiæ Meridia-
notum accurate expenderentur. Utrumque à D. Picard confessum. Poli al-
titudo non amplius quàm uno minuto ab ea quam Tycho observaverat,
differe visa est. Sed Meridianorum differentia longè major inventa, quàm
à Tychone fuit definita. Linea quoque meridiana ab eo delineata plus quàm
20 minutis à vera aberrabat.

VI. Complures aliæ ab illo factæ sunt observationes, quas strictim at-
tingere satis fuerit, cum ex sint jam vulgatae. Quartundam stellarum, quæ
magis sunt spectabiles, meridianas altitudines cum iis quæ à Tychone sunt
descriptæ, contulit. Ex quibus stellarum motus intra 100 fere annorum spa-
tium confessus definiti potest.

Consimili ratione Meridianæ Solis altitudines quamplurimæ cum Tycho-
nianis comparatae, ad medium Solis motum, & annum solarem dimetien-
dum multis conferre possunt.

VII. Lunæ & Veneris crebræ oðbservationes cum iis ipsis quas iisdem
temporibus D. Cassini fecit collatae de Parallaxi utriusque hujus Planetæ
certius judicium dabunt.

VIII. Magnetis declinationem non eandem esse Hafniæ & Vraniburgi
competit: adeo ut differentia utriusque esset unius gradus.

IX. Quæ sit in ea regione penduli longitudo, ut intra minuti secundi
spatium unam efficiat vibrationem, diligentiter expendit: eandem esse Lute-
tia & Hafniæ, ac motus pendulorum & quæ celeres comprobavit.: adeo ut
utrobique pendulum tres pedes & octo lineas longum esse oporteat.

X. Cometem qui mense Aprili anno 1672. apparuit, sapientius observavit,
& iisdem interdum temporibus quæ D. Cassini seleggerat.

XI. Postremo Autographa oðbservationum Tylchonis, quæ in Germania
ante aliquot annos excusat sunt, in Galliam asportavit; multa invenit ab iis quæ
editæ sunt dissidentia; ac liber integer iis deest, quæ Typis mandatae sunt.

Usus est in oðbservando opera D. Roëmer, qui adhuc juvenis, sed pera-
ctris ingenii, & earum disciplinatum perstudiosus unâ cum D. Picard venit in
Galliam, & in Academiam adlectus fuit, de quo identidem verba faciemus.

XII. Interim D. Cassini iis observationibus faciendis vacabat, de qui-
bus cum D. Picard convenerat. Eclipses imprimitis Jovis satellitum, ut
longitudinem differentiæ inter Vraniburgum, Parisios, & Insulam v. la
Cayenne dictam, quod jam profectus fuerat D. Richer, perspectæ haberentur.
Altitudines itidem Solis meridianas & stellarum oðbservabat, ut differen-
tiæ latitudinum notæ fierent. His enim constitutis Astronomiæ & Geogra-
phiæ quædam fundamenta majore quàm haðenus fide substernuntur.

XIII. Cum D. Picard è Dania redisset, res domesticæ eum in Pa-
triā, Flexiam nempe, evocarunt. Cum instrumentorum apparatu profec-
tus Juliodunum, vulgo Loudun, se contulit, ut ipse met exploraret an
D. Bullialdus uno pene gradu in oðbservanda Poli altitudine aberraasset, uti
vixit Rucciolo. Itaque mense Septemb. Lyx lucidam 51 sec. 2 min. 50 gr.
duni,

Loduni, cum in Observatorio sit 49, 13, 40 supra horizontem clata, in Observatorio, ac differentia est 1, 49, 10; ex stellæ Polaris altitudine 51, 18, 40 ratio in Observatorio, & Loduni 49, 29, 20 differentiam 1, 49, 15, repeuit, nes Data Cum autem Poli altitudo in Regio Observatorio à refractionibus expurgata sit 48, 50, 10 elevatio Poli Loduni est 47, 0, 55. uti conjectat Ricciolus. Fieri potest ut Bullialdus altitudinem Solis in solsticio australi anni 1625, 65 gr. & 29 m. loco 66, 29 scripserit, quod unius gradus errorum induxit. Id sane est miraculo virum eximium, qui adhuc in vivis erat, cum hæc scriberemus, sed paucis abbinc annis diem suum obiit, jam tum temporis inter præcipios fixæ aetatis Astronomos floruisse.

XII. Die 29. Sept. in oppido Provinciæ Andegavensis Bellaforti nomine, Martem in meridiano una cum stellula è tribus qua à Bayero littera P designantur, in Aquario observavit D. Picard, diameter illius 25 sec. visa est, mense ab oppositione exacto, in qua 30 sec. apparuerat. Ex hac, observatione cum alia, qua eodem tempore à D. Richer facta est Cayennæ colligit D. Picard fere insensibilem fuisse Martis parallaxim, tametsi longe tum is esset teret propior, quam Sol ipse. Atque ut ipse in editis observationibus annotat, si quam haberet valde sensibilem parallaxim, eam tum prodidisset. Atque his D. Cassini assentitur, qui eam paulo minorem esse diametro apparenti hujus planetæ ex suis observationibus compererat.

XIII. Circa idem tempus D. Cassini de profectione sua in Provinciam, & extremas Galliæ oras cogitabat, quæ cum sua vocabant negotia. Sed antequam proficisceretur, cum Mars eo loco esset, ubi ejus parallaxis, si quæ esset sensibilis, facilius deprehendi poterat, observationes plurimas fecit unâ cum D. Roëmer, de quibus convenerat inter eum & D. Richer, qui tum degebat Cayennæ. Jam ex innumeris observationibus illi compertum etat Martem & alios Planetas 17 aut 18 vicibus à terra longius distare, quam superioris aetatis scriptores statuerint. Sed huic occasione deesse noluit, simul ut quasdam observationes ad Geographiam spectantes in ipso itinere perficeret D. Du Vivier qui in Galliæ charta delineanda juxta Academix præscriptum erat occupatus, unâ secum duxit.

XIV. Martis Parallaxim ex meridianis altitudinibus Martis & fixæ ipsi proximæ investigavit D. Cassini, quas in elementis Astronomicis comparat cum iis quæ à D. Richer Cayennæ eodem tempore sunt factæ. Ex observationibus dierum 4 & 5. Septembris utrolque habitis inter parallellos horum locorum parallaxim deducit secundorum 12, ex observationibus dieorum 8 & 9 Septembris secundorum 13, ex iis quæ 23 & 24 Septembris habitæ sunt sec. 17, & ex hac parallaxi supposita secundorum 15 parallaxim horizontalem in ea distantia à terra inito calculo colligit secundorum 25.

Cum hujusmodi observationes iter faciens continuaret, die prima Octobris vespere in oppido Chaiitatis ad Ligetim observavit altitudinem meridianam Martis eo ipso tempore quo ab ejus disco occultabatur fixa in aqua Aquatii sita, quam hora 2, 45 matutina ejus diei videbat Briatii distantem adhuc à Marte minutis sex, adeo lumine immitatam, ut oculis aut Tele-

ANN. copio minore pedibus 3 distingui non posset. Hanc conjunctionem obser-
1672, vata pariter à D. Picard Brione, à D. Roëmer Parisis accurate expen-
& 73, dit in observationibus editis, quas comparat cum observatione Cayennen-
si Martis eodem die habita à D. Richel; ex hac comparatione nullam sensi-
bilem colligit ejus Planetæ parallaxim ex his duabus locis, sed sensi-
bilem eam deducit ex differentia transitus hujus stellæ & Martis interval-
lo horarum 7 cum semidie observate à D. Picard & cum variatione ejus
diurna comparata, in Elementis Astronomicis parallaxim infert satis sensi-
bilem.

Imbecillitas autem luminis hujus stellæ matutino tempore à se observata,
quamque post ejus conjunctionem cum Marte observavit D. Roëmer
Parisis, ubi caelo sereno fruebatur, haud levem suspicionem injectit Atmos-
pheræ cuiusdam Martem ipsum latè ambientis. Nec enim stella ipsa ulla
ratione distingui potuit magno Telescopio, antequam à Marte duabus ter-
ris ejus diametri recessisset, licet stellæ ejusdem magnitudinis in ipso Lu-
næ contactu clare perspiciantur. Quin etiam ejusdem stellæ distantia à cir-
cumstantibus sensibiliter variare vila est, ut ex comparatione observationum
in iisdem elementis facta ostenditur.

XV. Poli altitudinem in plerisque locis, per qua iter fecit D. Cassini
ni exploravit.

Cum ad Montem B. Marie, vulgo *Noire-Dame de la Garde*, perve-
nisset, ope quadrantis circuli varias horizontis maris, è diversa altitu-
dine montis visi, depressiones observavit, ac differentias quæ inter appa-
rentes, & eas quæ ex inito calculo esse debuerunt, quæque ex refractionib-
us oriuntur, accurate annotavit: ut videre est in collectione obser-
vationum Astronomicæ, quæ nuper sunt Typis Regiis editæ.

XVI. Eodem in loco quædam circa hydrargyri in Barometro suspensi-
onem experimenta fecit: ad pedem montis hydrargyrus 27 pollicum ascen-
derat, cum Barometrum in montem translaatum esset, ad 1070 pedum alti-
tudinem, descendit hydrargyri 16 lineas 4 $\frac{1}{3}$: adeo ut unicuique linea
65 pedes respondeant, ut scilicet in Observatorio Lapius fuit probatum. Quod si decessus hydrargyri pro ratione altitudinis augeretur, 28 pollices suspen-
si hydrargyri in radice montis ad nihil redigentur in altitudine 3668
hexapedarum. At si aer rarer est, quo sublimior, in parte superiori ma-
jore opus est altitudine ut hydrargyri unus linea spatum decurrat, quam
in parte inferiori; atque adeo aeris altitudo longè major situra est, quam
3668 hexapedatum.

XVII. Quæ ante aliquot annos ab eo deprehensa fuerat spectabilis in Jo-
ve micula, quæque jupiteridem evanescat, iterum sui copiam fecit. Ex crea-
bris observationibus, quod ante iam statuerat D. Cassini, id iterum com-
probavit, Jovem nimitem circa suum centrum spatio 9 horarum & 56
scrupulorum revolvi.

Hanc mense Januario maculam reducim vidit, canque paucis post die-
bus D. D. Buot & Matiotte exhibuit, ejus Periodos admodum æquabiles
& longitudinibus locorum indagindis satis accommodatas putat.

XVIII. Cum autem nibil magis Astronomicas observationes conturbet quam

refractiones, has intentiori animo in Regio Observatio examinandas exi *Astro-*
stivavit D. Cassini. Ac primum illud advertit non satis diligenter ab Astro nomi-
nomis esse perpensa quæ his definitis erant necessaria: quod ex diversis ca.
observationibus quæ variis in locis supra maris planitatem varie sublatis factæ
fuerant, nullo discernimine ipsas quasi ubique locorum eadem essent, refra-
ctiones deduxerint: Tycho inter alios tabulas refractionum partim ex ob-
servationibus factis Vraniburgi maris littoris finitimi, partim ex iis quæ in
excuso quodam Bohemæ castello habitæ sunt, procul à mari distito per-
texuit: cum tamen sius locorum diverse altitudinis à mari refractiones
plurimum inter se dissidentes inducant, adeo ut aliquot hexapedatum discri-
men in altitudine loci observationis sensibilem affrat differentiam in mi-
noribus Solis & Stellarum altitudinibus. Quare ad refractionum tabulam
penes diversas altitudes Observatoris ritè faciendam, Observatorii Re-
gii supra maris planitatem elevationem explorandam proposuit D. Cassini.
Qui etiam hanc suscepit Provinciam, ut tabulam constitueret, qua di-
versitas refractionum ad statas à mari superficie elevationes ex observatio-
nibus in uno loco factis determinaret, quantum fert aëris refringentis in
diversis locis consistentia.

C A P U T III.

De Observationibus in America factis.

I. **C**um promovendæ Astronomiæ illud perutile judicasset Academia, *Obser-*
mittere in eas Americæ partes quæ Lineæ æquinoctiali sunt fini-
timæ, virum observandi petitum & exercitatum. Hinc rei perficiendæ se-
legit D. Richer ejusdem Academiæ socium, qui jussu Ludovici Magni pro-
*fectus est mense Octobri anno 1671, ac Rupella solvens mense Januario
 *anni 1672 mense Aprili Cayennam, quod mislus fuerat, pervenit.**

II. Primum ille utrumque Solstitium æstivum & hibernum anno 1672
 diligenter observavit aliquot ante & post utrumque diebus. Quod in Eu-
 ropa vix fieri potuit eadem evidencia, ob eas quæ incurunt refractiones,
 quæque sunt exiguae in ea Insula. Nam Solis altitudo meridiana nunquam
 minor est 61 gradibus: cum Lutetiae in solsticio hiemali minor sit 18.
 grad.

Ex iis observationibus D. Cassini in Elementis Astronomicis Typis Re-
 gius postea editis apparentem tropicorum distantiam eruit 46, 57, 4, quam
 ipse ex sua refractionum & parallaxium tabula minorem esse vera distan-
 tia 45 secundis suppatur. Ex quo vera Tropicorum distantia 46, 57, 49,
 quam ipse olim ex observationibus Bononiæ habitis, & per refractionem &
 parallaxes correctis, in Ephemeridibus anni 1661 à Marchione Malvasia edi-
 tis definitar grad. 46, 58, 0; adeo ut Eclipticæ declinatio per Cayen-
 nenses observationes refractione correctas sit grad. 23, 28, 55, quam ip-
 se ex observationibus Bononiensibus definitar grad. 23, 29, 0, sola 5 fe-
 cundorum differentia: cum Tychonici illam statuissent gr. 23, 13, 30.

ANN. Latitudo autem apparens ejus Insula eruitur ex solstitialibus observatio-
nibus gr. 4, 56, 12, vera autem per refractionem correcta à D. Cassi-
& 73. ni, gr. 4, 56, 17, 2.

Venum ex maxima & minima altitudine Stellaræ polaris itidem observata
altitudo Poli apparens colligitur gr. 5, 7, 0, excedens altitudinem appa-
rentem ex solstitialibus deductam 10 min. 48. secund. quod procul du-
bio differentia refractionis, qua petexigua est prope verticem, magna
prope horizontem, tribuendum est.

Permutas autem observavit fixium altitudines meridianas, quæ compa-
ratæ cum Poli altitudine eorum exhibent declinationem. Quin etiam tem-
pus transitus ipsius per Meridianum singulis diebus annotavit, ut loco
Solis possent inter se comparati, & exinde ipsius ascensiones recte de-
duci.

Solis eclipsim Cayennæ observavit D. Richer die 22. Augusti anno 1672.
ejus initium fuit h. 2. 32. m. $\frac{1}{2}$, finis h. 4. 37. m.

Eadem eclipsi à D. Cassini Parisis fuit observata. Initium fuit h. 5.
38. min. 37. sec. Hora vero sexta 8. m. 34. sec. Solis cornua visa sunt
horizontalia; magnitudo eclipsis fuit 8. m. Fasta projectione paralleli Parisi-
ensis in Lurari oibe juxta methodum Academiæ olim ab eo expositam
invenit veram Lunæ latitudinem minuto uno cum semisse minorem quam
tabula Rudolphina eam exhibeant.

Postea certior factus per litteras candem eclipsim Cayennæ à D. Richer
fuisse observatam, ejusque initium, & finem prædictis coniugis temporibus,
projectioni delineata addidit parallelum Cayennensem, in quo horas
quibus duas phases à D. Richer sunt observatae, candem insistens metho-
dum invenit in Lunæ orbita puncta duo in quibus Lunæ centrum versa-
batur, cum duas phases visæ sunt, sumptisque temporibus Lutetiarum præ-
notatis, & cum Cayennensis comparatis, differentia inter horas utrobique
in iis punctis rumeratas inventa est 3. h. 42. m. major aliquot minutis Me-
ridianorum differentia aliis quæsita modis.

Nova autem illa methodo uti solet D. Cassinus, cum Solares eclipses ex-
primunt per projectionem opticam parallelorum & Meridianorum terræ in
parte orbis Lunaris Solem inter & Lunam interposita. Hanc methodum
anno 1670 Academiæ proposuerat. Compluta exhibuit schemata eclipsium
Solis quæ ab ipso sunt observatae, & ea methodo delineatae ad varios usus
Astronomicos, ac præsertim ad parallaxes, & Meridianorum differentias in-
veniendas.

Constat illud quidem in hac orbis Lunaris parte quæ inter Solem & Lu-
nam interponitur, diversis dici horis diversas superficie terrenæ partes quasi
delineari, easque ob diurnam revolutionem divertitis horis successivè Soli
exponi, atque adeo eundem terræ locum, cuius imago in orbe Lunæ ex-
primuntur, per diurnam revolutionem in hac projectu mutare sicut, ac
varia terræ loca id diversimodè efficere pro distantiæ à tellus Polis ratione,
qui soli per diurnam revolutionem sicut non mutant in hac telluris pro-
jectione. Radius potro visualis à quovis terræ superfici puncto ad cen-
trum Solis perductus, & per diurnam revolutionem translatus describit in

ipſa terræ ſpecie, quæ in orbe Luræ exprimitur, lineam quæ loci patal- *Obſer-*
velum repræfentat: verum præclatum hoc inventum longius nos abducet, vñ.
 ac methodus illa uſu facilius, quam præceptis diſcitur. Ea utuntur Patres *Ame-*
societatis in Sinensi regno, quam ante diſceſſum è Gallia à D. Caſſino ric.
 accepant, Imperatori tradiderunt.

2. Solē in utroque Aequinoctio, autumnali nimirum anni 1672, &
 verno anni 1673 obſervavit. Hinc temporis momentū quo centrum Solis
 Aequatoris ſuberat, & quantum temporis in signis Australibus Sol com-
 moratur, ab eo conculſum fuit, idque exiſtimat in Europa tam certo ha-
 beri vix poſſe, ob multo maiores refractiones. In elementis Astronomicis,
 Aequinoctium autumnale anno 1672 die 22 Septembris hora 4 matutina,
 16 min. Vernale anni 1673 die 19 Martii hora 9, 38 m. post meridiem ratione
 habita peregrinæ refractionis & parallaxis ex iſdem colligit obſervationibus
 D. Caſſinus: adeo ut jam exploratum ſit quanto temporis ſpatio Sol diutius
 in signis Borealis versetur quam in Australibus: idque tabula Tychonia-
 na in horis maius quam par ſit definiunt. Hinc motus Solis Epochæ cer-
 tior statui potest, cum Sol ſtantum gradibus distans à vettice perparvæ re-
 fractioni tum fuerit obnoxius.

3. Altitudines Solis meridianæ ſingulis diebus obſervatae à mense Junio
 anni 1672 uſque ad Maium anni 1673 peregrinæ refractionibus obnoxiae
 motui Solis conſtituendo, & tabulis Astronomicis confiendis certiores,
 quam quæ hactenùs prodierunt, regulas ſuppeditate poſſunt.

4. Quæ circa Martem factæ ſunt obſervationes cum iis collatae quæ in
 Regio Observatorio ex condicto ſunt peractæ, quando Mars teræ fuit
 proximus, illud conſirmant peregrinam eſſe hujus planetæ parallaxim
 ſenſibilem, etiā tum temporis longè eſſe terræ vicinior Sole. Et tamen
 juxta hypothefes complurium Astronomorum parallaxim Martis non mino-
 rem 7 aut 8 minutis eſſe oportet.

5. Idem de Venere ſtatuerunt, cuius inſenſibilem penè eſſe parallaxim
 obſervationes in ea Insula cum aliis Lutetiae factis collatae periuadent.

6. Sed ex crebris obſervationibus illud compertum fuit, Lunam terræ
 ſatis eſſe vicinam, ut diſtantia Lutetiam inter & Cayennam ſit ſenſibilis,
 & basis loco ſit diſtantia Luræ diuertiendæ idonea. Quæ ratio ejus inve-
 nienda diſtantia licet admodum opportuna nondum antea fuerat uſurpata.

7. Complutes & ſingulares circa Mercurium factæ ſunt obſervationes,
 quæque Lutetiae fieri non potuerunt: magno illæ uſui eſſe poſſunt tabulis
 hujus planetæ instaurandis.

8. Eclipſes Lunæ mense Septembri anni 1672, Eclipſes itidem ſatelli-
 tum Jovis utrobique ſimilis meridianorum utriusque loci differentiam
 ptebuerant horatū 3, 28 min. 30 ſc. Quæ in gradus reducta 52 & 7
 efficiunt. Quod & Astronomia & Navigationi uile futurum eſt, ut obſer-
 vationes utrobique factæ concilientur, & tabula Hydrographica compo-
 bentur.

9. Magnam stellarum multitudinem in Australi cœli plaga quæ in Gal-
 lia videri non poſſunt, quæque antea rudiori penicillo in globo deſignatae
 erant ex nautarum obſervationibus, nunc licet accuratiuſ in cœleſti globo
 delineare.

ANN. 10. Elevatio poli ejus Insulae per stellas fixas , per altitudines Solis metidianas , ac demum per maximam & minimam stellæ polaris altitudinem indagata manifesto ostendit refractiones multo altius quam veteribus Astronomis visum fuit , alta atollere : adeo ut poli altitudines ex stella polaris deductas corrigere omnino necessarium videatur , cum ejus meridianæ altitudines à refractionibus libertæ non sint.

11. Pendalorum que intra minutum secundum excursiones suas peragunt , longitudi in ea Americæ regione brevior una linea cum quadrante comperta est : ita ut horologium Parisii exquisitè elaboratum & in Cayennam translatum singulis diebus tardius duobus minutis moveretur. Quod utique locum aperit curiosis nec inutilibus inquisitionibus. De Physicis experimentis in ea Insula factis idoneo loco dicemus.

Anno 1671 exeunte mense Octobri & incunte Novembri satelles Saturni , qui inventione secundus , sed ordine quintus dici debet , à D. Cassino in maxima à Saturni globo digressione primum fuit observatus. Mox evanuit , nec videti potuit , nisi circa medium Decembris anni 1672. Rursum se oculis subduxit donec sub initium Februarii anni 1673 per dies 13 visus est 10 diametrī annuli eum semissē à centro Saturni distare , & periodum suam circa Saturnum intra 80 dies confidere postea compertum est. Nec se videndum præbet nisi in Occidentali à Saturni globo digressione. Nam luminis incrementa sumit & decrementa , adeo ut oculorum aciem effugiar in digressione Orientali , sub aspectum veniat in digressione Occidentali. Cum die 13 Decembris anni 1672 repetti satelliti qui se visui subduxerat vestigia quæreret D. Cassini , alium invenit satellitem Saturno propiorem , quem observationibus deinceps ad finem Januarii habitis , deprehendit suam circa Saturnum revolutionem absolvere diebus 4 cum semissē , & in maxima digressione ab ejus centro tribus semidianetrī annuli cum quadrante distare , ut in libro de his duobus satellitibus Regi dicato anno 1673 ab eo expositum fuit.



SECTIO DECIMA.

De Physicis laboribus.

QUæ secura sunt proximo triennio Physica experimenta , magna ex parte typis mandata & publici juris facta sunt. Hinc pleraque ex iis operam nostram non desiderant ; nec necesse est illa separatim pertractare & suis quaque temporibus dividere. Hæc enim D. D. Perrault & Mariotte in primis suis tentaminibus Physicis , D. Du Clos in Tractatu de aquis mineralibus , tradidere. At silentio prætermissione non licet que circa rem herbariam , aut Botanicam prodire in publicum.

CAPUT PRIMUM.

De Historie plantarum prodromo.

I. Cum Academia in id maximè incumbendum sibi proposuerit, ut accuratam stirpium historiam pertexeret, & earum præscritum quæ scriptorum diligentiam effugerunt; quæ ad hanc rem optima videbatur methodus, diu multumque est disceptatum. D. Dodart idemtide appellatus, ut ea de re sententiam suam & meditationes exprimeret, quam insisteret viam oportret, jam ante scriptis tradiderat, quæ cum D. D. Perrault, Du Clos & Borel sunt communicata; quid singulis videtur, quidve adjiciendum aut demandum existimarent, suis ad singulos articulos notis aperuerunt. His sigillatum lectis & excusis id visum est exequi quod extra omnem controversiam positum erat.

II. In eo autem consensu est, Auctores pene omnes cum veteres, tum recentiores, qui in eo versati sunt argumento, legi oportere, ut quæ ab iis scripta sunt, diligenter expenderentur atque ut controversiæ inter recentiores excitata de veterum intellectu, quantum fieri posset, dirimantur. Id laboris D. D. Dodart & Marchant suscepserunt, ac de iis rebus sèpè inter se contulerunt, si forte quæ in veteribus obscuriora videbantur, explanari possent.

In eo quoque omnes consenserunt ut D. Bourdelin incepitam plantarum analysim inde sinenter prosequeretur. Hic liquores è plantis per distillationem extractos, sales itidem & terras palam exhibuit. Quæ omnia variis sunt experimentis probata, ut eorum natura & qualitates quantum fieri posset innoteferent.

Hac utique & alia hujus generis plurima in peculiari tractatu Regis Typis postea excuso, seu in prodromo ad plantarum historiam luculenter & accurate exposuit D. Dodart, ubi idem & quasi somam totius operis exhibuit.

III. Primum quidem in præfatione rectè admonet id non fugete Academiam quam arduum opus suscepserit, cum naturam & stirpium historiam tradere aggressa est; rem à Philosophis omnium sæculorum tentatam, quæque in summorum Principum deliciis fuit. Hi quippe magnis sumptibus & impendiis studium tam laudabile complete non dubitarunt: adeo ut difficilimum videatur quicquam tam præclaris operibus adjicere, aut tem perficere quæ communi hominum expectationi, & Regis Invictissimi gloria respondeat. Nec tamen despondere animum, cum ea considerat quæ summi principis liberalitate ac munificentia suppeditat prælia, quibus nova quadam & antea nunquam usurpata initur ratio tam operosi laboris perficiendi.

IV. Illud inficiari neminem posse quin postremis his duobus sæculis vii docti, qui in hoc argumento versati sunt, summa cura difficultes veterum lecos explanare & naturalem historiam magna plantarum multitudine

ANN. illustrate conati fuerint. Sed tamen illud quoque fatendum est permulta 1672. in ea quam tradiderunt stirpium historia desiderau; complura ab us defi- & 73. nra ex incertis conjecturis , alia in ambiguo relieta , non proptiis , sed eorum qui præcellunt observationibus subnixi exteriore tantum planta- rum , quis hinc historie adhederunt , figuræ utrumque delineare contenti ; quotidie novas dægi , atque earum quas habemus perfectas cognitiones mul- ta addi posse. Nec tamen id virtio dandum scriptoribus , quod rem tam latè fusa penitus non exhaustim : magna iis conta habenda est gratia , quod efficerint ut quingentas aut sexcentas plantas à veteribus descriptis aliqua ex parte cognitas haberemus , his quinques mille & amplius adjecerint. Quod deest huic cognitioni , majus quiddam est quām ut privati homines illud explere possint : sed intento & acri studio in id emittendum , ut quantum fieri potest , præclarata hæc scientia promoveatur.

V. Tum quoisque res proiecta fuerit , quidve in ea perficienda consilii habuerit Academia , distinetè prosequitur , ac subinde quæ ad planta- rum descriptiones , figuræ , cultum & vites spectant , sigillatim explicat , quæ in laudato prodromo legi possunt : in quo descriptiones & figuræ 40 plantarum sunt expressæ. Sed opus illud in magnum postea excrevit volu- men , quod brevi , ut speramus , publici juris fiet.

V I. Illud optandum ait ut unaquæque planta sic describeretur , ut cum aliis jam cognitis confundi non posset : quod quidem efficitur , ubi plures ejus circumstantia notantur. Vix enim contingit ut tot peculiares note in aliis itidem occurrant : atque ea ratione tot dubia quæ nimia inducit bre- vitas , vitari possunt.

V II. Cum stirpium partes , propagines , satus , radices suis fibris vixæ , incrementa accuratis indagantur , ex illa anatome quæ ad eatum vegeta- tionem & nutritionem pertinent , simul inquiruntur. Cum ex. gr. fibratum contextum in plerisque foliis conspicimus , tum illa subit animum cogita- tio an fibrae illæ sint cavae , atque ex iis aliæ arteriarum , venarum aliæ vices obcant ; an sint tantummodo velut nervuli , quibus foli cujusque parenchyma , aut caro interfusa , colligata & conclusa teneatur ; utrum succus ille coloratus qui è lacteis quibusdam plantis effluit , è fibris ipsis , an potius ex fibraium intervallis exeat ; utrum pili qui foliis insistunt , sint cavi & nutritioni serviant ut visum est D. Mariotte.

V III. Nec tamen necesse erit quæ observantur omnia mandare literis , id enim longum esset & molestum. Satis id fuerit quasdam cir- cumstantias subjicere , quæ sensibiles differentias suppleant , si forte defue- rint ; atque ubi peculiaris apparet naturæ industria , hanc notare ; ac de- dum quidquid ad partium usus cognoscendos conferre potest , quo usus jam recepi aut consumuntur , aut refillantur , inserere.

Nihil quoque opus est de figuris plantarum ære incisis , aut de iis quæ circa earum cultum sunt observata differere.

C A P U T II.

De plantarum viribus indagandis.

I. Quæ circa illarum vires ab Auctōribus memoriat prodita sunt, longè utilissimum foret serio examini subjicere, quæ vera sunt, experimentis confirmare, falsa refellere, confusa distinguere, quæ demum certa sunt, ab incertis aut dubiis secernere, nihil timere affirmare. Quæ omnina cautæ & circumspectæ sunt dijudicanda: habenda enim est ratio & temporis & regionis. Nam fieri interdum potest, ut plantæ ex Asia & Græcia in has regiones asportatae eodem effectus in Gallia, atque in illis provinciis non procreent, quod aliud sit vivendi genus in diversis regionibus, alia stirpium vires. Illud quoque potuit contingere ut præparandi modos veteres silentio prætermiserint.

II. Quæ dubia sunt in humanis corporibus experiri non licet, cum res ipsa peticulo non vacet: sed ubi omne absit periculum, non erit inutile multa à veteribus tradita experti; an v. gr. radice fœoniæ, aut visco querino Epilepsia paroxysmi sistantur. De aliis vero, in quibus peticulosa est experientia, ut de purgantibus, narcoticis & aliis similibus caute & circumspectæ agendum.

Unum illud restat ut petiti Medici iis de rebus variis in locis consulantur & quid experientia compertum habeant, ab iis edoceantur; aut certè in brutis ea sunt facienda experimenta: tametsi non dubitamus eandem non esse brutorum arque hominum rationem, cum de stirpium viribus agitur.

Sed neque illud inutile futurum est plantatum dores habita artium ratione experiri, aut novas detegere quæ infectoribus pictoribus, & aliis profint artificibus.

III. Plantatum vires ex temperamentis & saporibus potissimum cognosci veteres judicarunt. Galenus iis interdum addit partium subtilitatem, aut crassitatem & præcipuum aliquando eatum causam afferr, quandam substantię proprietatem, cuius ideam claram & distinctam nullam habuit.

IV. Illud nobis vix sperare licet fore ut plantatum vites per causas suas habeamus exploratas; ac difficillimum est plantas in seipso cognoscere. Nam ut nihil aliud esset in rerum natura piæter materiam & generales illius affectiones, meatus quoque aut plenos aut inanes, ac nulla essent distinctæ qualitates eorum proprietatum, nec forme ab iis qualitatibus secretæ, ut visum est plerisque Philosophis cum veteribus, tum recentioribus: proxima tamen tum uniuscujusque plantæ, tum in quam vim suam exercit, principia, arque horum figuræ, moles, rotus, connexiones cum causis generalibus cognosci oportet, ut per causas suas plantarum dotes perspectæ haberentur. Quæ omnia magis sunt involuta quam ut scientia comprehendi queant: adeo ut ex iis nihil ferè præter concertationes & leves conjecturas eruamus.

ANN. 172. IV. Sed neque ex ipsis effectibus ex vites dignoscere facile possunt, nisi materia ipsa in quam agunt, cuiusmodi est corpus huminum, aut saltem & ejus natura's constitutio & morbotum natura sit explorata.

Quod utique valde obscurum est: aeo ut si his enim etiis locus relicitus videatur, quæ for. ex analysi stirpium rite instituta & ex effectis certiori experientia firmatis maiorem lucem accipient.

V. Ex Analysis enim plantarum rite facti, qui in iis possimum dominentur, quid habent cum aliis communis, in quibus inter se dislideant, conjecturis saltem assequimur. Hunc rei in Academia plurimum studii & operæ datum est. Quicunque hic labor pervenerit, quid utilitatis hinc sperai possit D. Dodat in ea dissertatione diligenter persequitur.

Sed de analysi jam supra diximus, ac subinde monimus, qua ratione variis liquoribus ex iis fuerint extracti. Qui cum manifesto sapore praediti sunt, spiritu si appellantur. Interdum spiritus sulphurei, qui sapore quadam acriori donantur, primum excunt: sed hoc perrato evanit; phlegma perè insipidum & copiosum pleumque ante omnia stillare solet, tum spiritus acidi, mixti, urinosis & nonnunquam cum acidis permixti; sales deinde volatiles, tum olea nigra & fætida ex ordine cliuerunt; tandem sal aut lixivialis, aut silini saporis e ceteris educitur. Sal ut sepe dictum est, plerumque sulphureus est aut acidus; ille cum sulphureis, ut cum olio & pinguedine faciliter commiscetur. Qui aut fixus est, ut sal e ceteris extractus, aut volatilis, qualcum urina, sanguis, cornua & partes queque animalium suppeditant. Cum liquor sensum caloris linguae impunit, tum spiritus acer vocatur; cum sapor ille est vehementior, urinosis dici solet; mixtus ex sulphureo & acido componitur.

Non ex omnibus plantis haec omnes substantiae prodierunt. E paucis spiritus ille acerrimus educitus fuit, ut ex elchoro & elchorastro.

V I. Liquores omnes aquei, qui scilicet cum aqua facile commisceantur, aut sunt insipidi, aut acidi, aut sulphurei, aut urinosi, aut mixti. Praecipue eorum affectiones saporibus continentur, qui consuētantur solo gustatu judicantur. Unde alia fuerunt adhibenda criteria quibus sapores eorum pene insensibiles dijudicari possint: de us jam supra egimus.

V II. Inter eos qui manifeste se produnt sapores, nulli heliotropi solutionem tubeo colore tingunt, præter acidos, nulli sublimi solutioni lacteum colorem conciliant præter sulphureos. Ac si qui aciores aut urinosi heliotropi succum tubeo colore tussindunt, si quidem non omni tale acido carent: nam salis sulphurei additione nativus & ceterius heliotropi color redit, dum sal ille quod acidius est in liquore, deprimit.

Ubi liquor sulphureus debilior est, pallidem colorum sublimi solutioni impenit; acrior lacteo colore eam tingeat & sensim præcipuum dat: sed ubi multum viget, tum repentinam inducit præcipitationem. Nec sicut id criterium fallit, etiam perparvum liquoris sulphurei partem admiseras.

Spiritus urinosus cum admodum debilis est, aliquot bellas creas in spiritu salis excitat; vegetior injorem agitationem & cui si fremitum quemadmodum inducit: sed qui sulphureo & volatili tale abundat, una cum salis spiritu salam effervescit. Plura in hunc rem vir clariss. in laudato opusculo

tradit, nosque in parte secunda Physices veteris & novæ tract. 3. c. 5. ex *Hist.* eo loco nonnulla subjecimus quæ ad analysim plantarum spectant, quæque *Anatomia* nunc retexere supervacancum foret.

VIII. Quæ circa vires plantarum ex eodem Auctore à nobis excerpta sunt c. 6. regerere nihil quoque opus est: unum tantem aut alterum monuisse satis fuerit. Primum contredit plantarum analysis, ut carum vires utcumque cognitas habeamus; neque tamen illud ex sola resolutione sperare licet, cum eadem vis non in situ plantæ integræ, quæ ejusdem in partes dissolutæ. Nam eæ vires aut facultates ex structura & configuratione partium, & ex mechanica earum dispositione magna ex parte pendent.

2. Qui præcipua rerum principia ad acidum & alkali referunt, si multa quidem à æ opinionis argumenta ex ana'ysi plantarum possunt depromere. Nam hæc sunt velut duo extrema ieiunum principia, quæ se se mutuo retundunt & temperant; eaque esse utriusque fermentationis causas prius ipes, tum ius quæ naturalis est, & ad maturitatem tendit, tum etiam illius quæ in corruptionem definit, non abhorret à verosimili. Imo sicut a ieiunis humores coagula i., sulphurico aut alkali fundi multis experimentis hæc ostendimus. Quæ tamen ea cautione quam D. Dodart adhibet suæ recipienda: neque enim id cuncte quod sulphureum est, cum quovis acido coagulatur; & quæ iam sulphurea coagulant, ut acida nonnulla humores fundunt aut coagulationem acent; neque omnium acidorum aut sulphureorum eadem est natura, sed de iis tantum; plura in hæc rem nec iutia nec injucunda subjicit D. Dodart; nosque nonnulla circa analysis & vires plantarum loco cuato attulimus, simul & iis quæ D. Marotte opponebat, respondere conati sumus.



SECTIO UNDECIMA.

De Historia Anatomica quorundam animalium.

Hoc trienio & annis superioribus 1670, ac 71 animalia, quorum descrip^{tio} paulo post typis regis est excusa, omnibus cotam disjecta sunt, à Domino Perrault primum delineata, tum eorum historia anatomica in unum ordinem qui extat, digesta, & in Academia perfecta.

CAPUT PRIMUM.

De Historia animalium generatim.

I. **J**Am anno 1669 quorundam animalium historia Anatomica vulgata fuerat instar speciminis aliquujus, sed ea fuerunt numero per pauca,

ANN. neque ea forma in lucem prodiit, quam suscepsum opus exigebat. Quād 1672. mobtem id Academiæ propositum fuit historiam animalium anatomia- & 73. cūm sic perseq̄ui, ut ad partes interiores magis quam ad exteriores animalium intenderet: contra atque ab omnibus qui in hoc argumento ver- sati sunt, cum veteribus, tum recentioribus factum est, quibus ea po- tissimum cuius fuit ut animalia, quorum historiam tradidere, ad certa ge- nera revocarent, atque ex partium quatuorundam exterratam conformatio- aut ex nativis proprietatibus certas species constituerent: idque partim ex suis, partim ex alienis quaē perspē fallunt, observationibus. Non enim à mer- catoribus aut militibus qui varias obcurunt regiones, ea exp̄. etanda est diligentia, aut judicij perspicacia qua singulares tot animalium proprietates vel notas, quibus ab aliis fecerit possint, ut par est, obseruent. Formas eorum singu- lares illustrandis suis relationibus referre contenti, de scribenda paulo ac- curatori animalium historia non admodum sunt solliciti. Neque iū videntur quibus fides facile habenda sit, cum in multis fallant, aut fallantur, quan- tumvis interdum asseverent se non alia efferre quam quaē oculis suis usur- parunt, quaē pue ab aliis tradita sunt, faſi condemnent, nec aliud quid- dam quam omnīm penē narrationum fidem suspectam & dubiam redi- dunt: quique bona fide aliorum diligentiam & fidem insitiman, suam ipsi non satis firmis testimoniis adstiuunt.

I I. Quare his commentariis cō major videtur habenda fides, quod non unius alicujus qui anticipatis opinionibus suis facile potest indulgere, qui- que interdum non tam res ipsas, quam sui ingenii fortis considerat, sed ea tradunt quaē multorum oculis subjecti & diligenter sunt excusii ab iis quibus nec oculi ad videndum, nec manus ad inveniendum desunt, qui- que non tam cupidi sunt res novas invenieudi, quam quaē inventae sunt velut ad inced. m̄ revocandi: adeo ut si forte interdum evenerit ut eos aliqua sefellerit obſervatio, id ipsum non minori lucro apponant, quam si novum quiddam ab iis repertum fuisset. Non enim tanti est falsa cūpuldam gloriolæ aucupatio, quam ingeniosæ illusionis successus extorquere posset, ut transversos agat homines veritatis amantes; ea laus in plures divisa per- patum afferte potest momenti, cum ab aliis nova proponantur, ali certò Judicio proposita perpendant, atque omnes in hujus laudis partem veniant. Accedit etiam nonnullæ æmulationis inter Philosophos satis usi a & quidam stimulus, quo cura & studium acui solet, ita ut libera sint omnium judicia, neque ullus sit assentationi locus.

I II. Eisi præcipuum Academiæ studium in id collatum fuit ut partes animalium interiores perspectæ essent (hoc enim maximè historiae naturali deesse videbatur) qua tamen ad exteriorem eorum formam spectant, præ- termissa non oportuit, ut partium omnium inter se nexus & usus habeantur explorati. Quod si interdum controversias inter Auctores motis de va- riis animalium nominibus quaē veteres tradidérunt, an plura & diversa iisdem vocibus designata fuerint, aut vicissim plura vocabula iisdem ani- mantibus indica sint, attingere necess. sunt, id obiter factum est. Atque id unum præcipue cura fuit, ut descriptiones nuda & simplices circa omni- tum ullum tradicerentur, quaē res ipsas ut viæ sunt, ita exhibent, ferè

ut specula quæ nihil sui admiscent imaginibus. Quod si forte quædam his *Histo-*
additæ sunt Philosophicæ meditationes, ad instar specimenis ejusdem fac-*ria*
tum fuit, ut hinc apparet qui fructus ex iis observationibus percipi pos-*ann*.
sint, si forte in unum corpus, idque partibus suis absolutum aliquando coa-
luerint, & copiosa satis observationum materia fuerint comparata.

IV. Fatendum est vix ullum esse Philosophicis rationibus locum, nisi ex
communibus quibusdam effatis & propositionibus ducantur, qua quidem om-
nium pene rerum singularum notitia inniti debet. At multum temporis &
studii ante est inservendum, quām tot rerum singularium huic rei nec-
essaria cognitio acquiratur. Quocirca factis ipsis & narrationibus magis inhæ-
rendum arbitriamur, quām rationib⁹ iis Philosophicis.

V. Quamobrem in his descriptionibus exhibendis diversam plenē ab ea
quam secuti sunt Veteres, placuit inire viam. Illi enim animali in historiam
ut scientias universim pertractatunt, h̄c res singillatim exhibentur.
Renes v. gr. ursi ex 52. renunculis conflati non temere affirmamus; sed
in ursō diligēto idipsum visum à nobis fuisse. Nam fieri potest ut is sit
naturæ ludus; nec continuo id scriptoribus vitio dandum, si res ejusmo-
di eorum diligentiam effugerint.

Cujusque animalis figura summa cura fuit delineata, & partium magni-
tudo dimensa, quæ inter eas sit ratio diligenter indagatum: nam isti non
magis vulgo nota sunt, quām interiorum partium conformatio. Quæ com-
muniæ sunt & nobis cognita animalia paulo aliter descripta sunt, quām rara
& inusitatæ. Illorum enim tūm exteriore, tūm interiores partes ad hominem
referuntur, qui ut norma omnium animalium constituiunt. Quæ omnia spe-
rate nos jubent fore ut hi commentarii uberrimam historiæ naturali ma-
teriem aliquando suppeditent, iisque publicæ expectationi & Regis Maxi-
mi munificentia respondeant. Hæc fere præfatione continentur, quæ for-
mam illius & rationem velut oculis ipsis subjiciunt.

Longum esset & ab instituto opere penitus alienum ire per singulas ani-
malium quæ hoc Volumine continentur descriptiones, sed cum in paucis
sint manibus, non abs re fuerit, strictim quoīdam animalium histo-
riam instar specimenis perstringere.

C A P U T II.

Leonis & Leane, & Chameleontis Anatome.

I. **P**rimūm quidem à Leonis descriptione cœptum, exterior illius for-
ma & partes interiores observatione dignæ ad vivum expressæ, quæ
cum felium partibus magnam videntur habere cognitionem: nam in unis
que septem sunt jecoris lobii, cystis fellea in insidie animalibus anfractu-
sa, & quasi in varias cellulas divisa, pancreas quoque & mediastinum fe-
re ut in felibus; magna in mediastinī membrana prope mucronem cor-
dis cavitas intercipitur; oculi pene consimiles, pedum unguiculi & oslicu-
la non dissimilia.

ANN. I I. Cor amplum & majus quam in aliis animalibus : ampli ejus ventriculi : uade mollius apparuit antequam secatur ; carotides majores vise habita cerebri ratione , quod pro mole corporum angustum valde erat ; vix enim duos pollices in omnes partes patet : sed cranium spissum , temporum musculi admodum crassi & longi , à summo capite ore , ubi velut crista quadriga prominet.

Quare ex his moles & robur ex structura ossium adeo summi , neenon ex membrorum crassitate proficitur. Parva cerebri copia fertitatis potius quam tarditatis indicium videtur : nam in vitalis copiosem est , cum leo inter animalia , ex omnibus pene scriptoribus perspicaci ingenio datur.

I I I. Quod si , ut valde creditur , continua febri laboret , hæc humorum putredini vix refertur potest accepta : nam calido & humido cœlo dissipatus , non adeo fœtidum odorem spargebat. Ac verisimile est bilem quam abundat , in causa esse cur adeo sit levior ; nam bilem esse vult bassum quoddam in corpore animalium , eaque adversus putredinem tueri , satis probabile videtur.

V. In Leona collum juba destinata est ; urgues ut in leonisibus ex fibroso substantia ita compositi erant , ut fibrae si golge solidæ essent & compactæ , sed facile rumpantur se invicem & parabiles obsecerent , ut in ligno fibroso quod exsiccatum faciliter dividitur ; partes generationi destinatae penitus ut in canibus conformatæ.

VI. Leonem exceptit perparvum animal dictum Chameleon , quod si parvus leo : quam ob rationem non satis liquet : nam deforme illud animalium leonem nulli sui parte refert. Ex genere est quadrupedum quæ sunt ovipara , ut crocodilus aut lacertus , cum quibus videtur majorum habere similitudinem.

Multa in eo sunt observatione digna que cum accurate facient explicata in descriptione scemel & iterum edita summarum ea decurrere satis fuerit.

Nam hoc animalculum jam anno 1669. fuerat dissecatum , atque illius Historiam in hunc locum rejecimus.

VII. Primum ille intumescere ad libitum & detumescere videbatur , acque interdum duarum horarum spatio tumidus toto persistebat corpore , brachia etiam & crura , immo & cauda inflata appatebant : cum detumuerat , stri-goso admodum & angusto erat corpore. Tumor ille non ex aëte per appetitam arteriam in pulmones toto corpore diffusus subeunte oritur , ut visum est Theophrasto : nam aët per tracheam intrusus amplas cavitates circa viscera telegatis & membranas circumjectas , cum variis appendicibus quasi totalem cyprieni pisces vesiculis candidis implebat , quæ membranæ sub obtutum non veniebant , antequam aëte subeunte inflatentur.

VIII. Pellis inumeris granulis usque perpolitis distincta est ; nec mutatus est color nisi mortuo animali. Cum in umbra quiesceret , cinereo colore ad caeruleum vergente granula distincta videbantur : sed interiecta intervalla subflava erant , aut subrubra ; cinerens ille color toto futus corpore in luce posito in fuscum degenerabat. Quin & partes non illustratae ,

ac complures maculæ colore rubeo dilutiore splendidæ apparebant: ac sub-*Hift.*
inde magna colorum varietas in pelle fere ut in panuo variis colotibus di-*Anim.*
stincto cernebatur: sed certis tanquam in locis mutabat colorem. Linteo in-
volutus post duo aut tria minuta eductus pallido colore tinctus apparuit:
verùm id semel tantum evenit, et si saepius id experiri placuit: neque
alios colores induit, licet variis rebus coloratis admoveretur, ac fieri po-
test, ut pallidum colorem ex linteo frigidiusculo contraxeit.

X. Difficile dictu est unde hæc colorum tam subita mutatio oriatur. An
fortè ex humorum suffusione, ut visum est Senecæ? An ex varia luminis
reflexione, ut placet Solino? An potius ex partium configuratione, ut
recentiores opinantur. Ac fortè omnes illæ causæ unà concurunt. Nam il-
la colorum mutatio non tam in pelle quæ solidior cernitur, quam in gra-
nulis inest prominulis, quæ ex pelliculis constant admodum exilibus, quæque
facilè separantur: adeo ut bilis quæ in hoc animalculo uberior est, aut alii
humores fere ut in nobis evenit, cum ita, aut metus, aut aliæ animi per-
turbationes excitantur, coloriem mutare possint. Sic bilis flava cum nativo
colore cutis cinereo aut cœruleo mixta subviridem sëpe colorem induit,
aut plures granorum pelliculae exque pellucidæ radios luminis sic infin-
gunt, ut in varios colores degenerent, ut in lapide speculati, & in ple-
risque corporibus cernimus. Pellis admodum subtilis est, & coloriem fa-
cile mutat, ut P. le Comte in Epistola ad Illust. Abbatem scribit, penes
diversos affectus varios induit colores. Smaragdinum colorem præ se fere
in lætitia, aureo colore mixtum; cum irascitur lividior est, in meo pallidus.
Interim variis colores unà permixti cum umbra & lumine gratum oculis pra-
bent spectaculum.

X. Oculorum & linguae structura omnino est singularis; oculi ampli sunt,
globosi, extra prominuli, parte sui anteiore uni palpebrae adhaerescunt in
medio perforata, qua pupilla conspicitur splendida & auro circulo cir-
cundata. Palpebra unà cum oculo non sursum & deorsum movetur, ut
in aliis animantibus. Quod vero huic animali proprium est, alter oculo-
rum movetur altero immoto; unus sursum seitur, alter deorsum; unus
antrorsum, cum alter retrosem inflectitur. Foramen vero palpebrae con-
trahitur, dum transversum dilatatur in statim: ita ut pars suprema cum
infima apprimè cohæreat. Nervi optici è cerebri tuberculis prodeunt, unà
juncti, mox separant excent tanquam oblonga fila.

XI. Lingue structura & uts multum admirabilitatis habent, ex car-
ne candida & solida constat, cava est & in parte sui extrema instar fac-
ci aperta, fere ut Elephantis proboscis. Ossi Hyoidi interjectu oblongio-
ris tubæ sex digitos longæ, adhaerescit, quæ membrana intus nervosa est,
solida & compacta. Hujas tubæ ope linguam vibrat ad 7 aut 8 follices,
muscas & alia insecta venatur, idque sit incredibili celeritate; illæ gluti-
ne, quod è lingua continenter exsudat, implicantur. Quod motu quedam
linguae peristaltico fieri est verisimile. Et quidem ventriculus & intestina
muscas & vermis referta visa sunt: adeo ut non ære, ut vulgo credi-
tum est, sed infectis nutritur. Unde excrementa flavo & subviridi colo-
re tincta quotidie egerebat; calculi pilorum magnitudine in ipsis reperita

ANN. sunt intestinis, quos non deglutiuerat, iisque leves admodum erant, unus
1672. ex iis caput muscae intus conclusum habebat. Plura in descriptione ipsa
legi poslunt.

C A P U T III.

Cameli, Ursi, Capra Lybica, & aliorum Historia Anatomica:

I. **N** his paulo longiorum me fuisse sentio, sed brevior in aliis fuitus sum. Atque ut editi Operis ordinem sequar, Camelus qui vulgo appellati solet Dromedarius, fortè ob cursus celeritatem primus occurrit. In eo multa erant observatione digna tunc in forma exteriori, tum etiam in partibus interioribus: dorsum gibbosum videtur, neque est tamen: nam gibbus ille ex pilis longioribus & densis, non ex carne constat. Genua & femora callo solidiori obducuntur, cui innixus recumbit. In stetno aliud est callum longè majus moli corporis sustinenda, cum oneratur, apertatum.

Quatuor sunt ventriculi, ut in ruminantibus. In primo varii sunt sacculi, secundus in plures sinus tanquam in varios sacculos multò iis minores, quam qui primo sunt ventriculo, dividitur. Hi sacculi herbis jam aliqua ex parte digestis pleni solent apparere: adeo ut non sint aquæ coacervatae conceptacula. Hi sinus quadrati erant & numero viginti. Nunc de Urso.

Ursi figura exterior vulgo est norissima: deforme animal propterea judicatur, quod humanam formam perversè imitetur, ut & simia: quod præcipuum est in manu & in pede humano, id in Urso videretur depravatum. Manus hominis ita est conformata, ut ex quinque digitis quatuor unam conjuncti ejusdem pene speciei videantur; unus ab aliis divisus præcipue manus actioni, qua est comprehensio, inservit; pes vero ex talo & quinque digitis constat tali oppositis, ut firmior sit ejus incessus, cum has partes diversis figuris corporum qua premit iuxcedendo, variè applicat. In Urso hæc partes carnosa, ut in homine, & quinque digitis instruēta, ostali itidem breve partem plantæ in pede efficit; in manu itidem ossi carpi in unum collecta & pene æqualia. Sed pollex ab aliis digitis non se junxit, quique crassitie sua pollicem exhibere potest, is extrosum positus digiti minimi locum tenet.

Strutura renum omnium oculos in se convertit: longi erant & lati, eos involvebat membrana qua adiposa cicitur: sed qua erat ut reliquum corpus adipe destituta. Huic subjecta erat alia membrana qua renum parenchymati cohærebat: sed complures renunculos suis propriis membranis instruētos instar facci continebat. Hi inter se erant tenuibus fibris & membranulis ex majoti & communi membrana ortis con'erti & colligi, idque potissimum in parte cava renum. Nam in gibba non ita inter se cohæbant; cujusque renunculi basis rotunda erat: sed omnes intus in angustum desinabant; mediocres castaneæ molem ut plurimum æquabant. Eorum congeries fatus aptè nucem pineam referebat.

Unumquemque

Unumquemque ex iis renunculis vasorum emulgentium propagines cum *Hift.* ureteris ramo sic penetrabant, ut arteria medium teneret locum, & in *Anim.* parenchyma effusæ visus aciem ob exilitatem suam pene effugerent: ex quidem per papillas in pelvem serum effundunt. Longius proiecti ureteris iami in cujusque renunculi pelvem definebant: singulis conjugatae erant caudule tanquam papille granis tritici pene æquales. Centum & amplius ejusmodi papille in unoquoque rene erant conspicuae. Reves forsitan ita sunt conformati, ut majorem urinæ copiam egerant, quod in iis impedita sit transpiratio ob cutis & pilorum densitatem.

II. Post hæc discete sunt quinque capre Lybicæ, v. *Gazelles.* in quibus multa circa structuram partium tum exteriorum, tum interiorum sunt observata; unum aut alterum ex iis proferemus. Cornua cava erant ad medianum usque eorum partem: hanc cavitatem os acutum implebat quo capiti, interjectu pericranii, erant illigata. Dura est & densa hæc membrana multo sanguine perfusa, ut pars ossis intima quæ spongiosa est, cum extima superficies solida sit, & variis striis in longum productis incisa. Crux circa genu piæ longis pilis sunt instructa, ubi pelvis multò est crassior quam alibi, ut sit instar pulvilli cum recumbunt, fere ut in Camelis: sic pedes ita sunt conformati, ut in arenosis locis facilius incedant.

III. Sub idem fere tempus Alopecias seu vulpes marina allata est, longiore cauda instructa, que corpus ipsum longitudine æquabat, & instar falcis erat inflexa: partes ejus singulae diligenter inspectæ. In ventriculo herba marina & pisces absque capite, pelle & visceribus inventa: duodenum excipiebat aliud intestinum amplum & sesquipedale, cuius structura erat singularis, non enim, ut solent intestina, in varios gyros erat convolutum, sed cavitas illius variis membranulis transversim in modum cochlearis disposita, ut succus alimentitus in iis velut cellulis diutius hæceret.

IV. Sequuntur duo animalia magis nota, Fibet seu Castor Canadensis & Lutra, ambo ex Amphibiorum genere, forma & structura diffimili. Castor qui ramos arboreum dentibus fecerat, dentes habet incisivos quatuor ita dispositos, ut superiores non in directum inferioribus opponantur: sed inferiores horum partes subeant: sic enim & perfecandis corporibus sunt aptiores. Pedes sunt quinque digitis instructi; posteriores membrana fere ut in anseribus necdit, quod facilius nitare possit; anterioribus ut manibus ad comprehendendum ut similia uititur: unde ea membrana non vestiuntur, quæ utrisque adeat pedibus.

Lutra cauda pecten quam tertium animalium caudis propior; nam Epidermide squamis hexagonæ figure armata tegitur, nec substantia ejus à natura pecten aliena est, multa pinguedine ricta in medio crassior est quam in extremis.

Anus Fibii inter os pubis & caudæ initium interj. Osis, non Sphinctere ut in aliis animantibus, sed immo occluditur, per quam solidæ & liquida excrementa egerit. Ex utroque hujus rimæ literæ, duo facelli extant in quibus Castoreum perficitur. Nam duo sunt alii paulo superiores & multò ampliores, in quibus preparatur. In his cinerea materia scindita vix est. Hæc unctuosa magis erat & subflava in subjectis veiculis, quæ ex variis velut

ANN. glandulis compositæ videbantur. Singulæ glandulæ spongiosæ erant substantia in mædio pertusæ ; sed nullus in iis liquor vitus. Ex altero laculo aperito exiit instar mellis unctuous liquor & inflammabilis instar Terebinthinae, sed odoris fætidi, nec preclus in suæ vetiores vesicas refluuerat.

Botalli foramen ovale frusta quæsiuum est : nam occulatum omnino appetunt, uti & in Lutra.

Hæc cum Castore magnam habet similitudinem ; dulci aqua delectatur, Castor & falsam & dulcem amat. Pedes anteriores Lutæ membrana devinetti erant, quinque itidem digitis distincti, sed & quales erant, tripli ofsum phalange instruti ; pollex ab aliis digitis non erat sejunctus.

Quatuor incisivi dentes, ut in Castore, Muie, Lepore, iisque persecantes non erant in Lutra, sed canis aut lupi dentibus coi similes ; breviores pili quam in Castore. Lien omento adhaerens, non ventriculo, ut in aliis pene omnibus animantibus, Renes in decem terunculos pene ut in Urso sic erant divisæ, ut unusquisque suo sibi peculiaris parenchymate, vasis emulgentibus, & uretere donaretur ; communis membrana eos involvebat, & hæbris inter se erant connecti.

V. Post hac aliud feræ genus, quod Hyenam vocat Aristoteles v. Civette accurate inspectum est, variis coloribus & nigris tum maculis, tum fætis distinctum. Hoc ei cum Castore commune est ut saccos habeat penne illdem in locis collocatos, sed in materia fragrante, non gravi ut in Castore oppletos. Hunc liquorēm Arabes Zebutum vocant, unile & Civetta nomine ducuntur. Hec liquoris receptaculum aui subjectum erat, cui aliud foramen infia subjacebat : E membrana aspera & foraminibus pervia, que ubi digitis premiebatur, liquor suavis odoris exhibet candidus & primotus, è multis glandulis inter duas membranas interjectis expieclus. Ocor ille in pilos manabat, potissimum in mate, ita ut minus eo odore imbueretur.

V. Alces Zybethum exceptis, animal magnum vocant Auctores recentiores, qui tamen in eis descriptione neque inter se, neque cum veteribus satis consentiunt. Conciliai tamen utcumque possunt. Quod enim variis ei colores tribuantur, id evenit quod alium colorum hyeme, fulvum rurè ad cinerum vergentem, alium tinctum & pallidiorum praeseferat. Quod cum cornibus instructum nonnulli, his destrutum illi scribunt, utrumque verum est : nam matres, non faminae cornibus muniantur. Ciura sine juncturis esse vulgo astant, quod rigidiora sint ; iam glaciam non fallente vestigio decurrent. Unde & lupoium nisi quentum vim ea ratione elidunt ; sic pedum iectu veratores intercidum male molestant. Accedit id quoque, varia animalium genera eodem nomine plerumque consundi. Nescio an de quodam hujus animalis genere intelligendus sit Gratianus in Vita Cardinalis Commandonis. Biffonti, inquit, eam vim esse securrunt, ut una equum Sessoremque ieiunum cornuum sublimes tollat, & ceeratatem, ut si porro corcitus insequatur, nullius equi quantumvis permissis ope effugias.

Sed in eo omnes sere Auctores convenient, hoc animal cervum cum mole corporis, tum autum amplitudine & brevitate caudæ, ac demum

cornibus referre. Huic dissimile est pilorum colore & longitudine, labii superiors magnitudine, crurum rigiditate & colli brevitate. Cameli pilos *Anim.* colore imitatur, sed in camelo sunt tenuiores. In Alce extrema pilorum acuta sunt, & versus radicem non quoque sunt tenuores; prope radices pel-luent.

Pilus adhibito microscopio instar junci spongiosus apparebat: crurum juncturæ firmis & duris ligamentis auctius devinclæ.

VII. Oculus in majori angulo longiore rima fissus videbatur, quam in cervis & damis; huic glandula lachrymalis subjacebat fœsi-digito longa. Cum autem cerebrum una cum cerebello quatuor pollices in longum duos in latum tantummodo patret, ex mole glandulæ lachrymalis cum angusto cerebro comparata hincit conjicere eas glandulas excipiendis humo-ribus cerebri non esse comparatas, sed lympham in iis ex arterioso sanguine percolari.

VIII. Plura in vitulo matino qui Phocas à veteribus dicitur, spectanda occurserunt. Posteriores pedes una conjuncti cum digitis qui non ita sunt distincti atque in anterioribus; veri tamen sunt pedes; & cauda iis non decedit quam Aristoteles caudæ cervi non absimilem esse ait: pedes quoque anteriores manibus similes esse idem testatur, quod brachium & humerus sub pelle qua pectus tegit, sunt involuta. Ambo pedes magis ad natatum quam ad incellum videntur comparati. Hoc enim animal ex eo est amphibiorum genere quod in aquis diutius commoratur, quam in terra, contra atque fit in Castore. Unde ea est cordis & pulmonum conformatio quam ejus natura postulat ut diu in aqua, rarus in terra degat.

IX. Diversis temporibus dissecati sunt plutes tum Hystrices, tum Eri-nacces quos eidem generi Eriniorum subjiciunt Veteres, quod spiculis & quasi spinis armantur: rametis sunt longè dispares tum corporis magnitudine, tum aculeorum forma & uso. Hystrix vulgo *Porc-épic* in Africa, Echinos minor ubique in Europa nascitur.

Hystrix toto pene corpore setis apertis munitur, hæc setæ in collo pendis longitudinem æquabat, in reliquo corpore tribus tantum digitis longa. In dorso aculei erant duplicitis generis, quidam crassiores, iidemque breviores & acutiores, in sui extremo secantes: alii longiores, & magis in extremo flexibilis, illi in radice candidi, in utroque extremo albi, in medio nigredine & albedine distincti, omnes in superficie tenui & splendidi; quidam numero perpauci fere ut calami scirptoni oblongi in extremo re-fecti & pellucidi, sub finem coccygis paululum erecti apparebant cum ra-dice admodum tenui.

Crassiores aculei non ægriè à pelle avellantur, hos in venatores vibrare cum pelle excenti, vulgo creditum est.

Rostrum pene ut in leporibus: non modo labium superius fissum, sed & inferioris fissura erat, quæ instar theæ duos dentes incisivos excipiebat. Hi dentes pene ut in Castore erant dispositi, ut superiorum acies in aciem inferiorum instar forcipum non incurreret, ut sit in aliis animantibus, sed eo fere modo quo in forcipibus una jungerentur.

Lingua in sui extremo osseis corpusculis instar dentium aspera, quæ in

ANH. extremitas acuta & secantia erant. Aures pene ut in homine dispositæ, oculi
1672. perparvi, ut in sue.

Pellis detraeta in superficie interiori in aquilis erat, & quasi alveolis disticta, qui totidem iohombos referabant: secundum dorſi longitudinem, ubi crassiores sunt aculei, mūsculo conaturi qui in ea parte densior est, tenaciter adhaerebant. Hujus mūsculi eadem origo quæ in aliis animalibus, pars illius interior multis & validis nervis instar rebus inter se contextis donatur. Quatuor hinc inde sunt mūsculi qui pellem separatum in diversis partes movent.

I X. Echini minores mas & feminæ caput, tergum, lumbos spiculis armata habent; in feminæ mammis octo erant papillæ distinctæ, panniculus carnosus vel communis mūsculus, ut in hystrice ab osibus innominatis ad aures usque productus spinam dorſi peragratabat, sed circa adhaesionem; nam hic est illius usus ut caput ad partes pectorales adducens corpus instar globi contrahat, & spiculis erectis catum morsus cludat.

Splen incisus erat fere ut cista galli; pancreati eisdem pene figuræ adhaerebat: partes alias tum nutritioni, tum generationi destinatas nihil necesse est minutius exponere. Oculi structura erat singulitis, nec aquosus humor, nec vitreus sui copiam fecerit; cornea tunica crystallino sphæticæ figuræ, uti & retina conjunctæ erant: nulla Itidis firma, ac palpebus apertis oculus non alium quam atrum colorem exhibebat.

X. Duorum Simiorum genera à Plinio distincta sunt, unum cauda deſtitutum, quod communis simiae nomine solet designari, alterum eorum qui cauda donantur, qui iterum in duo genera dividuntur. Primum eorum est quos Cercopithecos vocant, à Græcis mutuata voce, quod sicut cauda inserviunt; alterum eorum est, qui canino sunt capite: unde Cynocephali appellantur.

Paulo aliter ea genera vulgo distinguunt: nam qui maiores sunt, simil vocitantur, sive sint absque cauda, sive ea donentur. Minores vulgo *Gue-nons* dici solent. Qui disiecti sunt quatuor, inter Cercopithecos numerantur.

Hæc erant utrisque communia. 1. palpebrae cibis, ut in homine erant immunitæ; quod in simia inter quadrupedes animantes singulae obſervavit Aristoteles. 2. In maxilla inferiori facetus inest, in quo reponunt educta postea usui futura. Hic membranis, fibris carnosis & glandulis conſtat; fibræ contrahuntur & laxant siccum, ut excipiat & exprimat quæ in eo sunt condita. 3. Dentes candidi & hominis dentibus non abſimiles; niſi quod canini superioris maxillæ longiores, inferioris sint breviores. 4. Pedes manibus pene conſimiles; ac pedum digiti tam longi quam manuum, contra atque in homine. Pes pollici longo & à reliquis digitis secreto est preliuſus; in manu is cum ſecundo digito pene coſtæt.

X I. Et quidem partes simiae exteriores ſunt vulgo notiores quam ut longiori eritione indigeant. Aures rotundæ & parvæ iis qui de Physiognomia impere occationem prebuerunt hemines rotundis & parvis auriculis pectoris maligras & veritate indolis nimulare.

Partes interiores corporis humani paribus non omnino ſunt conſimiles,

ut visum est Aristoteli, Plinio & Galeno; nec penitus dissimiles, ut placet *Hift.*
Alberto Migno: tametsi hominem magis refert simia, si partium externa-*Anim.*
rum potius quam interiorum habeatur ratio.

Pecitoneum ut in canibus: Epipoon ab humano in multis dislidet; hoc longè majus intestina ex omni parte involuens, ut in plerisque animalibus qui ad currendum sunt comparati, fortè ut tuncora sint intestina & alia viscera ab illa successione quam cursus celeritas efficit tueatur. Membranæ tamen ex quibus Epipoon contexitur, continue sunt, ut in homine, non instar retis perforatae, ut in brutis plurimis.

Structura viscera ab humani corporis structura in multis dissudebat, neque illa discrimina persequi nostri est instituti. In foemini partes generationi destinatae cum mulierum partibus magnam habebant similitudinem. Consimiles in utrisque mammae musculis thoracis itidem incumbentes.

Cranium humano non assimile, rotundum, & ex utroque latere non-nihil complanatum: neque os illud triangulare aderat, quod in magna brutorum parte cerebrum à cerebello distinguitur. Magnum erat cerebrum pro corporis mole; anfractus in anterioris cerebri cortice pene ut in homine: sed pauci in cerebello etant conspicui, altius tamen incisi. Apophyses mammillares non molles ut in homine, sed duræ & membranose; duriores quoque erant nervi optici. Vixla v. la Luette quæ brutis decet, in simia conspicitur, ut in homine. Quin etiam musculi Laryngis, Pharyngis, linguae, ossis hyoidis, qui magna ex parte vocis explanationi serviant, huic non deerant. Atque hi musculi multo majorem cum humanis habebant similitudinem, quam manuum & pedum musculi, tametsi vocis articulationi non serviant: adeo ut hinc concludi possit non propterea exerci certas actiones à brutis, quod organa habeant his exercendis idonea: nam si sola organorum conformatio sufficeret, nihil esset cause ut simæ locutio, & vocis articulatio decet. Nullum enim huic exercenda decet organum quod in homine reperiatur. Pedibus pene utuntur ut manibus.

X. Posticmo ex quadrupedum genere cervus Canadensis, & cerva Sardiniae dissecti sunt & descripti: cornu cervinum sex ramis distinctum erat: Majori studio illius natura sicut observata, præsertim origo ejus & nutritio. Pelle vestiuntur cornua vasis sanguinis intus conspersi: unde & cornu substantia plurimis sulcis ferè ut pars interior cranii humani est excavata. Magna sanguinis copia pelle detracta effluit. Cum solida sint cervina cornua, alia plane ratione otiuntur & aluntur, quam que cava sunt in plerisque animalibus. Nam ossi frontis nullius rei interjectu adhærescunt, quod multo magis spongiosum est & tatum quam in aliis brutis. Cava quæ sunt, ut in boibus, ossi frontis non ita cohærent. Sed in iis os quoddam frontalis appendicis instar cornu cavitatem subit pericranio tectum, & hujus membrana communis interpositu crano ipsi agglutinatum: idque ex vasis pericranii ortum & incrementum capit. Nam appendix illa ossis frontis velut crusta quadam inducitur, ut sit verisimile illam ex substantie cuiusdam vasis pericranii conclusæ exsudatione concrescere, que cum inducerent, pene ut in unguibus, alia subinde velut crusta inter pericranium

ANN. & priorem crustam succrescit, quæ instar glutinis adhaeret, eamque **1674.** trossum pellit, atque ita deinceps alia aliis accrescent fere ut cochlearia in limacibus, aut conchæ in ostreis, ex pluribus nempè lamellis aut foliis compositi. Unde & cava cornua plerumque rugis sunt aspera & facile in folia dividuntur.

Solidi que sunt cornua ex superficie exteriore aluntur & crescent, atque ex substantia magis terrena constant quam cava quæ est materia aquofore formantur. Nam ignis calore hæc sunt moliora: cervorum cornua de ossium, imo & de lapidum natura multum referunt. Unde & in maioriæ oculi angulo lapideam substantiam quæ lachryma cervi appellatur, ossi accrescere vulgo assertunt. Os quidem in cordis basis conspicuum illud ipsum confirmat, hoc animal succo abundare qui in oscani & quasi lapideam substantiam facilè concretit.

Reliqua omittimus: Intestinorum volumina 96 pedibus longa erant. Hæc utique tanta longitudine in bratis quæ ex herbis vivunt, satis vulgariter est, non item in iis quæ carnibus vescuntur quod illis herbae minorem succi alimenti copiam suppeditent, necesse adeo furti ut amplius ventriculus majorem herbitum congetem continerent, & diutius in iisis intus suis caloris naturalis vi coquerentur. Unde in cervo ut in tunniantibus sic erant dispositi ventriculi.

C A P U T I V.

De Historia anatomica quarundam avium.

I. DE quadrupedum genere haec tenus: nunc ad volatile transendum quod vel ut aliis placet, corvus marinus, v. *Cormoran*, qui frequens est in mari littoribus. Oblongo is est rostro, aduncu & acuto, quo pisces capiat: sed cum à tergo tantum, aut à lateribus iis insidietur, atque eis cam cœfam eorum caudam aut pinnas deglutiire non possit, capitos sursum in aëre sic projicit, ut caput magna dexteritate primum excipiat, nec aberget unquam. Ad pīcationem hæc avis magno usui esse solet: sed collis oblongioris pars infima annulo ferreo constringitur, ne pisces & sophago latiori exceptu ejus ventriculum subeant.

Quatuor pedis digiti membranis erant devinetti ut in Anseri Scotico jam ante observatum fuerat. Quatuor illi digiti à primo ad ultimum per gradus deciescebant. Primus extorsum, reliqui intorsum vergabant, primus quinque, secundus quatuor, tertius tribus, ultimus duobus tantum ossibus constabat.

Structura pedum natationi visa est maximè ac commodata: triplici enim membrana quatuor digiti una colligati aquam magna facilitate retrosum agunt. Quin etiam Gelnero teste, pede altero prædam sursum vehunt, cum interum pedum digitis & membranis intorsum deflexis aquam sub-

Ventre recta perirent : nec corpus hue illuc deflectit. Secus evenit si digiti extrosum prominerent : tum enim idem accideret quod in scapha cernimus, dum uno dumtaxat ramo impellitur : ea quippe in orbem agitur, non recta promovetur : ac pedum brevitas huic quoque rei servit. Nam si pes longior esset, obliquus magis foret natatus, ac pes non recta ventri subjiciens facile hue illuc defleceret.

Ventriculus & celophagus ejusdem formæ & amplitudinis visi, ubi aëre sunt inflati : pylorus non sursum reflexus, sed quasi in medio positus ; pars ejus muscularia instar facci deorsum pensilis, forte ut sursum propellat quod è superiore & longiori ventriculo decidit, ubi coctio alimentorum peracta est. Interior ventriculi membrana glandulis inter se conglutinatis conspersa est quæ superficiem interiorem velut granis asperam efficiunt. Conflimilis scè structura infimi ventriculi in quibusdam struthionibus inventa est. Duæ appendices quæ duplex velut cæcum efficiunt, quas in omnibus reperiuntur avibus testatur Belonius, huic avi debeat.

Renes non ut in maximi avium parte in tres lobos divisi, sed velut dentibus incisi erant instar cristæ galli.

Cystis fellea à jecore se juncta, collum tantummodo huic cohæbat ; lienis cum ventriculo nulla erat per vasa connexio.

Asperæ arteriæ integri erant annuli. Qua parte in duos ramos diducitur, firmo & osleo annulo munichatur.

Crystallinus oculi humor globosus erat fere ut in piscibus : nam in aqua prædam suam aucupatur.

II. Corvum martinum exceptit quoddam gallinarum genus, quas Barbaræ aut Africæ gallinas vocant, atque ob elegantem macularum picturam v. *Des Pintades*, nominantur ; tamen si colores tantum duo albus & niger alternis ordinibus aptè dispositi, & quasi penicillo delineati ob figuræ æquilitatem conspiciuntur. Unde & varia & guttata à veteribus dictæ sunt, quod velut albis guttis & candidis sint distinctæ. Ad Gallinas nostras proprius accedunt quam ad perdices, hoc uno excepto quod caudam habent ut perdices deorsum inflexam. Quæ de ave Meleagridre scriplerunt veteres, haic omnino convergiunt. Caput cristâ velut casside munitum, cuius substantia quasi lignosa, ut Clytus apud Athenæum testatur. Albae plumatum maculae ; ciuita in maxibus sine calcaribus, ut alia omissam plurima, in gallum Indicum, uti recentioribus quibusdam videtur, non cadunt.

Interiores partes perè ut in gallinis erant conformatae. Infimus ventriculus, v. *Gaster*, ut in gallina ; interior ejus membrana à parte carnosâ facilè separabilis instar taurini glutinis erat, & exsiccata instar vitri fragilis. In plerisque scirtosum jecit velut granis majusculis conspersum. In suprema ventriculi parte corpus erat subruberum & firmum cum venâ cavâ, aortâ, portâ, intestinis cohærens, quod non aliud esse praeter lienem judicatum est. Ubi scirtosum hepatis inventum est, hoc quoque corpus ovale eodem virio affectum erat. Aët per asperam arteriam immisus pulmones traxit & vesicas quæ in ipso abdomen posita sunt, imo & Peticardium inflavit.

ANN. III. Tres deinde Aquilæ sunt dissimiles, duas etant ex eo genere quod
 1674. Chrysaëtos, aut grecios nominatur, quod colore aureo plumæ nitent,
 & genuinae sunt aquilæ, nos tegias dicimus: tametsi triplici colore plumæ
 distinctæ erant. Non curta modo, sed totum penè corpus plumulis albis
 in ipsis pennarum radicibus adversus vim frigoris muninunt. Uni ex tri-
 bus plumæ non erant decisaæ, sed pennæ erant submigrae: adeo ut haec
 potuerit ea specie Aquilatum censer, que in locis mari finitimis degit,
 quæque propterea Halictos à veteribus appellatur. Hujus itidem pedes ex-
 reruleum colorem exhibebant, qua nota ab aliis eam spiem sejungunt.
 Membrana multo adipe consperata intestina, jecur & ventriculum in dua-
 bus regiis involvbat; è ventris abdomine contentis quæque per asperam
 arteriam aëre distenduntur, originem ducebant, eaque Epiploon habeti-
 merito potest.

Oesophagus & ventriculus forma exteriore & amplitudine consimiles.
 Sed pars interior & inferior oesophagi multis erat glandulis referta, cum
 in ventriculo esset multis rugis aspera. Uterque tum oesophagus, tum
 ventriculus amplitudine sua hujis avis voracitati respondebat. Intestina ad-
 modum exigua & brevia qualia sunt in animantibus voracibus que ex
 præda vivunt.

Lien ventriculo proximè conjunctus ex dextro latere: In Aquila, que
 Halictos dicitur, sub dextro hepatis lobo jacbat, intestino per ramos
 portæ & arteriæ cœliaca conjunctus. In eadem Aquila pancreas parte sui
 insima rotundum erat & perforatum, ut ductui hepatico transiūm pæbe-
 ret, qui nulla cum ductibus pancreaticis inita societate in ipsum intestinum
 definebat.

Tres erant ductus illi pancreatici; atque hoc singulare habebat eorum in-
 fertio, quod in duodenum, non in jejunum, uti solet in avibus, defini-
 ret, & unicuique sua esset papilla.

IV. Aquilatum descriptionem exceptit anatomicæ duplicitis ejusdem avis
 Africanae, quam Auctores ad genus gallotum referunt, & gallo Indico no-
 mine insigniunt. Nam gallus noster notissimus eodem nomine donatur, ta-
 metsi ex Africa in has regiones advectus fuerit: Et tamen hoc gallorum
 genus in Brasilia reperiatur. Eiusdem enim est forma cum eo quicunque Margra-
 vius describit, quique *Mitu-poranga* in his regionibus appellatur.

Duo erant canales hepatici, quod in avibus rarum est: cystis fellea in
 altero ex his gallis antractuosa erat, in tres velut cellulas divisæ; ductus
 cysticus amp'us è parte summa exhibet, & tres illi ductus una cum duobus
 pancreaticis quinque foraminibus sibi finitimis intestini rugam subeunt,
 qua velut communis papilla vestiuntur.

Reliqua fæcè ut in ejus generis avibus. Intestinorum longitudo erat 12
 pedum, maior quam pro eorum mole. Renes variis velut maculis distinguiti,
 que substantiam eorum ex glandulis conglomeratis constitutam indicabant.

V. Avis tarda, v. *Outarde* ejusdem pene molis cum superiore, sed for-
 ma dissipata, & variis plumarum coloribus, pennis non est alius similis. Sex
 quidem hujus generis aves oculis & cultro subiectæ sunt, collo & cruribus
 oblongis, sed pennis brevioribus instructæ, ad volandum sunt tardiores.

Tres tantum sunt digiti in pedibus, nullus posterior, cuius loco est cal-lum quoddam parva nucis magnitudine: ungues figura ovalis ex utraque *Hipp.*
parte convexi. Jecur amplum, cystis fellea, & ductus tum bilioſi, tum pancreatici eo penè modo in jejunum intestinum desinunt, quo in gallo
Indico: adeo ut eorum oſtia inter ſe diſtincta eadem appendice quaſi
papilla tegantur. Magnus glandularum numerus inter œſophagi membranas
ceincatur, quaे ferè ut apum alveoli erant dispositæ; unaquaque
ſuo foramine periuſa, ſuo itidem tubulo donata; preſſæ liquorem ex-
primebant, qui membranam intumam œſophagi penetrabat. Eadim perè
glandularum ſeries in maxima avium parte occurrit, ſed non adeo conſpicua.

Inſimus ventriculus v. *Gefſer*, penè ut in gallinis: verum illius du-
rities non ex parte muſculola quaे in hac ave valde tenuis eſt, ſed ex
membrana interiori admodum dura & denta, in variaſ rugas complicata
proficiſcitur. Hic ventriculus lapillis imo & denariis cupreis referutus
apparuit, qui mutua collisione circa corroſionem ullam in partibus ex-
tantibus, non in cavis aut depreſſis detriti videbantur, quod depreſſæ ab
attritu immunes fuerint: unde nullum in iis eroſionis veſtigium, nec ru-
bigo, nec asperitas ulla apparuit.

Nervus opticus poſtquam oculum ſubiit, complanatur, ac limbū
efficit candidum ovalis figura, ex quo nigra membrana exiit inſtar cru-
mena quaे in posteriorem vittei humoris partem deſinit. In parte infe-
riori roſtri plutes extant glandulae ſub ea membrana quaे has partes te-
git; ex iis per ductus ſatis conſpicuoſ in oris cavitatem liquor effun-
ditur.

Avem tardam plerique recentiores eſſe Otum veterum putant: ſed
longè probabilius videtur illam eſſe planè diverſam, neque aliam eſſe
quam avem eleganti ſpecie decoram, quaे vulgo nobilis Numidiæ pucl-
la vocatur. In eam nota omnes quibus à veteribus deſignatur, ap-
plicime conueniunt. Prima eſt ipſe corporis habitus quaſi ad saltandum com-
poſitus: ſecunda, eſt in plumis ad aures prominulis; unde & nomen
Otus nacta eſt. Tertia eſt coloris ipsius quem Alexander Myndius apud
Atheneum plumbeum eſſe & ad cœruleum vergeret reſtatur. Huc acce-
dit in Africa eam reperiſi. Quaे *Versaliis* ejus generis aves custodiuntur,
videri ab hominibus geſtiunt, cumque in eis hominum conver-
tuntur oculi, ſtatim exſiliunt & mulieres illas circumforaneas quaſ Bohe-
mas appellant, ſaltando imitari videntur.

V I. Atque hæc de externis partibus. Jecur ſchitroſum erat in nonnul-
lis, ex granulis flavis inſtar granorum milii coalescens. Hinc ſtructuram
hepatis ex lobulis conſlari, qui iterum e glandulis conſtant, iuſta ſuſpi-
cio fuſt. Quin & capillares ramuli porta, cava, & ductuum biliarium
utrumque peragabant lobum; cumque jecur non omnino induruerat,
ærie per eos ramulos immiſſo non lobuli modo, ſed etiam glandulae ple-
rumque ſimul & cum lobulis, aliquando ſeparatim intumefiebant; atque
ex ea intumefientia validius argumentum conſiſtit jecur e lobulis & glan-
dulis eſſe conflatum, quam ex iſipsis granulis induratis: ex quippe ex obſ-
R

ANN. tructione formari possunt , ut evenit in liene, qui tamen ex glandulis non
1674. compingitur.

*L*atynx ut in Ansere , asperæ arteriæ annuli integri & ferè ossi mito artificio dispositi , utrumque sic incisi , ut unus alterum ex parte teget. Nec minus mirabilis est totius arteriæ asperæ conformatio : postquam enim recta descendit secundum collum longitudinem , extrosum deflectit , nec pectus , sed cavitatem in sterni osse paratam subit , tum sūsum reflexa versus eam partem qua ingressa est , in pectus descendit. Annuli in eo circuitu ita sunt conjuncti ut moveri non possint. Nam sterno conclusis nihil motu opus est.

C A P U T V I .

De Struthionibus & Ave quadam Indica struthionis consimili.

I. *S*truthiones octo diversis temporibus dissecti multa observatione digna præbuerunt , seu exterior hujus avis forma , seu interiorum partium structura spectaretur. Nam ut alia omittamus quæ satis nota sunt , oblongum collum quod gracilis videtur , quia plumis destituitur , uti & caput , oculos humanis non absimiles ovalis figuræ , palpebram superiorem longis ciliis munitam , quæ sūsum & deorū movetur , tertiam oculi palpebram seu tenuem membranulam in majori oculi angulo versus rostrum conditam : Lingua erat penè ut in pisibus palato agglutinata ; pes in duos digitos scissus ut in camelo ; interior & major pedem hominis calceatum referebat. Unde à nonnullis Struthio - camelus appellatur ; quin etiam in parte sterni intima callosa pars eminens , in quam cameli instar recumbit.

II. His inquam omissis plumarum species accuratiore examine digna omnibus visa est. Harum eadem erat toto corpore structura , quæ partim candidæ , partim nigrae erant , alternis ferè ordinibus distinctæ : in extremis caudæ & alatum maximæ cernebantur , & plerumque albæ. Minores ex albis nigrisque permixtae dorsum & ventrem muniebant. Id vero in Struthione est peculiare , quod penè omnes sunt uniusmodi. Nam in aliis avibus aliae sunt molles instar lanuginis , aliae durae & firmæ : illæ aduersus aquæ & aëris injurias sunt à natura concessæ , hæ ad volatum comparatae. Sæpè in radice sunt molliores , versus extrema firmæ & squamosæ ita inter se dispositæ , ut duriores quæ sunt in extremis tegant aliarum lanuginem , ex qua velut pellicularum textura quedam villosa pellis v. *Fourre* efficitur.

III. In Struthione plumæ omnes sunt molles & teneræ in tenues villos diductæ : adeo ut & volatui sint prius inutiles , neque ab externis injuriis satis eos tucantur. Illud quoque in majoribus alatum pennis observatum , quod calamus per medium eatur producatur , cum in aliarum avium pennis plumulae laterales quæ barba vocitantur , longiores sint ex una parte caudicis aut trunci , breviores ex altera.

Aviū enim pennæ ex dupli constant parte , ex caudice nimitem , qui

usque ad extremum sensim minuitur, & plumulis utrinque huic annexis, *Hist.* quæque pennæ ipsius latitudinem efficiunt. Pili ex quibus plumula quæque *Anim.* contexitur, plani sunt, & in plano se se tangunt, ut faciliter flecti possint & arctius sibi mutuo conjugantur, neque in partem oppositam deflectant. Hinc major pennæ firmitas. Ac ne facile à se mutuo divellantur, utique divulsæ statim cohærent, singulæ plumulæ utrumque filis contortis & seriatim dispositis muniuntur. Nam ea filamenta velut hami quidam in una serie deorsum paululum intorta, eaque cum serie vicinioris plumulæ, cuius fila sursum crispantur, ultrò cohærent. Quod quidem naturæ artificium, omnis adeò pennatum structura, quæque ad volatum avium pertinent fusi explicantur & figuris exprimitur in descriptione struthionis.

I V. Hæc mirabilis pennarum fabrica, quæ Microscopio facilius conspicitur, proposito naturæ fini quam aptissime respondeat. Cum enim vi quadam exteriore filum unum ab altero se junctum fuit, incredibili facilitate cum eo tedit: quod aves ipsas non fugit, quæ dissociata fila rostri apice in ordinem componunt, eaque divulsa restituunt.

Nam ad volatum duo sunt imprimis necessaria, primum ut aëri pennatum percussione plurimum resistat; alterum ut sublati alis quam minimum obster. Cavendum enim fuit ne id ipsum quod depressione alarum quæsumum ab iis fuit, pennis erectis statim amitterent. Quamobrem pennæ in ala ita sunt dispositæ, ut ea depresso latior sitat, & magnam aëris motlem verberet. Sed ubiala erigitur, pennæ contrahuntur, ita ut singulæ parte sui dimidia vicinarum dimidiæ quoque latitudinem tegant, neque amplius ad libellam & quasi horizonti parallelæ jaceant, sed penè verticales aëta fecent, qui idcirco minus resistit: ut remi dum reducuntur, quasi cæsim aquam feriunt, neque iis aqua adeo obsistit. Adde illud quoque maiores alæ pennas quæ versus extrema sitæ sunt, tum evolui, cum aëra verberant, ut in arctius spatium comprimuntur, cum ala erigitur.

V. Sed ut eo revertamur, unde narratio nostra deflexit, & partes interiores strictum decurramus: Ventriculus erat amplius & carnosus ut in avibus quæ granis pascuntur; lapillis & numis æreis refertus, ut in avi tarda repertus est. Numini exesi itidem erant ex parte convexa. Ac musculosa illa ventriculi substantia non tam videtur calore congenito, quam motu ipso & attritu alimenta comminuere. Nec metalla digerit, aut in chylum mutat, sed una cum herbis terit. Hinc color viridis, non albus, ut in iis quæ caloris vi quoad substantiam ipsam mutantur.

Colum intestinum folia transversim disposita quasi rotideni semi-circuli distinguebant, folium quoque instar cochlearum conoitum inius cœcum vesticbat, pene ut in vulpe marina, in leporibus & cuniculis.

Jecur humano pene consimile; cystis fellea deerat, sed canalis hepaticus è medio partis cava ortus in pylorum definiebat. Hic canalis è tribus satis ampli ramis, qui totius jecinoris substantiam pervadebant, coaluerat. Duo itidem erant portæ trunci à se mutuo disjuncti; quisque suas habebat radices sibi proprias. Pancreas decem digitis longum ut in magna avium parte situm, è glandulis membranatum ope inter se devinctis compositum; insertio ductus pancreatici tribus & amplius pedibus distabat ab insertione

ANN. canalis hepatici. Lienis parenchyma firmum erat & solidum, quale est in 1674. quadrupedum renibus.

V I. Respirationis organa multò accuratiùs sunt observata quàm in aliis avibus, quod in struthione vesicæ sint firma & dense sere ut suilla: in plerisque avibus adeo sunt tenues, ut difficultatum sit eas inter dissecandum non perforare. Qui sint tot vesicarum usus quæsitus est, & avium respiratio cum terrestrium animantium respiratione comparata. Cum spiritum ducimus, & fit inspiratio, pectus dilatatur, diaphragma complanatur, viscera abdomine contenta deorsum pelluntur. In expiratione pectus contrahitur, diaphragma sursum tollitur, hinc thoracis capacitas fit angustior; sanguis vatis pulmonum, tanquam pulvillis mollioribus contentus presius exprimitur. Diaphragma vero tum motu ingemito, tum maximè vi musculorum abdominis, quorum munus est viscera comprimere, sursum adigitur.

In avibus vero debiliores sunt & minores musculi abdominis quàm ut hoc ipsum præstare possint. Nam sternum ad imum usque ventris descendit, ut musculis pectoris qui ad alas deprimentas in volatu sunt necessarii, præbeant originem. Quare aliud artificium adhibuit naturæ opifex. Cum enim superiores vesicæ pectoris subeunte aëte implentur, inferiores tum distendi non possunt, sed à superioribus pressæ detumescunt. In expiratione autem aët pectori conclusus partim per Laryngem erumpit, partim exinanitas vesicas inferiores implet, adeo ut aëtato pectori abdomen dilatetur, & viceversa: cum vesicæ abdominis implentur, contenta viscera coarctantur, atque idem pene efficiunt inferiores avium vesicæ, quod abdominis musculi in aliis animantibus.

Quod exemplo folium quibus utuntur fabri, satis apicè illustratur. Ii quippe sunt duplices & ita dispositi ut sublatum inferiorem aët subeat, eoque depresso per foramen alæ quæ instar septi ambos folles distinguit, in superiorem committit, & alam illius supremam attollat, idque alternis efficitur.

Hoc expertiri placuit in anseribus, & gallis Indicis; nam aperto abdome illæsis vesicis, thorace depresso in expiratione inferiores vesicæ inflatæ apparebant, quæ thorace dilatato subsidere visæ sunt.

V II. Avis quædam India ante annum 1597. in Europa nunquam visa in Indiis *Line*, à nobis *Casuel* dicta, postremo dissecta est & descripta. Hec struthioni corporis mole proxima, & in structura pene est consimilis. Alæ admodum parvæ, adeo ut sub dorsi pennis delitescent; pennæ ipsæ ursi, aut apri pilis similes, ex fibris oblongis, & crassis compositæ, omnes ejusdem figura, non ad volatum, sed ad tegendum corpus destinatæ, duplice velut caudice constabant.

Collum erat implume ut in gillo Indico, uti & caput cui crista instar cassidis insidebat, terfa & nitens instar cornu: quin & illius substantia ex variis composita lamellis pene cornea videbatur. Extremum rostro in tres partes divitum ut in gallo Indico. In parte colli infima duæ erant appendices carnosæ sere ut in rostro inferiori gallinæ.

In medio sterni tuber implume & callosum apparebat, cui instar cameli

incumbit. Crura recta & admodum crastæ uropygium itidem amplum & ob-
tusus quam in ulla avi nobis cognita.

*Hift.
Anim:*

Ventriculus musculosus huic deerat : cum tamen pane & leguminibus
vescatur ; sed multiplici ventriculo donatur , unde & solidiora quæque ali-
menta digerit.

VIII. Respirationis organa ut in struthione aetiori studio sunt observata, duo
imprimis pulmorum musculi, quorum origo carnosæ admodum in sex ve-
luti capita divisa , quæ juncta in aponeurosim, aut tendinem amplum abeunt,
quo pulmo involvitur , & à vesicis seceruntur. Postquam enim aëri pulmo-
nes pervasit , per foramina in hoc tendine aperta vesicas subit ; quas dia-
phragma , ut aponeurosis seu tendo pulmones & cestas tegit : adeo ut ves-
icæ inter aponeurosim & diaphragma concludantur , uti pulmones inter
costas & aponeurosim seu amplum tendinem.

Neque illud abhorret à verisimili hos musculos motui thoracis inservire.
Nam costas qua in avibus duplices sunt & inter se articulatae, deorsum tra-
hant : squidem ab angulis quos costæ unâ conjunctæ efficiunt , oblique des-
cendent versus dorsi vertebrales, quibus costæ utrinque illigantur.

Deinde suspicari licet eosdem musculos aëri retinendo conferre , ne ea-
dem facilitate exeat , qua subiit. Nam aperta foramina quibus liber aëri adi-
tus pater in vesicas aut saccos , in parte carnosæ musculorum ut plurimum
insunt : hæc contractionis & dilatationis spontaneæ capax est. Quin etiam
chameleo cuius pulmones avium pulmonibus sunt cœsimiles , diu continct
aëra ; interdum ita intumescere visus , ut disiunctionem minaretur. Sed &
diu in eo statu manet , tametsi spiritum ducit & reddit , quasi aëra in qui-
busdam vesicis , quarum ostiola in parte musculorum carnosæ sita sunt ,
contineret , & in aliis liberum aëri aditum & exitum permitteret.

IX. Vesicæ ab utroque diaphragmate & musculis separati poterant , pro-
pria quæque tunica munitæ. Quarta vesica non usque adeo descendebat ,
atque in aliis avibus solet , quod sternum perparvum sit , maiores adeo ab-
dominis musculi , ita ut quarta illa vesica non adeo sit necessaria , atque
in avibus quæ majore sterno donantur.

X. Palpebra interior oculi quæ omnibus avibus inest , intentis animis con-
siderata singulare naturæ attificium oculis & animo subjicit. Hoc unique
positum est in funiculo qui per trochleam ductus membranam illam instar
veli senestræ appensi aut distendit , aut adducit. Ea quidem membrana ex-
tensta est figuræ triangularis , ut complicata circuli segmentum exhibit. Ejus
basis vel origo interiori angulo oculi est finitima ; in eo magni circuli mar-
gine quæm sclerotica tunica cum cornæ efficit , sita est , eaque tertiam &
amplius ejus circuli portionem occupat , & protus immota manet. Reli-
qua duo latera dextorum & sinistrorum producuntur , idque fit ope mus-
culi cuius origo est in eodem margine sclerotica posita versus majorem
oculi angulum. In ortu suo amplius est , tum sensim minutur , dum in ten-
dinem exilem & rotundum abeat sub nervo optico qui pertusum alte-
rius musculi tendinem subit : adeo ut hic tendo perforatus trochlea munus
obeat , & obster ne alter major musculi tendo nervum opticum ledat , dum
super cum incedit , & inflexus posteriorem oculi partem decurrit , ac pal-

ANN. 1674. *f*b̄e interioris angulo inferiur. Alter & minor musculus, ejus tendo est perforatus, ex sclerotice itidem margine oritur, sed ex parte priori opposita versus minorem oculi angulum, qui posteriorē oculi partem decurrens alterius musculi tendini occurrit, eumque, ut diximus, complectitur.

Prioris & majoris musculi usus in eo consistit, quod sui tendinis interventu palpebram interiorē distendat, qui corneam tegat: hujus actionem adjuvat alter musculus. Cum enim in gna per corneam tractio futura esset, opus fuit longiori musculo, qui totus in oculi globo collocari non posset. Quare tam longi musculi actionem per duos mediocres suppletam oportuit, quotum alter inflexus majorē in angusto spatio longitudinem occuparet.

Hujus interioris membranæ quo in omni ferme animantium genere, sed diversa ratione & structura reperiuntur, substantia cornea pene est: hic præcipuus ejus videtur usus ut corneam abstergat & humore idemtideum perfundat, ne exsiccata minus pellucet. Unde homini & simiæ deest, qui manibus possunt oculos mundare. Id enim officia membrana quod homines manibus, ut si quid pulveris oculi globo adhaeret, id membranæ ope detergatur. Tamē id postea fuit à D. Du Verney observatum in quadrupedibus eam palpebram esse immobilem, & pene cartilagineam. Nam iis factis fuit si globus oculi idemtideum affrictus membranæ glandulis, humore ex iis manante perfunderetur. Et quidem ductus glandulae lachrymalis in homine ultra glandulam non producitur, ut in avibus, ubi ad medium usque interioris palpebrae excutitur, & sub ea liquorem effundit in corneam dum palpebra it reditque singulis pene momentis.

XI. Hæc quidem de historia avium anatomica. Quæ autem in extremo opere subjicitur magnæ Testudinis ex India Orientali adiectæ accurata descriptio commodius forsitan in eum locum esset rejicienda, ubi agendum erit de hoc genere animalium quæ dicuntur amphibia, quod in terra & aqua degant; in antecessum tamen per pauca ex iis quæ in hujus animalis conformatioe sunt consideratione digna velut in transitu subjiciemus.

C A P U T V I I.

De Testudine.

I. **H**æc Testudo quatuor pedes longa, squama tanquam clypeo dupliciti munita erat, caue ex variis partibus inter se acutissimè connexis compacta, quæ uni & eidem ossi interiori quasi cranio cuidam cohæabant. Squamæ illæ ignis calore ab osci divelli poterant, & plerisque ex iis figuram pentagonam refrebabant. Caput, humeri, brachia, crura exta testam prodibant pelle rugosa & granulis aspera. Labiorum pellis pene cornea & instar ferræ incisa; pedum digiti longis unguibus tantum distincti apparebant ex utraque parte distinctis, posteriore tantum ungue innixa proximum lento gradu incedunt, tum proximo & ita deinceps separatum incum-

bentes rotundum pedem instat rote circumagunt, & unguim in terra, *Hist.*
ut clavorum manent impressa vestigia. *Anim.*

Cauda in sui extremo erat cornea; post mortem sic incurvata, ut nulla
vi flecti potuerit. Eadem inflexibilitas in maxillarum muscularis reperta, qua-
rum ex Aristotele vis est maxima. Caput parvæ testudinis amputatum sic
maxillas per semi-horam collidebat, ut strepitum quemdam ederet.

Oste interior quo viscera continentur secto, membrana quæ inferiorem
ossis partem succingit, quæque peritonai & pleuritidis vices obit, ventri-
culus, intestina, jecut & alia viscera in conspectum venetur. Jecur in
dextram & sinistram pattem, quæ velut isthmio quodam, inter se con-
juncta erant, divisum, duplice vene cava truncu, duplice itidem ramo
hepatico instructum erat. Splenis eadem pene forma, quæ renis in pleris-
que animalibus. Vesica erat magnitudinis & figuræ proflus insolita, 12 &
amplius urinæ limpidae libras continebat, in longum porrecta instat intestini,
collum in medio situm non in altero illius extremo. Exerior tunica mem-
branosa, interior crassa innumeris fibris inter se decussatis, & mutuo in-
textis munita, fere ut in auriculis cordis. Eatum quippe usus videtur con-
similis, ut capacitatem vesicæ contrahentes contentam utinam exprimant.
Cum enim inferioris ventris desint musculi, qui vesicam ptemant, in
seipso eam vim habere debuit qua se exonerare posset.

I I. Cordis forma aliis pene omnibus plane dissimilis. Nam major di-
mensione erat in latum; basis tres digitos patebat, à mucrone lesqui digito
tantum distabat. Ambæ auriculæ ex basi exhibant quasi pendula; duo cavae
trunci ab hepate prodeentes in utramque auriculam sanguinem devehebant:
hunc auriculæ in suum quæque effundebant ventriculum, & unicuique
ostio tres erant valvulæ sigmoides, quæ obstatant ne sanguis ad auriculas
remearet.

I I I. Aspera arteria in primo pulmonum ingressu non tubos cartilagineos,
sed membranosos spargebat. Hi ductus tenues & pellucidi quibusdam li-
gamentis in formam retis contextis firmitatem nocti quasi annulos aut fibulas
efficiebant, ex quibus in sacculos, & ex iis in alias patebat aditus.

I V. Cum in homine & in terrenis animantibus pulmones carnosæ om-
nino videantur, in testudine, ranis, serpentibus &c. iidem sunt penitus
membranosi, in avibus partim carnosæ, partim membranosi: hoc discri-
minis non ex pulmonum fabrica, sed ex majori aut minori copia sanguinis
& vasorum repetendum viderut. Nam in omnibus ex congerie vehicula-
rum, quarum interstitia replet vasa sanguinea, pulmones conflantur. Vasa
in homine & brutis tam copiosa & inter se conferta carnis speciem præ-
bent, & quasi minores lobos bronchiorum tubulis annexos exhibit. Ex
iis lobulis majores pulmonum lobi coalescunt.

V. Hinc motus pulmonum in terrenis animantibus, & in avibus con-
tinuus est non interruptus. In testudine, ranis, Cameleonte &c. rator &
inæqualis. Aperto thorace in cane vivo, & sterno sublatu, statim pulmo
concidit, & circulatio sanguinis brevi cessat, distensis cordis tum dextro
ventriculo, tum auricula ejus & vena cava, ita ut pene disrumpantur;
cumque animali vitam producere libet, aptatis asperæ arteriæ follibus aët

ANN. immissus pulmonem inflat, tum detumescere sinitur, atque ea ratione motus
 1674. pulmonum & cordis continuatur, ventriculus cordis dexter & vena cava
 decumescunt. Contra in testudine apertus pulmo seu inflatus maneat, seu
 concidat, motus cordis, idque quatinus spatio durate visus est.

V I. Illud interdum fuit observatum testudines in aquam conjectas statim ote & naribus ampullas complures emittere, quod nimiam aëris pulmonibus conclusi copiam ejicant, ut in justo æquilibrio possint consistere, & in imum aquæ, si opus fuerit, deprimi. Ubi pulmones paululum comprimitur, tum dilatatis pulmonum musculis, cum libuerit, sursum emegunt. Non aliter atque ampulla vitrea ad imum vasim descendunt ubi digito aut flatu pars tubi summa premitur: tum enim aqua plus satis compressa subit ampullam per exile foramen & conclusum aëra coactat; ubi summam aquæ partem premiere desieris, aëris ampulla contentus libertior factus vi sua elastica se se explicat, levior fit ampulla & sursum ascendit.

Rem ita esse hinc licet conjicere, quod testudine in vase aqua pleno conclusa, cujus operculo rite cum vase agglutinato cum tubis vitrosum aptatus esset, aqua in rubrum interdum attolliri, interdum deprimi videbatur, ut testudo sursum eniti aut deorsum deprimi conabatur. Nam pulmonibus contractis deorsum, dilatatis sursum enitebatur.

VII. Atque hunc compressionis effectum non mediocriter adjuvat glotta acutatè oclusa: quemadmodum in pisibus vesicæ sic ocluduntur, ut iis summa vi compressis aëris nullum habeat exitum. Neque id verisimile est eas vesicas ita esse fabricatas, ut in eodem statu permaneant: obstant enim quominus pisces ad fundum aquæ deciderent: cum tamen ad libitum, aut summam aquæ superficiem, aut medium occupent, ut ampullæ vitrosum de quibus diximus, quæ in media aqua innatant, aut ad infimam demerguntur, ut aëris iis conclusus magis aut minus comprimitur.

VIII. Huc accedit organorum conformatio huic usui accommodata: nam testa quæ est instar thoracis, immota protinus existit; neque huic adebet dia phragma: musculi quidam & ligamenta pulmonum compressioni & dilatationi servient; sed sternum & costæ desunt, aut quiddam iis analogum: ita ut in iis non necessaria videatur continuata & minimè interrupta respiratio. Quæ circa structuram cordis & respirationem diximus, diligentius postea sunt examinata, & in acta Academiæ relata, de quibus suo loco dicendum.

IX. Longiores hoc loc suimus argumenti novitate illecti: pluta non addemus. Et si quamplurimæ aliæ non avium modò, sed & omnis generis animantium dissectiones factæ sunt, minus vulgatas afflere contenti. Alio igitur pergamus.



R E G I A E SCIENTIARUM ACADEMIÆ HISTORIA. LIBER SECUNDUS.

EX EUNTE anno 1674. cum è Provincia Lutetiam rediisse, Secretarii munus quod ab anno 1668. cum in Germaniam primum, tum in Angliam profectus fuisset, obite desieram, mibi iterum injunctum fuit. Tum verò cætum Academicorum non medociter immunitum reperi. Nam ex iis qui ab Academæ origine selecti fuerant, jam nonnulli diem suum obieabant. Inter eos primus est recensendus Marinus Curæus, D. de la Chambre Medicus ordinarius Regis Christianissimi præclaris operibus in lucem editis clarus, qui mortuus est anno 1671. Vir erat præcellentí ingenio & hæganti studio, cui inerat rerum variarum mira notitia, facundia par. Complutes exstant ejus Libri Philosophici, & ii maximè qui ad hominis cognitionem spectant. Cujus gencis sunt affectuum humanorum characteres, quos fuscè eleganter & doctè gallico sermone est perfecutus. Summa est in hoc opere vis elocutionis & doctrina non vulgatis; alia quoque edidit compluta volumina de cognitione brutorum, de eorum amicitia & odio, de physiognomia. Latinè scipisi, brevi, sed eruditum in quosdam Hippocratis Aphorismos Commentarium, Libri primi Physicorum Aristoteles paraphrasim admodum dilucidam, cui dissertationem etudian de Philosophia Platonica subjunxit.

Paucis post annis D. Gayent Anatomicus peritissimus, & inter Chirurgos Parisienses magni nominis ex hac via decepsit. Quem brevi post tempore D. Pecquet, amicus ejus & operationum Anatomicarum socius, est subsecutus. Hic commune chyli receptaculum, quod illius nomine insignitum fuit, simul & canalem Thoracicum, per quem chylus in venas combeat, primum inventit. Quæ res non patvam ei famam & existimationem adjunxit, ac magnam Anatomicæ intulit lucem.

ANN.

1675. 

SECTIO PRIMA.

De Rebus Physicis.

Hunc Librum à Physicis ordicemus, de Anatomicis primum & anis malum Historia, tum de Chymicis laboribus dicturi.

CAPUT PRIMUM.

De Rebus Anatomicis.

I. **H**ec sc̄e superiori triennio acta sunt in Academia, quæ annis con sequentibus longius sunt promoti. Atque ut à rebus Anatomicis ducamus exordium. Primum occurrit elegans & ingeniosa dissertatio D. Perrault de motu peristaltico, quam die 27. Februarii anni 1675. legit, & interjectis aliquot annis una cum aliis tentamisibus emitit in publicum: adeo ut satis superque fuctit nonnulla ex eo tr. & ita decerpere.

II. Principii loco id statuit coctionem & distributionem humorum & spirituum in animantibus motu locali perfici, sive manifesto, cum humores aut spiritus è loco in locum transferuntur; sive obscuro & insensibili, qui motus alterationis dici solet, quo nimirum partes minutiores hoc illuc agitantur: Hic in aquæ ebullitione conspicuus est, cum incalceat, ilque in ipsis fit humoribus & alimentis, et in partes incidi, inutiles separari & misceri incipiunt, ac novum mixtum, seu chylus, seu sanguis, seu pars ipsa quæ alitur, seu denique spiritus elaborantur.

Hic motus tum ab organis que coctioni serviant, tum à compressione & agitatione viciniorum partium profitescitur. Origina ipsa particulas secantes & dissolventes suppeditant, quæ dum resolvunt mixtionis vincula, matrem ipsam præparant, & idoneam efficiunt, q̄ & aliam velut formam induunt. Sed jugis agitatio aut pressio coctionem humorum & in omnes partes distributionem multum promovet.

III. Haec, inquam, pressio & continuata impulsio omnibus corporis partibus, quæ humores præparant, coquunt, distribuant, communis est: sed tamen in œsophago, ventriculo & intestinis magis est conspicua, & motus peristaltici, aut vermicularis nomen obtinet. Cum v. gr. equus capite depresso herbam aut aquam per œsophagum demittit in ventriculum, tum cibus non alia ratione ascendit, quam quod circulates fibri continuata constructione cibum aut potum antorrumpellunt. Sic alimenta in ventriculo concocta sursum per pylorum, seu dextrum illius ostium in ipsa intestina propelluntur, quod fibrarum continua contractione retinetur.

IV. Eadem contractio in ipsis intestinis adeo est manifesta, ut oculis

ipsis subjiciatur in disiectione vivorum animalium, ac motus ille non est *Ana-*
dissimilis *lumbrici* *reptationi*, quā alternis contrahuntur & producitur. Ubi *tomica*,
fibræ contrahuntur, chylum intestino contentum prorsum trudunt.

Hic motus tametsi in solis intestinis peristalticus appellatur, quod in
partium mutua accessione consistat, omnibus tamen iis partibus communis
est, quæ immutant, præparant, coquunt, ac distribuunt humores & spi-
ritus, actionum animalium p̄cipua instrumenta. Hunc in usum natura in
venis & vasis lymphaticis aptavit valvulas per intervalla dispositas, quibus
in arteriis non opus erat. Ex iis enim quasi vas unicum conflatur, cum ve-
nas valvulae in complura velut vasa disternint: adeo ut vena alicubi pressa
naturali sanguinis motui cor versus cedar: sed pars infra valvulam sita
sanguini refluxu obſtitat. Arteriis vero defens valvulae: nam id necesse
erat ut arteria aliqui a parte pulsâ æquabilis in omnes partes esset impulsio:
cumque illæ per fibras proprias una cum corde contrahuntur, si forte alii
cubi premantur, prope cor ipsum magis obſtinent, ubi validior est arteriæ
contractio: adeo ut impulsio versus extrema nitatur, neque ad cor sanguis
refluat.

V. Hæc valvularum dispositio humorum fluuii est accommodata, atque
corum motum moderatur, sed rebus crassioribus, cujusmodi sunt cibi, qui
per œsophagum in ventriculum demissi, & in eo cocti in chylum abeunt,
transmittendis in ipsa intestina minus idonea foret. Alia igitur opus fuit
machinatione, ut chylus per intestinorum ductus & anfractus sic deducatur,
ut alimenta retineri, & refluxus inhiberi possit, atque eò pellatur,
quò eum pergere necesse est. Huic rei duo instrumentorum genera aptan-
tur; unum eorum quæ sunt manifesta, cujusmodi sunt pharyngis & œso-
phagi musculi, quoniam adiò est spontanea; alia nebis insciis vim suam
exerunt, quæ in œsophago & intestinis eadem plane videtur, quæque in
successiva constrictione consistit, & per fibras circulares perficiuntur. Nam
hæc fibræ idem sene munes ebeunt quod valvulae in venis. Cum œsopha-
gus pulmonum vi, aut intestina abdominis musculorum impulsu premuntur;
hæc compresſio non magis deorsum, quam suisum tendit; sed alterna illa
constrictio fibrarum eam sic determinat, ut sinus potius quam deorsum
tendat. Quemadmodum venatum valvulae sanguinis motum versus cor pro-
pellunt, quod obſtent valvulae ne alio deflecat.

VI. Sed tamen compresſio illa vix effici potest in ipsis intestinis nisi
aliquo in loco admedium arctetur, ut sanguis in capillaribus arteriis, cum
impulsu cordis in venas capillares & in eacos corporis meatus protrudi-
tur. At major est intestini cavitas, quam ut ea cor strictione fibrarum pars
chyli purior angustos membranatum quibus intestina constat, meatus subi-
re posse. Quare chylus in argutiis rugarum quas membranæ intestino-
rum efficiunt, aëstus externa peritonei membrana, musculorum ventris &
& diaphragmatis indeſinenti pressione eget ut exiles subeat meatus, fece ut in
elephantis pelle cernimus, cum muscæ inter rugas compresſa necantur.

VII. Quæ structura non solis intestinis, sed iis omnibus communis est
partibus quæ aliis inserviunt, ut cordi, arteriis, cerebro, pulmonibus.
Nam in iis sinuosi anfractus liquoribus continendis, & terendis aptati cer-

ANN. 1675. nuntur. In ventriculis animalium membrana interior aut est corrugata ; ut in majore avium parte , aut folis & papillis instructa , ut in ruminantibus , aut villis & cuspidibus aspera , ut in homine.

Intestinorum conformatio huic actioni est maximè accommodata. Nam Mesenterii membrana cui adhaerescunt, illa in rugas contrahit ; fibræ in iis pene omnes sunt circulares , quarum plures arcantur aliis relaxatis.

Paucis post diebus Cercopitheci descriptionem legi idem D. Perrault, cuius partes interiores expendit & descripti D. Du Verney. Hic venam subclaviam ut in cane supra ductum thoracicum , jugularem videlicet supra insertionem cum ligasset , canis adhuc quindecim dies superstes fuit.

VIII. Monstri cuiusdam quod die 11. Junii natum est Toloni in Provinciâ , historia ad D. Mariotte misla lecta est die 21. Augusti. Capite duplice , quatuor brachis , totidem cruribus , trunco unico , corde tamen duplice instructum erat , sed uno & eodem pericardio utrumque erat inclusum , hepar unicum , uti & ventriculus. D. Thibault Doctor Medicus hoc monstrum dissecat , ac veram esse eam descriptionem testatus est.

Sub idem fere tempus nempe mense Augusto D. Du Verney in Anseri experimentum fecit jam ante in quadripedibus saepe tentatum , quo compertum fuit in volatilibus , ut in quadrupedibus colorum differentiam quæ in venoso & arterioso sanguine conspicitur , à pulmonibus potius quam à corde proficiat. Nam sanguis ex pulmonum arteria missus , subniger visus , qui è vena pulmonum eductus fuit rutilus & splendidior.

C A P U T II.

De Chymicis & Physicis laboribus.

I. **Q**ua ratione , quave methodo in plantarum Analysis procedendum judicaret D. Dodart uno item & altero scripto exposuit. Macerationi insistendum censebat , quod probabilius sit maceratione ipsa potius evolvi & extricari principia quam alterari. 2. Juniores plantas , casque imprimitis que usuales dicuntur , analysis subjiciendas ; ac pleraque alia notata digna annotavit , que magna ex parte sunt observata. Quid ex illa analysi sperandum sit , D. Dodart Libro peculiari qui anno 1676. typis Regiis excusus fuit , & cuius supra meminimus , exposuit ; neque in his diutius ignorandum arbitramur , nisi forte quædam occurrant que nostri sunt instituti.

II. Hejus generis fuit illud ipsum quod eodem fere tempore , die nimis 20 Martii D. Bourdelin exhibuit , caput mortuum quod supererat ex oleo variarum plantarum sexies & vicesies extillato novâ semper aquâ communis additione. Ex 20 uncis olei duas tantum cum semissi olei longè purioris quam antea residuæ fuerunt. Aqua vero quater & vigiles distillata sublimati dissolutionem p̄ se sale volatili , quo erat imprægnata , p̄cepit dedit.

III. Nec stirpium modò , sed terrarum quoque analysis aggredi pla-

cuit. Circa mensem Novembrem marga vulgo *de la Marne* liquorem præbuit qui cum spiritu salis multum effervescit; nulla terra acidum liquorem dedit, nisi sububra quædam è Parnasso monte propè Chartusianos extracta. Atque hic labor incunæ anno 1678 fuit continuatus. Nam ochreæ, & Hæmatitis, & terræ pictoribus usitatæ v. *Terre-d'Ombre* analysi facta, ex postrema spiritus acerrimus stillavit, qui iisdem penè donatur viribus, quas in spiritu salis experimur.

I V. Anno 1676 die 6 Martii terra admodum fertilis in sua principia exsoluta liquorem sulphureum præbuit, qui una cum spiritu salis magnam effervescentiam procreavit, neque ullus ex ea liquor acidus prodidit. Argilla Saviniaca, v. de Savigry, ex qua fieri solent vala fictilia quæ ignem ferunt patum liquoris acidi dedit quo heliotropii succus tubeo colore viridus est: qui consecuti sunt liquores, planè sulphurei erant, iisque cum spiritu salis effervescunt; perparum salis ex iis extractum: sed caput mortuum copiosum fuit.

Ejusdem terræ analysis die 8 Julii est continuata. Sex libræ cum una salis communis, qui è salepetræ extrahi solet, distillatæ liquorem instar spiritus salis dederunt. In fundo sal subsidit, qui marinum sapore, & vitriolum proprietate quadam referebat: nam ferrum cupri colore tingebat.

Terra quædam viridis, quæ è Germania huc alportari solet, multum salis volatilis dedit in primis liquoribus extillatis. Qui in capite mortuo sal supererat, ejusdem erat saporis cum sale marino.

V. Sal erucæ distillatus una cum gleba seu bolo liquorem tum sulphureum, tum acidum instar spiritus salis dedit. Ambo hi liquores simul committi effervescunt. Ex eo liquore qui in imo vasis reliquus fuit & coagulatus multum salis albi extractum; liquor post exhalationem abiit in crystallos, seu in vitriolum viride, quo solutio gallæ atro colore tincta est. Ac tandem liquor exiit viridis & idem asperimus, qui solutionem gallæ nihil immutavit: è gleba separatum extillata nullum vitriolum est procreatuum.

Sic carbones fossiles & bituminosi liquores sulphureos expeditarunt, qui cum spiritu salis ebullierunt: oleum quoque exiit petrolo non ab simile.

Vena plumbea è Nivernensi agro effossa patum acidi liquoris quasi spiritum acidum sulphuris exhibuit.

VI. Cum Chymicis plerisque id persuasum sit hydrargyrum plumbi fumo indurari, atque, ut loquuntur, fixari, illud ipsum die 26 Maii placuit experiri. Fusio plumbo & pene refrigerato, due unciae Mercurii facto foramine affusæ, fixæ apparuerunt. Sed pondus ex dimidio fere auctum est, quod plumbum cum hydrargyro confusum fuerit, & utriusque factum sit amalgama, ut loquuntur Chymici.

VII. Inter Physica experimenta quæ hoc biennio facta sunt, ea praetermitti non debent quæ die 8 Maii anno 1675 istorum speculum exhibuit. Lateres quippe, teste, ardesæ, cuprum brevi temporis spatio in vitrum sunt converta cum multo fumo; vitrum quoque fusum: sed crystallus insulae Madagascari fundi non potuit, salpetræ statim instar crystalli mineralis liquatus, sed citia flammam.

Chymica.

ANN. Illud non contemnendum arbitror quod vit industrius D. Du Buisson **1676.** Academiam exhibuit, extractum scilicet carnis elixatae in tabulas redactum: extracta quidem jusculis conficiendis magno usui terra marique esse possunt nam commode perferuntur & diu conservari possunt: qua de re postea dicemus.

Die 20 Martii anno 1676 lapis hematites, vena plumbi, seu plumbago, creta Veleutiana; terræ damnatae in pulverem antea redactæ, gyplum radiis solatibus expedita, in foco speculi ustori, quod in Bibliotheca Regia asservatur, in vitrum sunt conversa.

VIII. Die 24. Iulij ejusdem anni D. Hugens lagenam vitream exhibuit, cuius pars fere quarta terrena repleta fuerat circa mensum Maium anni 1672. Sic oculata etat, ut nullus aëri pataret aditus. Magnam graminis copium ea terra extulerat que lagenam pene totam implaverat, & circa externi aëris beneficium germinaverat; herba viridis etat, quæ parte Soli fuerat exposita. Muscus etiam plurimus cernebatur cuius radices in retis modum implicitæ, quiddam chartæ bibule non absimile pīx se ferabant. Graminis folia in terram inflexa novas in aëre radices emiserant que juxta vitrum serpente videbantur.

IX. D. Perrault primum suorum tentaminum volumen legere occœpit, quod postea typis excusum est.

Varie plantatum descriptiones à D. D. Dodart & Marchant elaboratae in Academia discussæ fuerunt, catu[m]que analyses à D. Bourdelin factæ, omnibus cotam probatae, & ad ea de quibus dictum fuit critica exactæ. descriptionem stirpium, ac velut specimen opetis quod sibi proposuit Academia, jani ante legerat D. Dodart, & anno 1676 uti & varia tum Physica tum Mathematica opera Ludovici Migni iussu cum figuris æri incisis regia plane munificentia excusa sunt & publici juris facta.

Anno 1676 invenit D. Mariotte observationes à se factas circa refractiones & reflexiones globorum, qui è sclopetis majoribus in aquam ex obliquo emituntur, legit, simul & ea quæ circa soni & globi explosi celeritas in animadvertisit. Illud inter alia competit sonum aliquanto prius percipi, quam globus ē 150 hexapedis missus corpus oppositum percutiat.

Nonnulla quoque hoc anno & proximè sequenti experimenta circa liquorum coagulationem & effervescentiam facta sunt à D. Botel Academico.

1. Batyrum antimoniæ rectificarum, ut aiunt, & excolor una cum oleo tatiari nastri in album coagulum visum est concrescere circa ullum calorem.

2. Oleo Terebenthinæ oleum vitrioli paulatim affusum nullam efficit commotionem: sed prostea ambo sensim incaluerent: atque ubi baculo permoti fuisse, calor vehementius factus est, nullo apparente motu. Mistura rubrum colorem contraxit, quem spiritus utræ debilior penitus delvit lacteo colore induxit.

3. Spiritus urinæ & oleum vitrioli simili prima adeo effervescerunt ut aqua igni admota non magis ebulliret. Primum hujus urinæ spiritus vitro ampositum, eique sunt insufflate aliquot olei vitrioli gutæ, cundem fere

strepitum, & in omnes partes vibrationem, edunt, ac si frigidam in fer-*Afror*
rum candens conjiceret.

4. Spiritus urinæ cum forti vitrioli solutione in vidente coagulum abiit: sic oleum vitrioli cum fecibus reguli antimonii in cella subterranea exsolutis in coagulum rubei coloris concrevit. Oleum itidem vitrioli una cum calcis vivæ solutione & auripigmento colorē flavum & pulchrum procreavit.



SECTIO SECUNDA.

De rebus Mathematicis annis 1675 & 76 pertractatis.

EX quo Observatorium Regium cœpit habitari, & omni genere instru-
mentorum instructum fuit, acriori studio Astronomia exculta est, atque
in ea promovenda D. D. Cassini, Picard, Roëmer operam suam & curam
posuere diu noctuque in eam rem intenti.

CAPUT PRIMUM.

De rebus Astronomicis anni 1675.

I. **A**CCEPIT quidem D. Cassini introductionem in Astronomicas
tabulas elucubraverat, quam exente anno 1674 & incunte anno
1675 legere occāpit, & per aliquot menses continuavit.

II. Die 11. Januarii anni 1675 hora post meridiem quinta cum se-
mis, eclipsi Lutæ à D. D. Cassini & Picard separatim observata fuit:
die 12 in Academia collatæ sunt utriusque observationes satis inter se con-
sentientes, cœque in eruditorum Ephemerides sunt relatæ.

III. Viri ptererudit Avenione Astronomia studiosi Telescopio 23 pe-
dum ad eos missò à D. Borello Saturnum cum suis satellitibus die 16. Julii
anni 1674 hora à media nocte prima observarant; ille novum satellitem
inter quartum à D. Hugens anno 1659 & quintum à D. Cissini anno 1671
deprehensum invenisse non levibus indicis permoti existimaverant.

IV. Verum ex iis quas in eorum epistolam conscripsit D. Cassini ani-
madversionibus, quæque lectæ sunt in Academia die 26. Januarii anni 1675
palmo id fuit omnibus novum illum satellitem non aliud fusile quam unum
ex stellis fixis. Nam obseruationes fœtæ Avenione hoc uno fundamento
erant subnixaæ, quod à die 26. Julii anni 1674 ad 29 ejusdem mensis ul-
que, simul cum Saturno per Telescopium visæ sunt duæ illæ stellæ: cum
tamen 6 tantum minuta unius gradus in celo Telescopium simul exhiberat.
Quod si ita res se habuit, vitrum oculare non amplius quam sex lucas
patebat; nec tamen verisimile est eruditos viros oculare adeo angustum

ANN. adhibuisse. Quin & P. Goudin Facultatis Parisiensis olim Theologus testatus est se iis milles ocularia non minora 18 lineis, quæ 35 minuta in Telescopio 23 pedum hinc inde detegunt. Illud etiam ut certum posueret easdem stellas vias fuisse die 16 Julii & 31 Octobris quæ plane diversa à prioribus esse posuerunt.

Illi i unum constitutam longius à Saturno distatam non fuisse extitum ejus satellitem. Nam ex conjunctionibus quæ per triennium sunt diligenter observatae, id liquet eum intra dies 80 circa Saturnum revolvi: adeo ut trienni spatio unum tantum diem cum semisole anticipaverint.

V. Die 20 Martii anni 1675 nova inveniendarum longitudinum ratio à nobili viro proposta fuit, & discussa a D. D. Cassino, Picard & Mariote. In variis cum eo colloquiis propositiones ejus cum responsis utrumque scriptis date; tandem juicatum fuit, quæ à viro clariss. erant proposta, partim pervulgata esse & à Nautis usurpata, partim apud auctores reperiti, ut apud Metium, Snellum, Stevinum, & variis erroribus ea esse exposita.

Die 23 Junii eclipsis Solis observata quæ ex epistola à D. Gallet scripta Avenione defuit hora 5. 20, min. 40 sec.

VI. Interjectis aliquot mensibus D. Cassini hypotheses suas circa motum librationis Lunæ proposuit. Illam autem existimat prodire ex compositione duorum motuum circularium, quotum unus æqualis est, fitque circa proprios Lunæ polos 7 gradibus supra planum Eclipticæ elevatos; alter inæqualis circa axem perpendicularem Lunari orbitæ juxta Lunæ ipsius motum per Zodiacum, qui mera est apparentia resultans ex ejus periodica revolutione, in qua Lunæ axis circa quem sit prior revolutio, & colurus quidam Lunæ proprius, qui in termino prima revolutionis sumitur, ferunt sibi parallelus, quemadmodum axis terræ motu annuo juxta Copernici hypothesis. Simil quæ in Jovis maculis matationes visæ sunt, ac denum quæ circa Saturnum & illius satellites sunt observata, exposuit. Quæ cum scriptis publicata fuit, ea retexere supervacaneum videretur.

VII. At minimè omitenda inibi videtur quæ die prima Januarii anni 1676 Lunæ def. etio visa est: quæque die 4 ejusdem mensis à D. Cassini descripta fuit. Tum hypotheses suas exposuit, quibus Lunæ à terra distantia & diametrotum apparentium inæqualitas explicatur. Die 2 Maii machina typum exhibuit, quæ Lunæ librationem per motum circularem exprimit. Paucis post diebus dissertationem de Lunæ Theoria à se elaboratam in Academia legit.

VIII. Idem 23 die Junii qua methodo postremam Solis eclipsim observavit, palam exposuit H. ec Lutetiae visa est 5 tantummodo digitorum, cum tamen litteræ Montepessulano missæ eam fuisse 7 digitorum testentur. D. Oldenbourg qui tum erat societatis Regiæ Anglicane à Commissariis, scripsit D. Cassino eam Solis def. etionem Londini observatam fuisse à D. Smethi, quæ initio calculo cum observationibus Lutetiae factis collata sic concinit ut uno minuto temporis non dissentiat.

IX. Idem die 4 Julii qua ratione motus maculatum Solis, Poli, & decursu in Sole spatia inveniantur ostendit. Novam postea eclipses Lunæ observandi rationem demonstravit.

Cum variæ satellitum Jovis configurationes permagnum ad Astronomiam & Geographiam momentum afferant, visum est D. Cassino die 22 Augusti scripto publico Astronomos admonere, quales anno proximo futuræ essent, ut eorum mouus hinc cœmprobari, & certo definiti possent. Cum autem hujus scripti exemplaria desiderentur, idque per breve sit, non erit alienum hoc loco illud exscribere.

Observationes satellitum Jovis selectiores institutæ ab Academia elapsæ quinquennio novam suppeditarunt prostaphæresim omnibus satellitibus com munem, qua tanti est momenti, ut neglecta ettorem quadrantis hora possit in prædictione eclipsium inducere. Ex. gr. emisso pium satellitis die 16 Novembris proximi 10 circiter minutis tardius accidit, quam indicat calculus, qui eam vulgari modo deducit ex emersionibus factis statim post oppositionem Jovis.

Alligata est hæc irregularitas ad varietatem visibilis diametri Jovis, sive ad intervallum Jovis à terra, & videtur ori ex eo quod lumen à satellitibus non perveniat ad nos nisi post aliquam temporis motam: ita ut impendat decein vel undecim minuta per spatum æquale semidiámetro orbis anni.

Sed difficultas circa hoc elementum calculum redderet intricatissimum, nisi simul inventa esset ratio conficiendi tabulas, ex quibus per solos medios motus & unicam tabulam prostaphæticam sine ullo subsilio aliarum tabularum haberi possunt tempora Eclipsium satellitum singulorum vera, contingebitque illa tabula inæqualitatem dicuum, seu verum motum Solis; motum Jovis in excentrico, & novam illam jam detectam inæqualitatem. Quod genus tabularum omnes hue usque usitatas brevitate, facilitate, & multiitudine elementorum superabit.

X. Circa diem 22 Novembris post exactas inducias D. Roëmer disser tationem legit de luminis propagatione, quam in instanti non fieri hinc probat quod primi satellitis Jovis immersionum & emersionum inæqualia sint tempora. Quod magna disquisitionis initium fuit, de qua paulo post. Cum autem iis temporibus insignis in Sole macula visa esset, quæ prima periodo peracta novam inire videbatur, hujus mouum singulis diebus futurum scripto publico prædictum D. Cassini.

X I. Agitata iterum fuit questio de emersionibus & immersionibus primi Jovis satellitis, quod summa temporis immersionum brevior sit emersionum summa. Cum de hujus phænomeni causa non idem sentirent D. Cassini & D. Roëmer, uterque sententiam suam rationibus & conjecturis firmavit: sed de re ipsa nulla erat inter eos dissensio. Nam summa emersionum longioris temporis spatio constat, quam immersionum. Sententiam D. Römer de luminis mora in quinto volumine Philos. nostræ veteris & novæ expostum invenies, mihi in tractatu D. Hugens de lumine.

XII. Die 12 Decembri D. Roëmer qua ratione Solis macula in Sole citra ullum instrumentum observari possint, exposuit. Tum machinam à se exegitatem exhibuit, duplex nempe Telescopium duobus octantibus sic apertum ut uno alteri ad libitum subiecto, aut ab eo diducto angulorum magnitudinem habeat dimetiri. Fluxus instrumenti usu exposito, simul

ANX. & brevem legit tractatum de ratione dimetri diametros Lunæ & alio-
rum siderum ope Telescopi duabus vitris objectivis instruti que admoveti
& 76. & removeri possunt; in foco fila cancellatum decussata collocantur.

Cum stella Mattis exente anno esset stationaria, eam diligenter & sa-
pius observavit D. Caslinus, si forte ejus parallaxim inveniret.

C A P U T I I .

De Libelle usū, ubi de Mechanicis.

I. C um illud placuisse Regi Christianissimo, ut aquæ quoad fieri posset saluberrimæ Versalias è vicinis locis ducerentur: quæ in Montis Roquencurtii chivo insunt ut viciniores, ita & salubiores sunt propositionæ. Sed cum illæ sib ipsa montis planicie 19 orgyas, seu hexapedas depressæ forent, hoc facta difficultatum videbatur, & valde incertum, an incepsum illud bene procederet. Hoc igitur negoti D. Picard datum est, ut locorum altitudines ad libellam expenderet. Quod ab eo factum fuit p. r. repetitas librationes, ac tandem hujus montis aquæ in unum collectæ Versalias usque sunt deductæ. Idipsum in aliis sentibus ad libellam exactis tentatum & perfectum fuit.

II. Quod D. de la Flite commenmorat in tractatu de libella & illius usu, quæ anno 1684 in lucem edidit, à D. Picard inchoatum, sed nondum absolutum, nec demonstrationibus munustum, illud, inquam, minimè prætereundum puto, quod vel ex hoc uno lique possit exemplo id ipsum quod in limine hujus operis leviter attigimus, non inutilem esse eruditorum cœtum, qui inventa aut excogitata ab ingeniosis viris diligentius expendant, ne fortius sumptus immodi ci in res penitus inutiles, ne dicam impossibilis impendantur. Sed ut ad rem ipsam veniamus, magno vir ingenio, quique Oceani cum mari Mediterraneo per interj. cos canales & signa jungere commercia ingressus non in mediocri erat existimatione, id sibi persuaderat, aquam profluentem è Ligeri Versalias usque duci posse, quod Ligeris S: quana multo sit altior: adeo ut non dubitet quin aqua Ligeris ad montem usque Santauriacum, hinc Versalias delapsa in gro huic Regiæ domini esset ornamento. Ac prope erat ut res ipsa executioni mindaretur; sed visum est Regi sapientissimo Academiam ea de re ante consulere. Itaque hanc Provinciam D. Picard, cuius toleriam & diligentiam sapè exspectus fuerat, demandavit: excunite mense Septembri uia cum D. Niquet profectus est, ut magna terrarum spatha Versalias inter & ligetum ad Libellam exigent. Illud non fugi bat D. Picard Denmo Riquet, qui author hujus consilii erat, id scilicet propositionum ut aquam è Ligeri ultra canalem Briareum derivaret. In hoc igitur poullimum incuruit ut hujus canalis fistilio cum Versaliis collido utiusque altitudinis differentiam perspectam habebet. Inte calculo, & locis interjectis ad libellam diligent perpenfis partem illam canalis Briarei, qua transitus erat aquæ ductus 14 hexape-
dias deprehensem esse Monte Santauriaco, quo nimilius aqua prefluens erat

perducenda, omnino comperit. Nihilo tamen minus D. Riquet in sua pertinuit sententia, dum rediſſerunt libellatores quos incio D. Picard miterat. *Geo-*
metr. Tum enim ab incep̄to desistere visus est, idque imprimitis, ubi eo co-
 ram librationes in Sequana factæ fuerunt, duc̄to initio à pago *de Seve Atech.*
 Lutetiam usque: Sequanam ibi infra ælium regiatum solum 60 hexapedis
 deprimi jam ante repererat D. Picard. Hinc contra profluuentem Corbolum
 primum, deinde Montargium usque, secundum alterius fluvii vulgo *Loin*
 dicti declivitatem librando dimensus fuetat. Itaque D. Riquet in iis quæ
 actæ fuerant à D. D. Picard & Niquer librationibus tandem acquievit,
 atque immensis sumptibus ea ratione parcitum est.

Quam adhibuit D. Picard libellam, hæc in tractatu jām laudato descri-
 pta est, ubi alia quoque libellæ à D. D. Hugens, Roëmer, de la Hire,
 sunt delineatae, ut illas omittam quæ ab aliis Academicis inventæ publici
 juris sunt factæ.

II. Inter varia Geometriæ problemata, quæ hoc biennio sunt proposi-
 ta, illud insigne fuit quod à D. Buot solutum fuit de conchoide quadam
 circuli, quam D. Pascal Limacem aut cochleam appellat, cujus descriptio-
 nem docet D. Buot. Hæc est species quadam conchoidis circularis, cujus
 polus est in extremitate diametri circuli, cum aliarum ejus generis polus sit
 vel intra vel extra circulum, sed in eodem plano.

Tum his subjecit rationem qua tangens hujus cochlear & spatii compre-
 hensi dimensio reperiatur: quod problema fuerat à D. de Roberval pro-
 positum. Hæc demonstratio in commentatiis Academiæ est consignata.
 Nova quoque demonstrandi propos. 47 libr. i Euclidis ratio à Domino
 Roëmer proposta fuit & perfecta, *Sine triangulis vel parallelogrammis aequæ
 altis.*

Idem scriptit de statera Danica & ejus divisione in proportione harmoni-
 ca, ubi quædam scitu digna de harmonicis rationibus inseruit.

III. Sub idem tempus D. Castili quoddam exposuit libræ genus cuius
 ope pretium metris appensæ dignosci potest circa calculum. Aliam quoque
 descripsit stateram Arithmeticam: sed haec duas postremæ in Actis Academiæ
 desiderantur.

IV. Illud magis ad institutum nostrum videtur pertinere, opus jussu
 Regis suscepturn de machinatrice scientia. Die 19 Junii anni 1675 D. Per-
 rault cui ut Inspectori Regionum adficiorum cura tum erat demandata,
 missus à D. Colbert, eam Regis voluntatem esse denuntiavit, ut scien-
 tiarum Academia de ratione conscribendi Tractatus Mechanici serio cogi-
 tarer, cui machinas artibus in Gallia & tota Europa usitatis utiles sic subji-
 ceret, ut ab omni penè hominum genere posset intelligi, simul hos scilicet
 quos delineandis his machinis idoneos judicaret. De forma & ra-
 tione hujus operis cum in uno item & altero congessu esset deliberatum,
 & suam quicque sententiam scripto exposuisset, id nihil muneris datum
 est ut ex variis scripus summariis conficerem, quod ad D. Colbert de-
 ferretur.

V. Illud primum animadverti oannes pene in eo consentire ut opus in
 duas partes tribueretur; quæ ad theoriam hujus scientiæ in priori parte,

ANNS. quæ ad usum & fraxim spectant, posteriori tractarentur. In illa vires corporum motrices seu potentiae, simul & simplicium machinarum rationes exponerentur.

Sed quibusdam visum est varia potentiarum genera, ut hominum, animalium, venti, elaterii, percussioneis ad ponderum momenta revocari oportere, idque ex ipsa experientia definitum. Ex. gr. quantum ponderis vires hominis possint attollere aut trahere, & ita de ceteris. 2 Principia generalia circa virtutum incrementa constitui oportet, cuiusmodi & illud per vulgatum. Quod vis aliqua augatur, longiori tempore opus est, nec minor adhibenda potentia ut pondus per machinas subvehatur, quam si nulla utatur machina; quod pondus ad duplam altitudinem tollatur, alterum tantum potentiae aut virtutum est impendendum.

V I. Nonnulli tem ipsum magis distracte & particulatim tractandam concibunt; primum ut principis simplicioribus, quaque natura adhibet explicatis, principia motus species & proprietates exponerentur: cum mechanice omnis, si proprie loqui volumus, sit ars movendi corpora, aut eorum motus sistendi. 2 Ut principia motus impedimenta expenderentur, cuiusmodi sunt corporum gravitas, figura, raritas, & densitas. 3 Naturæ ingenium ubi generalia principia motuum applicata diligenter indagandum. Exempli loco id ponamus, quod instar fundamenti hanc scientia substernit, corpora tum esse in æquilibrio, cum pondera sunt in ratione reciprocâ velocitatum: ut corpus 4 libratum potentia unius librae attollatur, illius pondus velut in quatuor partes divisum concipimus, & partitis quatuor temporibus subvehendum: cum idem corpus & eodem tempore vi potentiae 4 libratum sublatum fuisset. Ex quibus liquet tum æquilibrium fieri, cum pondera & tempora ex una parte aequaliter ponderibus & temporibus simul & ex parte altera sumptis. Nam in priori motu una erat libra, & quatuor tempora, in posteriori unum est tempus & quatuor librae.

V II. Præterea id postulabatur ut centro virtutis & ejus proprietatibus, centro iridem motus, directione & acceleratione scorrum explicatis, ignis, aeris, aquæ motiones paulo uberiori exponerentur. Perspecta enim ignis agitatio ad rem tormentarium, cuniculos, ignes missiles applicari facile potest. Sic aeris motus, elaterium, usus in navigatione minime sunt praecunda. Varia Auctorum Theorematâ de motu aquarum, de effluxuum temporibus & mensuris forent reconsenda, solidorum resistentia, percussio pertinet.

VIII. Postremo quantum ars possit in corporum motibus ad usum hominum applicandis intyendum esset. Prima nimirum & simplices machine explicande, quæ ad quatuor revocari possunt; libram, planum inclinatum, elaterium & malleum: nam vellis, trochlea, axis in peritrichio quædam sunt librae species, ut cuneus & cochlea, ut iis videtur, pluri inclinari. Prima & simpliciores machine uberioris essent explicande, quod ex iis ducantur ea quæ in secunda operis parte erunt per tractanda.

IX. Atque hæc de rebus in priua parte explicandi. In eo fere omnes contentiebant, cunctæ similes & expedita methodo esse tractanda, ab iis

vocabus abstinentium, quæ eruditioribus tantum notæ sunt; imò ne Ma-
thematis quidem demonstrationibus nisi parce admodum utendum. Non-
nullis tamen visum est Geometrico ordine procedendum, definitiones ni-
mitum & axiomata præmittenda, imò propositiones quæ sunt velut funda-
menta hujus scientiæ de libra, plano inclinato, & si fieri potest de mal-
leo & elaterio demonstratas oportere. Quove ea facilius intellegentur, il-
lud non alienum ab instituto foret compendiosam proportionum tractatio-
nem huic operi præfigete, in qua Theorematæ per numeros tantummodo
demonstrantur. Vix enim fieri potest, ut qui à Geometria non sunt in-
structi, circa brevem hanc Matheseos Logicam machinatum ullam conse-
quì possint cognitionem.

X. Ali censebant non alias definitiones quæ rerum quæ omnino ne-
cessariae judicantur, præmiti oportere. 2. Id magni refertur, ut iis voca-
bulis effertenur quoium intellectus sit facilis, omni homonymia sublata.
Nam v. gr. vox illa *Momentum*, non uno apud Autores usurpatum modo:
quod discentibus confusione parit. 3. Solis utendum principiis quæ Me-
chanices propria sunt, iis omillis quæ disciplinis omnibus Mathematicis
sunt communia. Postremò nihil huic operi inferendum, nisi id solum quod ma-
chinis explicandis omnino necessarium videtur; curiosas & minus utiles
cum quæstiones, tum demonstrationes esse vitandas. Cavendum enim ma-
ximè ne multitudine rerum opus inutile fiat, neve tractationis loco quam
ab Academia Rex postulat, partes pene omnes Physicæ in unum corpus
adducantur. Quod si multa de igne, aëre & aquis tractanda sint, ea tan-
tum quæ opus sunt, dicenda, neque res tam latè fusæ penitus ex-
hauriendæ. Eam docendi rationem Geometris usurpatam quæque iis tan-
tummodo sapit qui huic generi demonstrationum sunt assueti, omitti posse.
Id enitendum quantum fieri potest, ut hoc operis utile sit, primum om-
nibus, non injundum, atque ab iis qui ingenio & communi sensu non
sunt destituti, capi possit.

XI. Quod ad partem alteram operis attinet, in eo pene omnes consen-
sere, ut à machinis simplicioribus quantum usus latius patet, duceretur im-
tiuum. Eæ verò in certas velut classes distribui possunt, quædam ad mili-
tarem scientiam, aliæ ad agriculturam, aut ad navigationem, aliæ deinceps
ad varias artes spectant.

XII. Nonnullis placuit ab iis machinis incipere, quibus magna subve-
hentur pondera, tum ad eas progredi, quibus aquæ attolluntur, ubi de
pistrinis, anthis & aliis tractabitur; neque id unum explicandum qua vi,
quæ ratione agunt, sed etiam quod in eorum constructione observatum
oporteat.

XIII. Illud quoque fuit propositum ut primo loco ex machinæ descri-
berentur quæ ad artes latius futas adhiberi solent, & ad eas imprimis quæ
circæ metalla, lapides, ligna occupantur. Atque ex metallicis ex potissimum
feligerentur, quæ in ferro præparando, cuius in Gallia major est co-
pia, vertantur. Unde ab iis ordiri licet, quæ fundunt, tum ad eas pro-
gredi quæ illud prugnant, tundunt, & ad diversos usus parant.

XIV. Die 22. Junii D. Perrault à D. Colbert missus, quæ Regis
Tij

ANNO. ea de re volentes esset exposuit, nimirum ut pars operis præcipua in ex
1675. plicandis machinis versaretur; que ad theoriam pertinent, præfationis aut
introductionis instar forent. Itaque deliberatum fuit qua ratione hoc opus
perfi iendum foret, idque conclusum i. ut futuri operis forma à singulis
designaretur, ut ex eorum scriptis excepta ad D. Colbetti mitterentur,
quo Rex quid faciendum esset, decerneret. 2. D. Buot id muneris datum,
ut præcipuum machinarum indiculum contexeret, easque delinearet, in quo
uteretur opera D. D. Coupler, Palquier & Du Vivier.

3. Quæ ad theoriam aut introductionem spectant D. D. Hugens, Pi-
card, Mariotte, Blondel unà elaborarent, & quisque ea de re suas me-
ditationes in commentarios redigeret; atque his inter se collatis ad Aca-
demium referrent, quòd in certum ordinem redigerentur.

XIV. Interea varii sunt elaborati Mechanici Tractatus. Unum inter alios
in tubularia relativa invenio à D. de Roberval compositum, quo brevi-
ter hujus Scientiæ principia & fundamenta explicantur. Perpaucas defini-
tiones intellectu faciles præmittit, quid sit potentia, aut vis, quid cen-
tri gravitatis, quid linea directionis, quid machinæ nomine intelligatur.
Vim appellat aut potentiam, dispositionem omnem in mobili existentem,
qui sit ut necessatio moveatur. Hæc gravitas aut pondus in gravi corpore
dici solet. 2. Punctum quo vis aut potentia ita sustinetur, ut in ea posi-
tione liberè permaneat, centrum virtutis aut potentiarum dicitur: hoc cen-
trum gravitatis in gravibus vocatur. 3. Recta linea per quam centrum
virtutis aut movetur, aut ad motum est dispositum, linea directionis no-
minatur, que in gravi corpore ad horizontem est perpendicularis, eaque
per centrum gravitatis corporis & terræ centrum transire concipitur. 4. Ma-
chinam vocamus corpus quod vel sui ipsius movendi, vel alterius motum
sistendi vim habet.

XV. Tum de machinis universim disserit, ac primum earum fundamen-
ta in duo partitum genera; alia enim sunt naturæ, alia doctrinæ; illa Phy-
sica dici possunt, quæ interna sunt, aut externa: interiora a. Centrum gra-
vitatis revocat & resistentiam, aut inertiam quandam qua corpus motui
repugnat. Externum fundamentum est corpus omne cui machina tanquam
fulcro innititur, seu hæc omnino quescat, seu circa illud fulcrum movea-
tur, cupus durities aut mollescens sp. etanda: nec refert utrum mobile sit vel
immobile. Nam machina rñā cum fulcro suo alterius machinæ vi trans-
ferri ē loco in locum potest, ut in machinis que navibus imponuntur.

XVI. Principia doctrinæ varia sunt & multiplicis generis, seu con-
stanti omni in æratum experientia comperta sunt, seu ratiocinio ex ipsa ex-
periencia deducantur.

Ex iis primum illud est & præcipuum totius Mechanices fundamentum,
æquales poteris simili modo & in æqualibus distantis positas, æquales
effectus producere. Quamobrem si contraria sunt inter se duæ ejusmodi vi-
res, hoc est, si in partes oppositas nitantur, una alteri sic obſtit, ut
neutra vincat alteram, sed ambae maneant in æquilibrio.

XVII. Hinc ad machinarum explicationem transit quas in composi-
tas & simplices dividit. Simplices ad septem species plerique redigunt,

libram, vectem, axem in peritrochio, trochleam, planum inclinatum, & elaterium & malleum. Sunt qui plani inclinati loco cuneum, & cochleam *charicae* ponant, malleo prætermisso, quasi in machinatum censu habendus non sit: quamvis machina sit, eaque magni usus & diversi ab aliis generis. Cuneus vero & cochlea ad planum inclinatum, ut putant, revocantur, ut setta, lima, terebrum, & aliae ejus generis pene innumerabiles.

Machinæ compositæ tam varia sunt, quam humani ingenii pater industria. Ex tamen ad quatuor velut classes revocari possunt, ad belli, agriculturæ, artium mechanicarum, & scientiarum machinas. Singularum explicatio longam tractationem exigeret.

Præcipuas tamen & magis utilitas delineata & describere ingressus est D. Buot. Quamplutimæ etiam solidæ effigies factæ quæ in Observatorio assestantur.

C A P U T III.

Varia machinarum genera persinguntur.

I. Nterea temporis variis Tractatus mechanici lecti sunt & examinati. D. D. de Robertval imprimis, Mariotte, Roëmer in eo sunt argumento versati. D. Blondel Tractatum quoque de trochleis conscripsit, qui commentariis Academie insertus postea publici iutis ab eo factus est. D. Roëmer Tractatum à se elucubratum de Mechanicis, præsentim de rotis dentatis legit. Libellæ quæque portatilis descriptionem, ut & stateræ cuiusdam Danicæ demonstrationem & ejus divisionem in proportione harmonica exposuit. D. Cassini alias stateræ Arithmeticae descriptionem exhibuit. D. Buot cui delineatio machinarum & descriptio demandata fuerat, ab iis quæ in Architectura usurpantur, jussu Illustriss. D. Colbert initium cepit. Singulis hecmodi alicujus machinæ descriptionem legit. Tum eomplures exteri machinaticis studio incersi inventas à se machinas, & eas maximè quas ex usu publico esse existimabant, ceteratim proposuerunt. Ex iis nonnullæ in Libris descriptæ erant, vel ab aliis excogitatae; sed tamen non mediocrem ingenii laudem metebantur, qui à libris non instructi, nec ab aliis edocti naturali quadam perspicacia praæclatum quid & utile invenerant.

II. Hujus generis fuit novum Scopeti minotis genus à viro ingenioso propositum, cuius tantam vim aiebat esse ut 10 digitos duntaxat longum ad 300 usque passus globulum plumbum emitteret. Hoc ipsum à se effectum D. Buot affirmavit. Utriusque factum est petriculam, tabula lignea ad 300 passus communis distâ ab utroque scopeto pertusa est. Sed veror ne ejusmodi inventa plus detinuerunt, quam utilitatis genio humano afferrent.

Vir industrius formam proposuit, qua lapides in crucis modum sibi multo erant implexi, & alii aliorum velut brachiis ita conserti ut plures subduci possint superioribus immotis.

III. Quasdam etiam machinas à se inventas proposuit D. d'Alesme vir

ANN. in excogitandis machinis & efficiendis, si quis alius, industrius. Ex his
1675. primi celeritati & tarditati navis, & quasi ejus vestigis aut sulcis explo-
randis serviebat; altera est quoddam antiquæ genus sine embolo cum una &
simplici valvula, aut assilio,

IV. Vir omni eruditione clatus D. Leibnits horologium à se inventum
asportati jussit, ut æquabilem illius motum exhiberet. Jam in eunte anno
1675. machinam numeraliem protulerat, cuius ope quatuor regulæ Arith-
metice magna facilitate perficiuntur.

V. Longo post tempore D. de S. Felix è Telonis portu misit eujusdam ma-
chine descriptionem anchoris navium sursum tollendis accommodatæ, quæ
que rotæ dentatae & cochlearæ, ut vocant sine fine & axis in Peritrochio,
v. Cab. stan mihiore facilitate rudentes anchorales amolitur. Novam quidem
non esse, sed tamen perutilem fore etiam leviente tempestate D. Blondel
judicavit, dummodo ejus summitati, ut par est, cavetur, nec tantum ma-
teria, sed etiam compaginis & connexionis cum transitis & aliis partibus
navis ratio habetur.

VI. Excunte anno 1676. machina quædam ab ingenioso viro D. le
Douceur proposita, eaque à D. D. Cassino, Picard, Mariotte fuit ex-
aminata; idque utile judicarunt equorum uti pondere aquis subvenientis :
adeo ut vires eorum cum ponderibus conjunctæ facilius aquam attollant.

VII. Sub idem tempus vir doctus D. de Hautefeuille proposuit
novum & à se repertum horologii libratorem ab usitato in eo diversum,
quod dicit palmulæ sibi mutuo sint opposita & parallela, eaque nunc
libratoris ad perpendicularum insistentes : maiorem in pendulis motus æqua-
litatem hinc faturam existimabat.

VIII. Hoc quidem anno D. de Frencle de Bessy ex hac vita migra-
vit in meliorem: vir erat omni doctrinæ genere præstans, sed in numer-
orum scientia, quæ tum temporis Mathematicorum exercebat ingenia, præ-
cateris excellebat. Nemo difficillima quæque problemata majori facilitate sol-
vit: atque hujus scientiae principes, ut Cartesius, Fermatius, & alii mi-
rabantur ea tam citè ab eo dissolvi circa Algebra opem, quæ vix Algebræ
ipsius præsidio resolventer. Methodum inventerat, quam exclusionum voca-
bat, quæque inter diversa Academicorum opuscula posthuma edita sunt.
Quiddam huic methodo non dissimile videtur mihi olim proposuisse Fran-
ciseus Baco Angliae Cancellarius in novo organo ad retum naturalium causas
iudicandas.

In eadem collectione brevis de combinationibus tractatio, ut & altera
de quadratis, ut loquuntur, magis continetur. Propter morum suavitatem
& doctrinam exquisitam in magna erat apud eruditos gratia. Quam-
dui vixit, elucubrationes suas publici juris non fecit.

IX. Eodem anno mense Octobri insignis Geometra & toto orbe notus
Agidius Personeius de Roberval postremum diem suum obiit. Vir erat
ad Mathematicas disciplinas natus, quas ab anno ætatis sue 14 ad annum
usque 74 coluit, ac tantos in iis progressus fecit, ut inter ævi sui Geo-
metras pene princeps haberetur. Varia ejus opuscula in eo, cuius mentio-
nem fecimus, volumine edita sunt; primum est de compositis motibus quod
anno

anno 1636 elaboraverat. Ex eo multas decerpit propositiones quæ in Acta Academiae sunt & demonstratae anno 1668. Tum hunc Tractatum exceptit alter de recognitione æquationum, ubi earum originem & naturam diligenter expedit.

X. Huic alios subjecit de resolutione æquationum tum carum, quæ planæ dicuntur, tum cubicarum, & de locis Geometricis, item de indivisibilibus, quæ methodo à se excogitata quinto anno ante Cavallertii Libri editionem sic exponit, ut superficiem ex aliis superficiebus, solidum ex corpusculis solidis servata Homogeneorum regula, non superficiem ex lineis, solidum ex superficiebus conflatum, uti à Cavallerio factum est, consideret. Atque in quadam ad Torricellum Epistola restatur se huic indivisibilium methodo optima quæque sua inventa accepta referre.

XI. Post hæc Tractationem suam de Cycloïde elaboravit, quæ magnam ei apud eruditos famam conciliavit. Problema illud famosum insigne non in Gallia modò, sed etiam in Italia Geometras commoverat, qui illius solutionem summâ animorum contentione quaesieram.

P. Mersennus ad eos qui in hac scientia præ ceteris eminebant, scriptis, & ad Galilæum imprimis ut naturam Cycloïdis, quam clavus rotæ in una rotæ revolutione describit in aëre, indagaret.

Hoc Robervalius viâ simplici & expedita problema solvit, ac demonstravit spatium à Cycloïde comprehensum triplum esse rotæ ipsius, ex qua formatur, cui solutioni duplicitis problematis enodationem subjecit, unam de solidi Cycloïdis circa lumen basim ferenti dimensione, alteram de tangentibus Cycloïdem inveniendis. Atque ea usus est methodo, quæ ad omnes tangentes curvarum pertinet.

XII. Hæc & alia de Robervalii ingenio & opusculis copiosè & candidè ab illustri Abbe D. Galloys sunt consignata in Actis Academias mensis Aprilis anni 1693. ex occasione operis tum editi in lucem, quod varias Academicorum elucubrationes complectitur, quæque antea nondum Typis mandatae fuerant, si perpaucas exceperis.

XIII. Brevi post tempore D. Buot qui inter Academicos in prima Academiæ institutione unà cum D. D. Frenicle & de Roberval adlectus fuerat, vitâ funèbus est. Ingenio erat acri ad Mathematicas disciplinas quælibet à natura ipsa factus. Nam iis ultro se dederat, cum nec latrè sciret, nec ullo magistro usus esset, atque ex industrio arniorum opifice eximus Geometra factus & in omni Matheseos cùm speculatricis, tum practicæ genere versatissimus: machinaticem p̄fserit excoluit. Hujus sape in hoc opere mentionem fecimus.

Insignes hi Mathematici eodem fere tempore jam senes diem suum obie-
 runt; omnes Matheseos partes amplexi, sed alius aliam selegerat, in qua
 præcipue elaboraret, D. Frenicle ad numerorum scientiam, quæ tum erat
 magno apud ejus aetas Mathematicos honore; D. de Roberval ad Geo-
 metriae & Mechanices Theorematum, ad utramque scientiam D. Buot ani-
 mum adjunxit, ad Machinaticem imprimis; omnes Physicæ studium
 cum Mathesi conjunxere, cum hæ disciplinæ inter se conseruae sint & col-
 ligatae.

ANN.

1676,

& 77.

SECTIO TERTIA.

*De Chymicis, Physicis, & rebus Anatomicis anni 1676
& 1677. suscepatis.*

PLINTATUM ANALYSES sunt continuatae, quas singillatim referre nihil necesse est, nisi forte quid notatu dignum occurrat.

CAPUT PRIMUM.

De Re herbaria.

I. Neunte anno 1676. D. Marchant Peponem figuræ & magnitudinis inulitatē ex Insula S. Christophori aportatum exhibuit. Hic aculeis instar cardui stellaris armatus, quatuor aut quinque pedes in longum & latum patebat. Illius analysi facta liquores pene omnes acidi erant, portio ultima sale volatili fœta, tres drachmæ salis fixi, duæ olei extractæ & quinque libitis hujus fructus quem melonem carduum appellant.

II. Die 22. Martin anni 1677. Serenissimus Francie Delphinus Academiam sua præsentia cohonestatam voluit, quem D. Colbert cum omnibus Academicis exceptit. Speculum istorum primum & illius vim intueri placuit: et si cœlum nubibus nonnihil obductum esset, terra tamen in vitrum conversa fuit & argentum colligatum. Tum machinas recens inventas, stirpium & animalium icones contemplatus Sereniss. Princeps quedam experimenta Chymica intueri voluit. Cum accepisset historiæ generali stirpium intentam esse Academiam, & in id incumbere ut per analysisim diversæ catum partes extraherentur, ex quibus cujusque plantæ natura, & vires utcumque cognosci possent, quædam suscepit operis specimen fieri jussit.

Tum fortè lavendulæ spicæ exstillatae fuerant, liquoris educti portio præ aciditate sui succo heliotropii splendidum & igneum colorem exhibuit, sublimata solutionem nihil immutans. Altera liquoris portio sale volatili dives contraria procreavit effectus. Nam sublimata solutionem non turbavit modo, sed & coagulavit; atque una cum spiritu salis mixta effervescit; sal volatilis sublimata solutionem præcipitem dedit, & lacteo imbutit colore: sal fixus eidem solutioni præcipitate colorem subiubuit impertit. Quælam circa liquorum coagulationem, & colotum mutationes eoram exhibuit D. Borel. Die crastini Serenissimus Delphinus Observatoriorum invisit. Sed ea de te paulo post cum de Mathematicis rebus verba faciebamus.

III. Die 17. Novembris D. Mariotte bulbata tulippæ exhibuit, in

etius germe folia tulippæ jam inclusa imo & flores & stamina cerne Phystio. bantur. Idem cum plura grana tritici in locis a se invicem dissipatis spar- fisset, unum ex iis 13 spicas protulit, aliud duas.

V. Inter eas quæ factæ sunt plantarum analytes Cannabum id habere vi- sum est singulare, quod cum satis lignosum sit, nullum tamen liquorem nisi sulphurcum prebeat, multum salis volatilis, ac plurimum olei suppe- ditet. Sic illa Brasiliæ species quæ à floribus nomen habet, liquorem tan- tummodo cæruleum dedit, ubi cum heliotropii succo permixtus fuit.

V. Carnium quoque analysis facta est à D. Bourdelin. 5. libræ carnis ver- veciæ, detractis membranis & adipe, extillaæ liquorem omni ex parte sa- le volatili referunt præbuerunt; 9. olei crassi unciae; deinceps itidem salis vo- latilis drachmæ, fixi quinque prodiere, nihil acidi extractum est. Tantum- dem salis volatilis & olei in Cyprino pisce repertum,

V I. Quod ante proposuerat D. Borel, ut uncia salis communis 4 unciosis aquæ fortis infunderetur; idque fututum aiebat, ut extillata aqua fortis salis communis in purum saltem-petræ abiret; illud ipsum D. Bourdelin dicit 7. Martii effectum dedit. 4. unciae salis marini cum sexdecim unciosis aquæ fortis sunt communis. Extillatis 10 unciosis aquæ fortis sex unciae salis re- federunt, qui non aliud quiddam esse videbatur præter nitrum: exhalata itetum aqua 5 aut 6 drachmæ salis iunctis concrescere visus sunt: adeo ut magna pars nitri unà cum sale communi confusa in aquam fortē transisse videatur. Verum hoc experimentum iteratum oportere omnes censue- runt.

Itaque cum fructis post diebus D. Bourdelin duas salis marini cum 8 aquæ fortis unciosis miscuisse & extillasse, sex uncias cum semisse liquori spiritui salis non absimilis extraxit: nam in aurum vim suam exercebat, sal in fundo vasorum residuum carbones accendebat. Nec dum tamen id certò disjudicari potuit an purus esset salpetræ. Cum autem D. Mariotte in prunas conjectisset purum salempteræ & prædictum ex sale communi & aqua forti prodeuntem, uterque consimili modo est incensus, eo tantum cum discrimine quod posterior erexitur visus sit.

VII. Cum D. Bourdelin partes æquales salis tartari & olei vitrioli, quatuor nimis unà miscuisse & singulis unis miscuisse, 7 drachmatum ponde- re octo illæ unciae sunt immunitæ, & liquor admodum debilitatus super- fuit.

VIII. Experimentum quoque circa dissolutionem salis marini à D. Du Clos olim factum iteratum fuit. Qui sal primū concrèvit, minus aciditatis habere visus est quamvis qui postea fuit coagulatus, quique oleum tar- tari turbavit.

X. Cum aqua sanguinea, quæ crumpentem è vulneribus sistit sanguinem, iis temporibus multum celebraretur, D. Du Clos è vitriolo tam parati judicavit. Hanc inesse vim vitrioli phlegmati leni calore extillato cen- su, distillatione, atque ut loquuntur cohobatione repetita. 2. Eadem vir- tute donati oleum vitrioli, ex quo sanguis viri spitus est distillatus ori & hæm vitrioli phlegmate suo idemidem perfusum: iehat.

X. Experiiri etiam id placuit utrum aurum fulminans deorsum versus vim

ANNO. suam exeret : tem ita esse semel & iterum comprobavit experientia : nam 1676, tenui laminæ in æquilibrio posita post fulminacionem ea decidit, qua pars & 77. te granulum auti positum factat, reliquo sui vestigio & impressione in lamina.

XI. Quæ ad anatomiam spectant, eo quoque anno non segniter fuerunt discussa. D. Du Verney Traditum suum de auditu organo tum temporis elecaberavit, & aliqua ex parte legit. Prater cætera id advertit, tympani cavitatem tenui membrana obdñe, quam vasa omnis genetis rigant; in plerisque animantibus cavitas illa ampla est, & apophysim Mallei pene totam occupat, in aliis angustior exigua illius apophysis parte implet. Illud quoque observat funiculum qui pone tympani membranam tenditur, nervulum esse durioris propaginem, neque ab eo membranam tympani distendit, aut laxari, cum huic non adhaereat, in musculum mallei spargitur, & in ductum qui ab aere in ovis cavitatem tendit. Visceræ instar nivis alba exhibuit, adeo ut vasa omnia, quæque sunt magis spectabilia, oculis subjicerentur.

C A P U T II.

De aliis observationibus Physicis.

I. DE caloris & frigoris natura suas proposuit conjecturas D. Dodatt, qui etiam observationes aliquot de transpiratione legit, atque in hoc argumento arti medendi perutili postea versatus est: qua de re aliâ plurius.

II. Ineunte anno 1677 D. Du Clos frustum agni non corrupti lucidum appauissé etiam candela accensæ proprius admotum testatus est. Idem olim à se observatum D. Mariotte confirmavit: atque ambo in eo consenserunt hoc lumen non in carne musculara, sed in membrana interiore conspicere.

Ineunte Aprili Physicæ observationes à D. Richer in Cayenna Insula factæ, in tabularia Academicæ relate factunt, quæ nuper sunt in lucem editæ. Prima & præcipua ad longitudinem penduli quo minuta secunda temporis designantur, pertinet. Illud enim allatum ex prædicta regione, & cum pendulis quæ in Academia adhibentur, comparatum brevius una linea & $\frac{1}{4}$ inventum est: adeo ut horologium Lutetiae constitutum in eam regionem translatum uno quoque die duobus horæ minutis tardius moveatur. Hæc observatio de qua jam superius dictum est, singulis hebdomadis decim mensum spatio fuit repetita.

3. Quæ circa est in mari reciprocum iis in locis observavit, jam sunt à nobis exposita in Philosophia veteri & nova tomo 5. p. 234 postremæ editionis. Is vero statim temporibus, ut in Gallia hitoribus recurrunt in noviluniis & in pleniluniis horæ de meridie tertii, & $\frac{1}{4}$, aliquantò citius: cum proprius ad Äquatoriem accedimus, cum aestus sunt maximi, tum mare ad sex usque pedes intumescit, quo! ex palo terre insixo per integrum

annum fuit observatum. Aëtus maximi sunt circa aequinoctia, sed diff. *Physi-*
ca Ob-
rentia ultra sex digitos non excurrit.

3. Tertio post novilunium, aut plenilunium die major est aëtus quam in serv.
novilunio, aut plenilunio, ut in Europæ littoribus evenit.

III. Declinationem magnetis, aut Versorii 12 graduum Orientem ver-
sus invenit, inclinationem vero 55 grad. comperit: adeo ut illud verum
non sit, Versorum in pyxide nautica tantum deprimi, quantum Polus
attollitur. Nam Poli altitudo eo loci est tantummodo 4 graduum & 56
minutorum.

IV. Circa crepuscula id quoque comperit 45 minutis ante Solis or-
tum, vel post illius occasum legi facile posse: adeo ut aët iis in locis
non minus sit etatulus & refractionibus obnoxius quam in frigidioribus.

V. Hydriargyrum in Batometro ad 27 digitorum & novem linearum
usque altitudinem attollit, nec infra 27 digitos & unam lineam descendere
comperit: ita ut idem sit pene aëris incumbentis pondus prope Äquato-
rem atque in locis ab eo remotioribus. Locus enī in quo hæ facta sunt
observationes 20 tantummodo aut 25 pedibus altior etat maris superficie.

VI. De ventis hæc ab eo sunt observata, hanc regionem, quæque
Amazonum flumini est finitima, ventorum mutationi minus subiacere quam
circumjecta Europæ littora. Venti ab Oriente spirant à mense Julio ad De-
cembris usque finem, sic tamen ut ad Boream deflectant; à Decembri ad
Julium, cum aët in imbreu solvit, ab Oriente versus Austrum declin-
ant. Hora fere octava incipiunt, post occasum Solis paulatim desinunt;
tam redeunt mane simul & augentur, cum Solis supra horizontem altitudo
crescit: unde caloris aestum non mediocriter temperant. Tonitrua, exhal-
ationes inflammatae, Iris ipsa, & alia meteora non minus crebra sunt atque
in Gallia.

Quædam subjicit de nonnullis animalibus non omittenda. Testudinum
sanguinem frigidorem esse aqua ejus regionis: cum sanguis tursionis v.
Marfouin non minus calet quam terrestrium animantium. 2. Crocodilum
vidit magna inclusum arca qui per octo menses nihil manducavit: et si
pisces devorandi in arcā conjecterentur. 3. Alius est pisces tres aut qua-
tuor pedes longus non dissimilis congo qui digito, imo & baculi extremo
contactus stupore afficit brachium & vertiginem tenebrosam creat, cuius
rei periculum ipse fecit. Est quoque in ea regione quoddam suis genus,
in cuius tergo foramen patet, per quod multam emittit spumam, cum ca-
nes illum insequuntur. Cui usui illud esset foramen, explorare voluit. An
forte ducendo aëti esset destinatum: sed in dissecto animali nullus ad in-
teriorēs partes aditus patebat: orificium dumtaxat visum est cujusdam pelvis,
qualis ferme est in renibus, glandula spongiosa cincta.

VII. Quæ gummi guttam proferret, arbor an frutex, dubitatum olim
fuit: arborum quercu non minorem esse comperit. Ac quibusdam in Ameri-
cas locis sylvas his arboribus resertas invenit. Überior succus inter cor-
ticem & lignum interfusus flavum coloreni præse fert, ut gummi quod
exteriori cortici adhærescit. Incolæ colicis doloribus affecti, quibus sunt
admodum obnoxii, hoc medicamine uti solent.

ANN. VIII. Die 15 Maii D. Perrault coram exhibuit pescis cuiusdam maxilla 1677. lam, quam vir optimus Abbas Gendron e Canadensi regione allatam Clariss. & perdocto viro D. Toinard donaverat, ea maxilla pescis utitur in conterendis conchylis, quibus vescitur; planum quoddam est velut dentibus candidis, prædatis, & rotundis confertum cibis poli is stratum.

IX. De capillorum structura & vegetazione scriptum legit D. Maitotte, in quo illud pumum adserit, non ut plantas, sic crines vegetari. Nam plantæ nutritium succum inter fibras & corticem ad extreemos usque ramos propellunt, ubi & folia & novos profertuni ramos. Sed instar unguium crescunt crines, dum pars una alteram pellit & vicissim postea pulitur, uti ex notis que unguibus aut pilis, postquam resecuti sunt, inuntur, facile colligimus. Idque expeririuntur qui crines suos aliquo pigmento inficiunt: nam pars recens formata & cui proxima alium pra se fert à tincta colorem.

Capillus 5 aut 6 fibrillis eodem velut tubo conclusis & instar cornu lucidis constat. Hæ fibrillæ microscopii ope candidiores & interjecta spatiola obscuriora cernuntur. Quod si capillo prope pupillam oculi admoto candelam aspicias, ex utraque parte radu ex tribus aut quatuor imaginulis compositi apparebunt veris tincti coloribus, quod non continget, si pilus esset uniusmodi. Quare multiplex sit restringio fere ut in viris multiplici facie præditis evenit. Et quidem ubi crines finduntur, id uique fit, quod tubulus quo involvuntur fibrille disstumpatur, & in plures dividatur capillos.

X. Aliam dissertationulam de corporibus, quæ cum leviora sint aquæ innatant, elaboravit, quæ unâ cum aliis tentaminibus Physicis publicata ab eo fuit & in tertio tractatu Physicæ generalis vet. & novæ Philosophiae hoc quidquid est, satis dilucidè explicatum retexere hoc loco nihil necesse est.

Iisdem rationibus adducti omitimus demonstrationem Physico mechanicam qui differentiam compositi Barometri à D. Hugens excogitati & simplicis ad calculum revocat & illius rationes fusius prosequitur. Veium quod experientia sola probat, D. Varignon post decennium in Academiam ascertus demonstravit. Qua de re suo loco.

Die 23 Junii D. D. Cassini, Picard & Roemer tempus inter luminis & soni perceptionem interjectum observarunt, dimenso spatio inter Observatorium & locum cui nomen à Glareo, v. *La Greve* 1280 hexaped. interjecto quod sonus bombardiarum visa flamma aut ciepus ignium missilam 7 minutorum secund. intervalllo peragbat.

XI. Circa mensem Julium & sequentes D. Duverney compluta experimenta Physica coram Serenissimo Francæ Delphino exhibuit, & ea maxime quæ ad pondus aëris & magnetem spectant.



SECTIO QUARTA.

De Mathematicis.

DE Matheſi dicturi , ab Astronomicis obſervationibus hoc anno factis
ducemus exordium , tum de Geometricis.

CAPUT PRIMUM.

De Astronomicis Obſervationibus.

I. **C**um D. Flamſted Anglus inito calculo ſcripſiſſet viſum iti Mercuriū in Sole die 7 Novembris stylo novo ; ex illa obſervatione cum iis quæ à Gassendo & Hevelio olim factæ fuerant , rite collata accuratam hujus planetæ theoriā haberi poſſe ſpes erat. Itaque D. Picard ex Mercurii per Solem tranſitu , illius orbitam definiendi tationem demonſtravit. Tum orbitæ Veneris aut Mercurii obliquitatis ex tempore tranſitus per Solem inveniendæ methodum expoſuit. Atque è conveſto , ſi deur ex tabulis Mercurii locus in Sole , viſibilem totius tranſitū lineam determinandi viam oſtendit. Quæ demonstrationes cum paulo ſint longiores , alio in loco commodius proſeruentur.

II. Cum Cometa hoc anno circa mensem Aprilem ſe videndum p̄-
buſſet , illius motus , forma , magnitudo , & ſi quæ ſint alia phœnomena
diligenter à D. Cagliano ſunt obſervata , in Academia lecta , ac tandem in
publicum vulgata. Hic exente Aprili in conſtellatione Andromedæ viam
Cometis tritam inſiſtere viſus eſt. Qui anno 1577 , 190 & 1658 apparue-
re , ab eo itinere non multum aberrarunt , inter triangulum & Medusæ
caput incedentes. Anno 1665 duo viſi ſunt , prior per Medusæ caput , poſt-
quam ſuit retrogradus , poſterior per apicem trianguli iter fecit. Sic Co-
metæ anni 1572 triangulum inter & Medusæ caput appauit. Elapſis 100
annis nempe anno 1672 Cometa idem pene iter confeicit. Supetiori ſeculo
anno 1577 & noſtro hoc ſeculo anno itidem 1677 Cometæ eandem pene
viam inſiſtere viſi ſunt. Quod annotatum oportuit , ut hinc conjeſtari liceat
an forte iidem ſint Cometæ rediſes poſt certa annotum volumina.

III. Duo quoque Cometatum genera obſervavit D. Caglianus , unum
eorum qui moſu directo & juxta ſignorum ordinem progrediuntur. Hujus
genetiſ is etat qui anno 1677 mense Julio , cum hæc ſcriberet D. Caglianus ,
toti orbi appauit , uti & Cometæ anni 1672 , & poſterior anni 1665 , quicquid
omnes ſuperiore ſeculo viſi ſunt ; hi quidem cum moſu eſt celeſtimus ,
ultra 4 aut 5 građus ſingulis diebus non excurrunt.

ANN. Alterum Cometatum genus motu retrogrado contra signatum seriem 1677. fertur. In eo censu erat Cometa anni 1672 ut & aliis anni 1664, cuius motus ad 4 usque gradus in maxima sua velocitate pervenit. Ilujus rotatus linea multo magis ab Ecliptica deflectebat, quam in iis qui motu directo carent.

Observationes suas circa hunc Cometem Madriti factas P. Saragossa Soc. Jesu misit ad D. Cassinum quæ in Academia lectæ sunt, & cum iis quæ in Observatorio factæ fuerant, collatæ. Observationes suas D. Cassinus publici juris fecit.


I V. Qui etiam 18 Augusti primum Jovis satellitem corpus Jovis subcuntem & ex illo excuntem ita observavit, ut à Jove ipso seceretur, & illius umbra in Jovis corpore semper videretur. Quandam in motu secundi & tertii satelliti irregularitatem animadvertisit. Novam demique in Jove maculam quæ in majori fascia videtur à die 5 Julii deprehendit, quæ suam periodum intra novem horarum & 55 min. spatium conficit. Jovem ita dispositum invenit, & in ea forma qua erat ante biennium: maculam ex qua Jovis revolutionem circa suum axem deprehendit, quæque evanuerat, reducere invenit consimili modo inter fascias positam, quo ante biennium; in medio scilicet Jovis sitam & eo loco, quem juxta Ephemerides occupare debuit: fascia itidem alba inter duas obscuriores, ut prius, sui copiam fecit.

V. Die 5 Novembbris Mercurius in Sole videri non potuit Parisis ob nubes interpositas; sed visus est Avenione, Montis Pefulani, & aliis in locis. D. Galler observationem à se factam Avenione misit, eaque satis accurata visa est. Tempus quod Mercurius in Sole percurrente insumpsi, 5 horarum fuit & 34 min. Hoc autem colligit ex comparatione emersionis Mercurii cum iis quas habuit multo post ejus immersionem observationibus: cum immersionem ob nubes interpositas observare non potuerit. Cum autem eam observationem typis editam inscripsisset Domino Cassini, cuius calculo ipsi p̄ræ cæteris consentaneam depichendisse literis testatus est, eam D. Cassini contulit cum iis quas Cassenus primum, deinde Helyius etiam peregerant: unde inter cæteria collegit Mercurii nodos in Tabulis Rudolphinis optimè esse determinatos. Sed ex Eclipsi duratione à D. Galler deducta concluit Aphelium, seu maximam ejus à Sole distanciam antevertere, adeo ut in Tabulis motus ejus velocior hoc in situ exhibatur quam hæc ferant observationes. Verum ex observatione quam eodem tempore D. Haley habuit in Insula Sanctæ Helena, in qua inancionem, & emersionem Mercurii ipsi licuit observare, Mercurii in Sole mora fuit 5 horarum 14 min. quod proprius accedit ad velocitatem ex Kepleri Tabulis deducetam.

V I. Cum refractionum scientia ad Astronomicas observationes magnum afflat momentum; ea quidem superioribus annis multum exulta fuit; atque hoc anno exente p̄cipuum earum fundamentum diligenter exclusum. D. Reiner Carthœni hypothesim ex scriptis D. Fermat, quæ à D. Carcavi fuerunt Academæ communicata, convellere est aggrœlius. Ac prius quidem illud ut certum ponit, globum obliquè impactum in superficiam

ficiem aquæ sic refringi, seu à recto itinete ita deflectere, ut versus aquæ *Astron.* superficiem, à perpendiculari declinet, & sursum versus tendat: contra radii luminis versus perpendiculari infinguntur, iisque ab aquæ superficie recedunt. Hinc colligit Cartesius radios luminis facilius per aquam, quam per aëra transmitti.

Id vero negat D. Roëmer, cum alia sit ratio motus corporis quod ita per aliud defertur, ut hujus partes loco cedant, qualis est motus globi per aëra & aquam translati; alia commotionis particulatum, quæ sit ab impulso corporis in cumulum eatum pattium, quem corpus impellens non penetrat, cuiusmodi est motus luminis ex Cartesio.



Globus A per aëra A B oblique incidat in B G superficiem cumulus ejusdam ex variis corpusculis congesti, per quem difficilius feratur, quam per aëra. Tum unque palam est ex ipsa experientia radium A B non recta in F, sed sursum inclinatum iti versus superficiem B G, puta in B C. At si ponamus à prædicto globo non cum penetrari cumulum corpusculorum, sed impingendo in ejus superficiem E G, succurre patrem aliquam corpusculorum, tum directio hujus succussionis non tendit versus G, sed potius deorsum versus H, puta secundum rectam B D. Nam superficie E G, ex superficieculis planis & in idem planum conspirantibus conflata, directio lineæ ejusvis incidentiæ fit ad perpendiculari; quod è mechanicis principiis demonstrari posse ait: Rationem attigimus tractatu 2. cap. 5. Physicæ generalis. Quocirca ex dissimilitudine refractionum inter radios luminis & globos bombardiles per diversa media transcuntes, non satis aptè concludit Cartesius lumen facilius per aquam, quam per aëra moueri: adeo ut regula quam diuertiendis refractionibus constituit, licet vera sit & magnus usus, non tam rationis, quam experientiæ via. b eo sit excogitata.

Longe præstantiorum existimat hypothesim Domini Fermat, ex qua precipua refractionum phœnomena demonstrari possunt. Illud imprimis, refractiones esse inter se in ratione sinus rectorum, quod ille per analysim demonstravit: sed id ipsum synthetice demonstrat D. Roëmer. Quæ demonstratio commentariis inserta à nobis hec loco prætermitti potest.

Vetum ut ad res Astronomicas redeamus, idem D. Roëmer die 19 men-

ANN. sis Junii machinam à se inventam exhibuit, qua planetarum inæquales motus explicantur. Ea constat duabus rotis dentatis, quatum una æquabiliter motu aliam inæquabiliter mouet, & in ea ratione que ad accelerationem aut retardationem planetarum requiritur.

C A P U T II.

De Mechanicis & Geometricis.

I. **C**um invenire hoc anno D. Blondel tractatum de projectione globorum ignitorum v. *Des Bombes* à se elaboratum dixisset, sed id opere se ut que Geometrice demonstravit, experimentis comprobarentur, eaque Hydriargyri ope fieri commode posse. Hanc Provinciam suscepit D. Roëmer & machinam excogitavit qua theoriam Galilæi, & Torricelli circa parabolaram amplitudines in projectionibus confirmavit.

Tubo ligneo cuius diameter erat tex linearum, altitudo duorum & amplius pedum, Hydriargyri astrolabio est, qui per foramen rotundum, cuius diameter erat unus linea cum semisse, erumpet. Tubus sic aptatus erat, ut manente centrio immobili, ad quemlibet angulum inflecti posset: Mercurius continenter astrolabio tubo, candem semper altitudinem conservabit.

II. Primum quæstum est, quantus esset jaetus verticalis, isque inventus est 270 linearum, minor 18 linearum altitudine hydriargyri, in angulo 85 grad. altitudo fuit 268 lin. in angulo 80 gr. jaetus fuit 262. Tum posito jaetu verticali 270 linearum, singularium altitudinum inito & cum observatis collato calculo, tabella confecta est, qua Argolom seu directionum supra horizontem inclinationes, amplitudines quoque & altitudes tum observatas, tum calculo inventas, & earum differentias continebat.

III. Hec vero inter observandum sunt annotata, filum Mercurii circumferens è fotamine ultra 4 polices altitudinis continuatatem suam amisit, postea in guntas sparsum quæ in semiparabola descendente in plano verticali latius diffundebantur; in medio confectiores quam in extremis: unde in dimidiâ quacunque amplitudine partis interjectæ ratio habita est: tamen si cuius calculo magis convenienter observari, ubi exteriore gitta sumebantur. Ex tabella predicta liquet 1. directiones supra & infra 25 gr. hinc inde ex aquo sumptas non easdem prorsus habeat amplitudines: nam quæ supra posite sunt, eadem paulo minores erant: 2. quæ propriæ sunt jaetui verticali, ex magis cum calculo conveniunt. 3. Illud in universum constitutæ altitudines & amplitudines observatas paulo majores esse in quæ per circulum prodierunt.

IV. Interjectis aliquot diebus problema quoddam proposuit D. Blondel circa directionem projectionum quod à D. Boot primam fuit solutum, tum à D. Roëmer, sed methodo facilitori, visa tamen antea solutione D. Boot. Ille instrumentum subiecte eidem problemati inventando, nempe

projectionum directionibus apicatum. Hoc & alia eundem ob finem propo-
sita circa parabolicas sectiones problemata solvit D. de la Hire nondum ^{Aie-}
inter Academicos cooptatus, sed ex suis operibus notissimus, & omnium
votis expeditus, que brevi post tempore nempe anno 1678 expleta sunt.

V. At D. Cassinus novam invenit methodum, qua tota projectionum doctrina ulterius promota una propositione explicatur, ampliusque tractatum Academiæ exhibuit in quo circa sectionum conicatum opein vites machinarum projiciientium explicantur, iisque præcognitis exhibetur modus projiciendi missile ad quemlibet propositum scopum, ad quem compertum est vim ejus posse pertingere, sive ille sit in horizontali plano cum machina constitutus, sive infra ipsum, aut supra, ad quamvis depressionem aut elevationem, idque per solam rectam lineam in circulo ductam: quamvis missile lineam parabolicam describat; ex his instrumentum conficit, & Academiæ exhibuit per quod machina sic attollitur supra scopum, ut ipsum feriat missile.

Hujus tractatus compendium D. Blondel inservit suo de hoc argumento tractatui, eique librum octavum tertia partis assignavit.

V I. Interea Serenissimo Francie Delphino qui pridie Bibliothecam Regiam, & Academiam ut supia diximus, inviserat una cum Sereniss. Principe de Conty & aliis primis dignitatis viris in Observatorium Regium se conferre placuit. Aedificii formam, statum, & structuram è summo illius fastigio aut Solario contemplatus ac referatis fornicate foraminibus specum subteatraneam ad 28 usque hexapedas altam, singulas deinde partes oculis & animo lustravit.

Primum in majorem aulam cum descendisset, eam de qua mox diximus machinam in cubiculo D. Picard paratam invenit. Hanc D. Roëmer pateti sic aptaverat ut Galilæi & Toricelli circa projectionum directiones theoria experientiâ ipsa summaretur. Variæ erant in parieta delineatae parabolæ quas hydraugyrus sursum per apertum foraminulum erumpens ad quam libuisset angulorum inclinationem describebat.

Hinc ad eas aedificii partes venit quas D. Cassini inhabitat, ubi plures Lunæ figuræ, & totemata est contumplatus; queque ex diversis Solis aspectibus & corporis Lunaris Librationibus occurunt illustrationum varietates, simul & diversos planetarum motus aptè delincatos conspexit.

V I I. Isdem fere temporibus D. de Saint Felix aliquot Machinaum quæ ad usum navium sunt comparatae, typos exposuit; eas machinas magno usui navigationi esse posse visum est earum rerum peritis. Harum typi postea sunt in Observatorio repositi.

Paucis post mensibus vir industrius D. Allemand globum exhibuit in quo Sol, Luna, fixæ ita erant disposita, ut dupli motu diurno & annuo Sol moveretur, Luna mensilio, stellarum ortus & occasus nota-rentur.

V I I I. Prædicti tractatus de sulphurorum g'loborum projectione ex-
amen deinceps fuit continuatum. Tunc D. Mariotte quantum aer eatum jec-
tum iuminueret, computavit.

Idem experientia comprobatum aiebat leviora corpora, cuiusmodi sunt

ANN. chartæ folia filo suspensa , ultra quietis punctum aicis describere in ratione subduplicata numeri filorum , dummodo is major non sit numero 16. & 78. Illud etiam experientia competit unum chartæ folium ex altitudine 10 aut 12 pedum suspensum ultra punctum quietis unum aut circiter pedem pro-moveri , cum ex altitudine aicis 80 aut 83 graduum decidit : tum quæ-sivit quo folia sicut addenda ut duos aut tres pedes ultra quietis punctum progrediantur.

IX. Quædam ante præmisit lemmata majoris forte momenti quam problema prop. si um 1. Corpora quæ in libero aëre decidunt , per om-nes tarditatis gradus non transire , sed determinatam habere vel in prin-cipio sui motus v locitat.m. Id vero probat ex easu duorum ponderum inæquilibrium quæ extremis librae sic appenduntur , ut unum longius à cen-tro libra aut statere quam alterum distet. Tum enim ambo simul cade-re incipient , sed non eadem velocitate ; ac plures etunt tarditatis gradus in pondere centro proprii , quos non decurret illud quod à centro lon-gius est distin.

2. Corpus leve ut spongia aut suber , quod in descensu motum suum accelerat , ubi acquisierit in decidendo velocitatem æqualcm impressioni venti sursum hantis , quæ corpus sustinere valeat , dum descensum incipit , tum corpus illud motum suum non amplius accelerabit , sed cum acquisita velocitate quod reliquum est sui descensus , percurrit.

Hoc utique ex priori probat Lemmate : corpus enim certam in sui descensus initio habet & determinatam velocitatem ; aër vero quantum-vis cœnties forte levior , ea velocitate sursum moveri potest ut corpus sus-tineat , si tantundem celeritate vincat corpus , quantum vincitur ejus pondere. Quite ubi aër sic impinget in corpus impressione aut celeritate cœn-ties majore , quam sit prima in descensu corporis velocitas , quamque esse determinatam ostensum fuit , utrimque fiet æquilibrium ex percussione legibus. Sed prima in cadendo velocitas ea ipsa est quam acquisita conti-nenter adjicit , cum descensum accelerat : cum igitur corpus eam inter cadendum acquisierit velocitatem , quæ sit æqualis venti sursum pellentis & sustinentis celeritati , eadem vi pellet aëta , qua ventus ante illud im-pellebat : & candem resistentiam offendit , quam diximus æquilibrium efficiere cum ea quæ accelerationem procreat. Ergo nihil amplius acquisitæ celeritati addet : ac corpus deinceps cum ea quam paulatim acquisivit veloci-tate exque æquabili taliquin descensus sui iter continuabit : cum in aëta eadem vi impingat.

3. Quæ sequuntur lemmata ex iis quæ in tractatu de collisione corporum ab eo sunt explicata demonstrat. Aquas v. gr. salientes ea sus-tinere pondera quæ sunt inter se in ratione duplicata velocitatum.

X. Varios deinde libellas conficiendi modos proposuit D. Cassinus , cum aquæ , tum hydrargyri beneficio. Ac D. Picard iis temporibus jussu Regis Christianissimi circumiecta Versalibus loca excit ad libertam.

Quod enim anno 1674 propositum fuerat de aquis Versalibus deducendis , hoc ipsum anno 1678 iterum fuit agratum. N n procul ab urbe Pithue-rio vulgo *Pluviers* , est rives qui Junius , vulgo *La Riviere de Juine*

vocatur: hujus ianta est declivitas ut intra breve spatium 60 moletri. *Mech.*
 nas vi aquarum suarum circumagat: è stagnis & fontibus ad sylvæ Aurelianensis fines positis originem suam ducit. Viri in his rebus exercitati si-
 bi persuaserant hinc aquam deduci Versaliæ posse. Hoc quoque negoti
 datum est D. Picard, ut iterum experderet an res ipsa fieri posset, & ad
 exitum perduci. Is Sequanæ libratione Corbolium usque repetita & len-
 giæ producta Aureliani venit: cujusque loci librationes in Tractatu à no-
 bis citato de arte librandi descriptas habemus. Id tandem comperit Sequanæ alveum prope Versalias in Pago *Séve* diecto 54 hexapedis depressorem
 esse ipsâ aquarum origine in sylvæ Aurelianensis finibus sita. Cum autem
 domus Regia solum sit alveo Sequaræ 60 hexapedis altius: hinc conclu-
 sum fuit aquarum fontes saltem sex hexapedis eis depressoress loco ipso
 in quem eas duci oportebat. Rursum id iussum est ut librationibus conti-
 nuatis id expenderet D. Picard an canalis è Ligeri Versalias usque du-
 ci posset. Quod itidem fuit exploratum: punctum divisionis in Canali Bri-
 aeo quod 17 hexapedis Ligeris alveo est altius, 68 hexapedas super alveum
 Sequanæ prope Versalias atiollî, ita ut ultra oppidulum Polliacum adver-
 sus Ligeris profluentem esset progrediendum, ut sufficiens haberetur pro-
 clivitas, quò per aqueductum Ligeris aqua Versalias deduci posset. Nam
 pars summa Canalis Briarei fore est ad libellam cum receptaculo seu co-
 lo immisario in specus fastigio collocata. Verum quæ tum factæ sunt li-
 brationes in Belsia per diversa itinera, manifesto demonstrarunt Belsi e
 solum cis Aurelianensem sylvam depressorem esse Versaliæ solo, atque adeo
 aquam è Ligeri adduci nullatenus posse, nisi per aqueductum à media
 sylva per multa millaria in sublime elatum & productum: unde ab eo
 consilio discessum est.

Res faciliorem habuit exitum in aliis librationibus quæ à D. D. Picard &
 Roëmer prope Versalias factæ sunt: nam ex feliciter processerunt: atque
 è vico Bienvco rivulus per montem Santauiacum perfolsum 14 hexapedas
 infra montis planitem, substructo aqueductu 750 hexapedatum, deductus
 est Versalias usque.



SECTIO QUINTA.

De Physicis experimentis anno 1678. suscepatis.

Acta hujus anni Physica à Botanicis & Chymicis ordiemur.

ANN.

1678.

CAPUT PRIMUM.

De Botanicis & Chymicis.

I. **H**oc anno ut superioribus in plantarum descriptions & analyses D. D. Dodart, Bourdelin, & Marchand op̄ram suam & studium contulerunt. D. Marchant complures è regionibus longè diffitis, quæque ab Auctoriis non sunt delineatae asportandas & excendas curavit; tum eam quæ jam ab aliis descriptæ sunt, collegit synonyma; prima fungorum rudimenta exhibuit, qui in timo equino, ex muco aut situ quodam in fila diuincta oriuntur, primūm molliora, tum duriora, eaque in globulos candidos paulatim coalesceant, quæ fungorum sunt primordia.

II. Idem mensē Decembri qua ratione liliorum aurei coloris quæ cruentata appellant, bulbi renoventur, exposuit. In plutes dividuntur partes, quarum singula caulem emitunt; anno proximo in ima parte eiusdem caulis novus formatur bulbulus vulgo *un Cayan*, qui tertio post anno florem dabit; caulis supra bulbum capillitum spargit.

III. D. Bourdelin 60 plantarum analysis int̄a hujus anni spatium exhibuit. Inter alias illæ memoratu sunt dignæ. Pulta Colocynthidis exstilla liquorem dedit, oleum & salēm omnis amaritudinis experta. Tres sere libræ 15 uncias liquoris acidi & sulphurei, duas olei acis quidem, non amari, tres salis lixivialis præbuerunt.

Ex 64 seminis cucurbitæ uncis 18 olei, 15 liquoris uncie sunt extilitæ, ex quibus quatuor erant sole volatili referata. Sic tanatum sperma nihil acidi, multū salis volatilis dedit.

Illud cujus supra meminimus plantæ genus *Noſtac* dictum, multū quoque filis volatilis tum concreti, tum liquori permixti & oleum admodum fœtidum præbuit. E foliis violæ multum salis volatilis eductum. Longum eslet & supervacaneum singulas analyses plantarum persequi. Ex iis quas exempli loco attulimus & aliis quamplurimis illud fūspicati licet plantas complures quæ inter frigidas numerantur, multū filis volatilis, & olei suppeditare.

IV. Plantarum analyses quæ hactenus facte sunt D. Dodart in summam contrahit, & in certum digessit ordinem: adeo ut iam tuin temporis mensē nimis Aprili hujus anni 450 plantæ exstillaæ fuerint, atque uno veleni conspectu quid ex unaquaque planta aut olei, aut salis volatilis, aut fixi eductu n faciat, plinum sit. Regulas quoque propositi quæ alias appetari poterint plantis, unde & generales q̄ tamen eam affectiones aut exceptiones ercentur, qui hujus laboris fructus futurus est longè uberrimus. Sapores intentiore curia in plurimis plantis expendit, qui quidem negligenter ab Auctoriis sunt observati: cum tamen nihil fere sit utilius ad eam usus dignoscendos.

Qua methodo in analysi ritè peragenda utendum sit, scripto tradidit. In eo quidem præter alia multa leitu digna observat miram illud videnti

fructus, ut poma & pruna, quibus vescimur, nihil fere salis volatilis aut *olei* per distillationem præbete: cum carbonum magna copia, per partum ci-*plantis* nerum ex iis supersit; illud verisimilium esse, in carbonibus multūm olei fixi inesse quod ignis vi separari à terra non potest; sed tamen ven-*triculi* calor ab aliis partibus illud fecernit; nam id liquet multos homi-nes iis fructibus sustentare.

V. D. Du Clos dissertationes de sale, sulphure, nitro, opio, aloë, mirra exeunte hoc anno legere incœpit; spiritus nitri his tebus omnem pene detraxit amaritudinem: ex oleo foetiō gentianæ spiritu vini exsoluto, per aquam communem picca quadam materia precipitata fuit. In his oleis magna salis volatilis copia inest; hinc eorum effervescentia, ubi spiritus nitri affunditur: oleum juniperi post octo minuta effervuit.

V I. D. Dodart Narcissi bifolii ex Promontorio bona spesi allatum bal-*būm* aperuit, in quo flores admodum exiles & omnibus suis partibus in-*strucci* vi si sunt. Sic tritici tubulum die 23. Martii duabus lincis longum exhibuit, in quo Microscopii ope jam nodi in culmo formati, spica cum granis inchoatis apparebant: Verūm ista ad Physicas observationes spectant de quibus pauca nobis dicenda sunt.

C A P U T II.

De Physicas observationibus.

I. **T**raciatum de sono à se elaboratum pene integrum legit D. Per-*rault*, in quo omnes sonorum species & cauſas qua in corporum collisu & instrumentis musicis occurunt, diligenter persequitur. Hanc dis-*sertationem* inter Physica tentamina postea emisi in lucem.

II. D. Dodart obseruationes suas circa insensibilem perspirationem, & rerum utilium in viventibus exhalationem exposuit. Inter alia memorau digna id comperit, sanguinis missionem ad sex-decim usque uncias intra 5. dies sic restitutam fuisse, ut corpus priuatum pondus recuperarit. Jeju-*nium* eo peractum modo quo 12 primis Ecclesiæ seculis, nullum de cor-*poris* pondere detraxit, adeo ut octo & amplius libras intra 40 dies im-*minutum* fuerit: sed intra 10 dies hoc dispendium in homine medii cuiusdam habitus corporis fuit resarcitum.

Mense Julio nobilis & pereruditus Germanus D. Sallitz phosphorum li-*quidum* Illustriss. Abbati Colbert nunc Archiepiscopo Rothomagensi pri-*mūm* ostendit, ac varijs ejus phænomena nobis coram facta sunt.

IV. Cum de mellis origine orta esset disceptatio, D. Du Verney scripto sententiam suam exposuit, jac primūm eorum expendit opinio-*nem* qui putant mel esse vaporem è floribus stirpium sublatum & fui-*gore* densatum, quem deinde apes jam preparatum colligunt. Ita quidem menti negant mel esse quoddam rosis genus ex aëre delapsum: cum li-*quor* ille qui mellis naturam refert, quæque partibus infinitis florum, ut Lili Indici, aut Ranunculi guttula insidet, parvis receptaculis continua-

ANNO. 1678. tur; atque in eo genere lili quod Coronam Imperiale vocant, cuius car-

put terram verius deprimitur, si extremo digiti que pendent guttulae ab-

stertæ fuerint, Atum novæ succescunt, vel in medio die cum astus ma-

ior est, & ros omnis exhalavit, Quare mellite ex guttulae è succo plan-

tatum bene cocto & percolato in quibusdam receptaculis quasi in totidem

glandulis, quæ peculiaribus vasis sunt prædictæ, formari videntur & fo-

ras protrudi.

Jun enim ex observationibus clariss. Malpighii illud constat, terebinthina-

nam quæ floribus & foliis infidet, quibusdam in cellulis recondi, in

quas ii tubuli desinunt huic liquori secernendo destinati. Non dissimili mo-

do in illum liquorem, cuius natura non multum ab Terebinthina diffidet,

secerni per vasæ quedam admodum verisimile est. Quod si enim mel non

aliud quidam est præter forem frigore densatum, is caloris vi dissipatur: sed non est ita. Otto Sole apes mel colligunt magno indicio illud quid-

quid est, à rore ipso mulcūm diffidere.

V. Et quidem manna, quod est mellis quoddam genus, ex rore non pro-

dit: sed fæccus est fraxino aut orno, per incisiones factas in ramis defluens:

aleo ut manna non è rore originem suam ducat, sed è plantarum succo

per tubulos huic aptatos separatur. Eadem videtur ratio liquoris illius mel-

liti de quo diximus, qui tamen non videtur mellis ab apibus præparati ma-

teria.

Hoc igitur modo mel confici videtur. E corde ipso plantatum complu-

ta prodeunt filamenta aut stamna, quorum apices certis temporibus mag-

nim pulveris copiam ex variis globulis compositi suppeditant. Præcipuus

staminum usus is viderit, ut stylum in medio positum tueantur: sed & in-

suctis plerisque alimenta præbent quæ huic pulvri insidere cernuntur. Hunc

apes colligunt, non mel ipsum florum foliis insitum; numquam enim his

Cerone Imperialis receptaculis in terram depresso, sed staminum apicibus

infident.

Apes vero certis vasis donantur quæ pulvrem illum parant, & in mel-

lis naturam convertunt; sic in bombyce, erucis & carabeis ductus quidam

cernuntur in varios anfractus fere ut intestina convoluti. Hi liquore quo-

dam implentur qui per proboscisdem in mento positam protritus in fila di-

ducitur, & teste aut tæle quam hæc animalcula contexunt materiem sug-

gerit.

C A P U T III.

De Rebus Anatomicis.

HOC quoque anno in dissectionibus animalium multa fuerunt obser-

vata speculatione digna, quaque Anatomiæ & Physicam non me-

diocenter illustrantur. Taceo quæ à D. Perrault de auditu organo & per-

ceptione soni sunt observata, quæque postea mandavit litteris.

D. Du Verney partes animalium nutritioni destinatas diligenter expi-

dit,

dit. Ac primo quidem in fele odorata, v. *Civette*, id advertit, interiorem ventriculi membranam non aliud ferme esse quam continuatam glandulam *Hist.* innumeras foraminulis pertusam, quæ digitis pressa liquorem viscidum prebet. Sic œsophagum quamplurimis glandulis conspersum reperit, idque in altis animantibus imo & in avibus ipsis conspicitur.

2. Cum in avibus desint venæ lacteæ, uti & ductus thoracicus, ac mesenterii glandulae, id suspicatus est chylum e cavo intestinorum in venas mesentariae, & inde in hepatis deduci. Cum enim venas mesenterii inflascat, intestina ipsa inflata sunt: adeo ut venæ mesenterii cum intestinis communicare videantur. Quin & liquores per easdem venas injecti intestina subeunt.

3. Circa sensuum organa scripto quedam tradidit non incuriosa, præsumtum ea quæ ad aurium structuram spectant, quæque postea peculiari volumine juris publici fecit, hæc adeo nostram operam non desiderant, præfertim cum in Philosophia veteri & nova satis accuratè, contracto tamen stylo, fuerint explicata.

II. Eandem ob rationem quæ ad structuram oculorum pertinent, & iisdem temporibus ab eo sunt observata prætermittimus, quod in codem opere satis fuse sint retractata; structura imprimit illius interioris membranæ quasi tertia palpebra in avibus maximè, cujus motus celerissimus à duobus musculis quorum mirabilis planè est conformatio, perficitur. Hujus mentione superius facta est.

III. Circa narium structuram non pauca deprehendit, quæ in codem opere breviter sunt perstricta. Illed imprimis, narium cava lamellis cartilagineis, aut ossis, quæ in plures alias tanquam in totidem folia dividuntur, plena reperit. Quæ lamellæ ad radices narium positæ sunt angustiores; sed eadem sunt numeroiores & cum osse cribroso omnes continuatae: adeo ut justa sit suspicio os cribrosum ex earum lamellarum extremis coalescere, & foraminula quibus pertusum cernitur, nihil esse praeter earum lamellarum intervalla.

2. Interior narium membrana omnes lamellarum anfractus & recessus tegit. Quo quidem naturæ artificio tenuissima illius tela quæ est genuinum olfactus organum, superficies intra angustum plane spatium redigitur, quo halitus odoriferus qui satis est debilis, plures illius membranæ partes afficiat, & nervorum fibrillas concutiat. Reliqui loco citato videri possunt.

Multa hujus generis quæ ad Anatomiam spectant, coram Setenissimo Francæ Delphino & Regii Sanguinis Principibus tum exhibuit, uti & plurima Physices experimenta que unà cum D. D. Blondel & Roëmer circa inane, liquorum æquilibrium, & magnetem variis in congressibus sunt peractata.

IV. Die 23. Aprilis idem D. Du Verney corpus mulieris dissecate cœpit, ac primum partes nutritioni servientes ostendit.

Auditus organum, majoris Cyprini & Lucii pescis scleeta; aëris vesiculis pisces conclusi cum œsophago communientem non longè à dentibus, alimenti quoque ductum in fulmonibus demonstravit. Intestinum in eo pisce est 9 aut 10 digitis longum, cui complices appendices quasi coreula 3

AN. aut 4 digitorum tanquam totidem cœca adhærescunt, neque enim ullum
1678. habent exitum.

V. Cum die 17. Augusti de ventriculis cerebri & eorum usu sermo ha-
betetur, D. Dodart quæ à se observata fuere diversis temporibus in duo-
bus pueris enarravit, qui hydrocephali decelerant: hac consideratione dig-
na retulit. Uerque his morbis affectus erat, qui nullomodo ad caput per-
tinere videbantur, & circa ullam convulsionem an hoc interierant. Duo an-
teriores ventriculi cum tertio unam & eandem efficiebant cavitatem, quam
aqua pura & limpida titum sive libarum pondere implebat; cerebri sub-
stantia candida & compacta vix digitum aquabat magnitudine: cerebellum
integrum erat, glandula pinealis vesiculae euidam aqua itidem pura plene
insidebat. Ex ea observatione id videtur colligi posse has cerebri cavitates
continendis spiritibus non destinari, neque aquam iis conclusam apople-
xiam ipsam aut paralysim afferre, nisi alia subst. causa.



SECTIO SEXTA.

De Mathematicis.

A Physica ad Mathesim progressi ab Astronomia capiemus initium.

CAPUT PRIMUM.

De Observationibus Astronomicis.

I. Inter observationes Astronomicas quæ anno 1678. factæ fuerunt, in-
signis illa fuit quam D. de la Hite delineavit, eclipsis nimirum Sa-
turni interiectu corporis lunaris quæ die 27. Februario evenit hora 7, 22,
30, post Meridiem.

Illud animadvertisit D. Cassini hujus eclipsis tempore citius Lunam pro-
gredi visam quam tabula designant: Observationes à D. D. Cassini, de
la Hite, Roëmer peracte inter se omnino consentiebant. Quid in Diario
Eruditorum 7. Martii ejusdem anni fuit annotatum.

II. Iisdem fere temporibus Pleiadum descriptionem exhibuit D. de la
Hite, quæ ex magna stellatum multitudine coalescunt, compluribus in unam
& eandem confusis, ubi circa Telescopium conspicuntur.

III. Macula tum temporis in Sole visa est quæ in faculam conversa est.
Hujus motum & formam D. Cassini est perfectus. Aliæ postea circa 24.
Maii apparuerunt numero cœplures: sed ex iis quatuor erant magis con-
spicuæ, quæ in trapezu formam erant dispositæ. Inter eas maxima quedam
velut nebula cincta videbatur: sed tubo 22 pedum aliæ quoque maculæ ne-

bula rariore circumfusæ apparuerunt, easque recens formatas suspicatus est: *Astro.*
Sicut earum annotavit. Ex theoria jam olim constituta qui futurus esset ca-
rum mortus & quibus in locis unoquoque die habita ratione Eclipticæ vi-
derentur, prædictum. Una ex iis evanuit die 25, quæ nimirum maximæ tra-
pesii erat opposita. Ex tribus reliquis factum est triangulum æquilaterum,
quod die 28 contrahi vatum est, ob eam fortem rationem quod dicti solaris
margini essent propiores, idque ex Optics legibus. Die 29 visa sunt ad
se mutuò accedere, sed tertia ab iis recessit, quæ fuit magna irregularitas
in motu hujus maculæ, nisi forte recens genita fuerit in prioris loco.
Die 30 puncta quadam obscura superfuerunt, sed majore splendore circum-
fusa: quod semper accidit cum maculæ desinunt.

I V. Verum cum satellitum Jovis eclipses pene sole, Geographia & ta-
bulis hydrographicis perficiendis magnum afferant momentum, in iis obser-
vandis D. D. Cassini, Picard & Roëmer præcipuam curam & studium
suum posuere. Jam anno 1676. D. Cassini in quodam Eruditorum diario
admonuerat Astronomos exeunte Martio anni 1677. systema satellitum Jo-
vis sic invertum iti, ut superiores semi-circuli qui ante sexennium ad Au-
strem deflecebant, cum versus Boream declinent. Idque ita evenit in pri-
mo, tertio & quarto satellite, non item in secundo, qui eodem in situ
permansit, ut in ejus eclipsibus observatum fuit à D. D. Cassino & Roë-
mer: adeo ut hoc anno hujus satellitis latitudo contraria esset aliorum la-
titudini, quod 12 abhinc annis contigerat. Hæc observatio aliam anni
1664 comprobavit, quæ cum esset singularis & dubia, suspecta tum
haberi potuisset.

V. Illud quoque D. Cassini primum in tertio satellite, dcinde
in quarto unà cum D. Roëmer, ac tandem in primo deprehendit, quod
in ipso transiit ea in parte disci Jovis, ubi satellites esse constabat, macu-
la quædam subobscuræ apparerent, quæ in ipsis erant satellitibus, idque
ab anno 1665 non fuerat observatum.

Ex quo illud efficitur quædam in satellitibus partes esse quæ Solis hu-
men non regerunt, adeo ut majores ii sint quam videantur. Quod ex em-
bra quarti satellitis est confirmatum; hæc enim aliquando satellite ipso ma-
jor visa est. Cum autem ejusmodi maculae non semper sub aspectum ve-
niant, & interdum satellites eodem in situ cum Jove & Sole constituti, ejus-
dem magnitudinis non semper appareant, hinc concludi posse censet D.
Cassinius eos circa suum axem vetti, ac forte quædam iis mutationes Phy-
sicas accidere, quæ in causa sunt cur ea maculae interdum sui copiam fa-
cient, interdum evanescent; ut in Jove ipso accidit. Quia etiam suspic-
ti hec quandam Atmosphæræ primo satelli ci circumfusam esse, quod D.
Cassini ejus umbram in Jove aliquando innueri non potuerit, ubi discum
Jovis peitra sitbat, tametsi satellitis viam ex illius macula dignosceret, tñ
eo ipso tempore è Jove exibat quo satis les.

V I. Jovis tunc post magnas mutationes ad pristinam formam redie-
runt, ac per ipsa illius macula ex qua D. Cassini revolutionem Jovis
circa suum axis intra 9 horas & 56 minuta definierat, queque annis
posterioribus evanescat, per plures menses anni 1677 se videndam præbuit,

ANN. eaque post certum numerum revolutionum, quas ad calculum revocavit, pec^o
1678. riодum suam absolvit.

VII. D. Roëmer sententiam suam de luminis mora multis rationibus confirmavit. His tamen non omnino assentiri visus est D. Cassini. Unde problema illud pulcherrimum hinc inde est agitatum, nec tamen aliam ini-
ti viam certiorem posse, qua tempus propagationis luminis habeatur, in-
ter omnes pene convenient.

VIII. Die tertio & quarto Maii cum Luna esset prope supremam ex
tribus stellis quæ frontem Scorpionis delineant, D. Cassini obseruavit eam
stellam duplicem esse, uti & primam Arietis, & caput illius ex Gemi-
nis qui alterum antecedit, uti & alias quasdam; una ex eis alterius est dupla
& splendidior altera.

X. Die 20 Julii D. Cassini planisphaerium exhibuit in quo stellæ om-
nes visibiles in nostro climate describuntur, quæque per globum cœlestem
fieri solent operationes, longè compendiosiori methodo in eo perficiuntur.
Stellæ quoque recens detectæ huic planisphaerio sunt insculptæ. Regi Chris-
tianissimo & Serenissimo Francie Delphino postea id obrulit, qui jussi-
runt ut sibi duo ex argento pararentur. Eo quoque anno institutiones Astro-
nomicas, seu compendium Astronomiaæ elucubravit, quo omnia quæ in cœ-
lo sunt per telescopium dep:ehensa, continentur.

X. D. Roëmer invenit Aprili machinam exhibuit à se inventam, in qua
Saturnus cum annulo suo & ejus Satellitum configurationes cernuntur,
eaque omnia per rotas dentatas, uno eodemque motu efficiuntur. Anno su-
periori aliam machinam confectam curaverat, in qua Jovis Satellites &
eorum configurationes conspicuntur. Quin & eo ipso tempore aliam de-
lineavit machinam admodum simplicem, quæque instar petri tuarum Ephé-
meridum esse potest, ut quovis momento locus & motus cuiusque plane-
tæ inveniantur, nodi quoque, excentricitates, stationes & retrogradatio-
nes. Præcipuum huius machinæ artificium in conica rotarum figura con-
sistit, qua efficitur ut motus æquabilis & sui similis videat poslit admo-
dum inæqualis, uti omnibus coram ostendit.

X I. Cum illad in observationibus Astronomicis perutile judicaret D.
de la Hire, ut via expedita iis delineandis quæ in celo per telescopium
conspicimus, reperitur, quod is corporis habitus in quo intuemur per
tubum opticum, rebus ipsis delineandis minimè sit accommodatus; se-
pius enim is mutandus est, caput sursum deorsumve movendum, adeo
ut retum objectarum imagines facile oblitterentur, ac magno temporis dis-
pendio rudes & imperfekte rerum imagines adunquarentur. Quare huic in-
commodo mederi voluit ope speculi metallici & plani, quod inter oculum
& vitram oculare positum sic aptavit, ut angulum 45 graduum cum
axe tubi efficeret. Sic enim erecto corpore & capite res objectæ in situ
naturali apparet, & facilius delineantur. Quod si ambo oculi sic aperiatur,
ut uno pictura ipsa linea expressa, altero res objecta telescopio vi-
deatur, partes quæque rei objectæ vitium ocularis centro proximæ in linea-
rem descriptionem facile transmittentur, expressa illius imago habebitur,
non confusa & male delineata.

C A P U T II.

De his que ad Geometriam, Mechanicam & Opticam spectant.

I. **Q**uæ hoc anno circa Geometriam, Machinatricem & Perspectivam acta sunt plurima, uno & eodem capite complectimur, quod ea majori ex parte typis mandata fuerint variis in operibus postea editis. Ac primum anno superiori excunte, atque in hujus anni decursu D. Blondel Tractatum latè fusum de quibusdam Geometricis proportionibus, quas Vereres dixerunt medietates, legit in Academia. D. de la Hite quamplurimas sectionum conicatum affectiones demonstravit, & alia bene multa quæ recens invenierat circa focos conicarum sectionum proposuit suis demonstrationibus munita. Elementorum quoque conicorum lectionem inchoavit. D. Hug in de inveniendis planis Apollonii locis, & de iis omib[us], ubi quæsiti puncti locus est circuli circumferentia, demonstrationem in commentariis extribendam dedit.

Mense Mayo D. Picard demonstrationem suam circa Libellam proponuit quæ postea cum aliis ad eandem rem pertinentibus edita fuit.

II. Occasione autem machinæ à D. le Douceur excogitatæ, cuius supra meminimus, quædam problema Mechanica fuerunt proposita, quorum solutio utilis esse potest, quæque à D. Roëmer variis Theorematibus sunt illustrata. Horum titulus fuit *Reflexiones quædam circa motum machine incitate à pondere animalium ascendentium ad examinandam questionem mechanicam an talium ascensus ad movendi pondera preferendum sit tractioni.*

III. Aliud scriptum in eandem rem elucidavit, cui hic titulus praefigitur. *Explicatio & usus regule universalis pro calculo compendioso machinarum aquas in altum eleventium per motum eorum. Tum aliam dissertationem de plano inclinato elaboravit cui titulus est. Modus explicandi proprietates plani inclinati per motum circularem radii rigidi circa centrum fixum.*

IV. De aquarum mole aut quantitate per tubulos aptatos erumpentium penes fontium aut castellarum altitudinem & tubulorum latitudinem dissertationem tunc temporis elaboravit D. Mariotte, quæ postea publici juris facta est, in qua calculum init aquæ sursum salientis. Pedem cubicum aquæ 70 libraium statuit; tum experientia id competitum docet, ex receptaculo aut fonte 12 pedes alto & tubuli 3 linearum orificio, per quod aquæ sursum effertur, pollicem seu 12 lineas aquæ intra unum fere minutum, seu 14 aquæ pintas effluere, quod fundamenti loco esse potest aliis aquæ expensis dimetiendis.

5. Cum aquæ est altitudo fontis & inæquales tubuli, tum aqua pro ratione diametri tubulorum erumpit, sumptis diametrorum quadratis. Quod si altitudine data receptacul: aut fontis 12 pedum, ex quo aqua defluit, scire velim quantum aquæ tubulus 5 linearum intra unum horæ minutum expendat, p. i regulam auream iti procedam. Si 9, quadratum nempe trium linearum, suppedient 14 pintas Parisienses, quot 25 nempe quadratum

ANX. $\frac{5}{9}$ linearum daturum est, tuncque $38\frac{8}{9}$ prodibunt, siveque tabula in eam tem
1678. pertexi faciliè potest. Nam pinta (ita enim loquendum est,) dat $\frac{1}{2}$ linea, $\frac{6}{9}$
pinta & $\frac{2}{9}$ duas lineas, $\frac{14}{9}$ dant 3 lineas: cum numerus multùm excedat,
dividendus est per 14 ut 126 exigunt tubum 9 linearum.

3. Ubi altitudo in castellis aut receptaculis 12 pedibus minor est, tum
major altitudo plus aquæ præbet in ratione subduplicata altitudinem; adeo
ut minor eam habeat rationem ad medium proportionalem quæ est mediæ
ad maximam. Sit ex. gr. minima superficii aquæ altitudo 3 pedum, me-
dius numerus inter 3 & 12 est Senatus. Quare ut 6 sunt ad 3 , ita 14 pi-
ntæ erunt ad 7 , adeo ut tantum aquæ, nimisum semipollis intra unum
minuum exeat ex triu[m] pedum altitudine. Unde & altera tabella con-
sicutur in qui quantitas aquæ juxta diversas altitudines per tubulum 3 li-
nearum erumpentis cognoscetur.

4. Obstat quidem aër quominus aqua ad eandem cum fonte aut Castello
al itudinem ascendet, & eo magis quo plus aëris pervadit aqua. Hæc ve-
tò regula huic imminutioni cognoscendæ & incundo calculo statui potest.
Imminutio crescit in ratione duplicita altitudinem, hoc est ut quadrata
altitudinem. Ex. gr. sit aquæ exilientis prius jactus 5 pedum, eaque delapsa
fuerit ex 5 pedum & unius digiti altitudine. Si aquæ jactus sit 10 pedum
fontem suum altiore 4 digitis habi urus est. Nam ut 5 ad 10 sic 1 ad
 2 . Quadratum vero 2 . est 4 . Res ita se habet, dummodo tubi sufficien-
tem habeant latitudinem.

V Tabulam quoque dignoscendis jactuum differentiis pertexuit, sed af-
frictus aquæ ad tubularum latera, & magna aëris resistentia hanc propor-
tionem nonabil imminuant, cum altitudines sunt majores. Quare ubi ma-
gna est altitudo jactus, tubularum per quos erumpit aqua, amplitudo sit
 10 ut 12 linearum, secus enim minor erit altitudo jactus quam pat sit. Quæ
subiecti reliqua, de idonea tuborum figura & latitudine, apud Autorem le-
gi possunt. Hæc proulo uberioris à nobis sunt exposita in gratiam exterorum
quibus lingua Gallica non satis est cognita.

VI. Excuse anno D. Hugens qua ratione naves dum impingunt, ab
imminente ruina & diffractione tertiotes sint, proposuit. Navis enim in la-
tentem scaphum aut atenosum locum illisa sepe perfingitur, quod ubi
terram attigit aut atenosum tumulum, fluctibus continenter agitur, qui-
bus s. bimde attollitur, mox depinxit, ac tandem trabs illa infixa
aut stereobates v. La Quille cui tuncquam spinæ dorsi cainia connexa est,
tanta vi illiditur, ut aquæ subeundi aditum prebeat. Itaque hæc labes ex-
velli illius corporis impetu qui repente siccitur, omnino predit, adeo ut si
mucrus ille emolliti posset, usque ruina caveretur.

Illa! porro hæc ratione fieri posse existimat vir clariss. si duas trahes
ejusdem fæc eam illo inferiori principis mali pluteo latitudinis, & non-
nihil inflexæ subderentur, ita ut una versus protam, altera versus puppini
posita tertiam principis trahis partem unaquaque occuparet, parte sui ex-
trema cum ea colligate, tribus aut quatuor pedibus p[er] curvatura ab ea-
dem semore. Sic enim dispositæ elateris vicem obentes in terram impa-
ctæ vini iectus inflexæ mollius exciperent, & quantum satis esset ruina ipsi

impedienda: tum enim illis navi majori sui parte ab aqua sustinetur: *M.*
una cum fluctibus demersa non tanto impetu deprimitur ac si omni sus-*chan-*
tentaculo esset destituta. Quod si vi ponderis clater eam vim pugnatur qua
principi tubi admoveatur, ejus tamen beneficio vis iactus nullum in-
fringitur, nec trabes illæ quasi assuræ navi, hujus velocitatem retardare
possunt, cum in aqua nullius sint ponderis.

- Illud quidem non inficiabatur fieri interdum posse ut trabes illæ tribus
aut quatuor pedibus ab ea quæ est instar imi suggestus, aut basis renatae,
prius attingant terram aut arenosum tumulum, ac fieri possit ut navis quæ
alioquin non impiegisset, præ illis assuris tignis illidatur. Verum si illud ibi
contingat, ubi navis alio deflecti possit, contactus ipse ut caveatur admones-
bit; si vitati nequeat illis, parvi refert an trabes illæ navis allisionem præ-
vertant: in antiquis & pene exoletis navibus periculum fieri potest sine magno
dispendio; quod si in iis procedat, secundè in melioribus & robustioribus hec
uti præsidio licet.

VII. D. Perrault iisdem temporibus qua ratione iudentes religandis
navigiis destinati fieri possint non adeo crassi & majori compendio expo-
sunt, ac linearis descriptione oculis ipsis subiecit typum hujus machinæ
parandum qui in Observatorio asservetur; eaque fortitan magno usui esse
posset.

VIII. Nonnulla quoque hoc anno Catoptrices Theorematæ fuerunt
demonstrata, illud imprimis à D. Picard fuit propositum quod rei objectæ
inter duo specula ad se mutuo inclinata positæ multiplicatas imagines ex-
plicat. Varias quoque reflexiones quæ in duobus speculis planis ad angulos
acutos mutuo inclinati vel etiam parallelis contingunt, exposuit D. Mariotte.
Eodem anno D. Hugens dissertationem de refractionibus variis in conges-
tionibus legit, quam postea in tractatu de lumine publici juris fecit.



SECTIO SEPTIMA.

De Actis anni 1679.

A Facilioribus ordiamur: cujusmodi sunt res Physicæ, & Chymicæ.

CAPUT PRIMUM.

De Chymicis & Physicis experimentis anno 1679. factis.

I. Q Uæ in hujus anni decursu acta fuerint circa plantarum histiotiam,
& Chymicam mixtorum resolutionem brevi compendio complecte-
mur. Et quidem complures plantas exhibuit & descriptæ D. Marchantii.

ANX. hūs : nam pater superiori anno dicim suum obierat. Vir erat in re herbariæ
 1679. valde subactus , cuius opera per multos annos usus fuerat Serenissimus
 Princeps Gasto Borbonius Ludovici XIII. felicis memoriæ Frater Unicus,
 qui magno hujus pulcherrimæ scientiæ studio tenebatur. Illius iussu varias
 Europæ regiones peragraverat , ut exoticas plantas indagaret , quas secum
 asportavit & coluit.

II. Cum mense Julio D. Petrauti fructum Indicum *Coco* dictum in-
 tegrum & recentem exhibuisset , aux ipsa scissâ & à D. Robertt peritissimo
 sculptore delineata , semilibra aquæ limpidae & subdulcis in pulpa con-
 tenta heliotropii succum rubeo colore tinxit : 4 unciae hujus aquæ sunt exstil-
 late , nonnihil acidi extractum , subdulce & quasi sacecharo conditum in
 imo vasis subsidit. Tum pulpe analysis facta est , liquor subacidus
 prodiit ; hic enim heliotropii succum excepta prima portione in ruborem
 colorum mutavit : quatuor drachmæ cum semisse olei & sesquidrachma
 salis prodierunt.

III. Colocynthidis tinturæ spiritum nitri assudit D. Du Clos , ebulli-
 tione facta , filtro eam trageat ; salem tartari adjecta , ex quo & spiritu
 nitri salpetræ coaluit : Colocynthidis odorem & sapotem spiritus nitri & sal
 tartari delicerunt.

Jim ante aliquot menses spiritum nitri pene omnem amaritudinem aloës,
 opii , mirrhæ adimere monuerat. Hic oleo factido gentianæ affusus multum
 effervavit , quod oleum illud sale volatili abundet , picca materia præcepit decidit
 spiritu vini ea fuit dissoluta , solutionem præcipitem egit aqua communi-
 nis. Id ipsum in olco ligni Sasaphras & Juniperi iteratum.

IV. Multa quoque hoc anno occasione data fuerunt agitata quæ sunt
 Physiæ contemplationis , quæque magna ex parte postea sunt typis man-
 data. Hujus generis ea fuerunt quæ D. Mariotte circa Irim , cuius phæ-
 nomena nondum satis erant explicata , accuratius demonstravit. Idem tra-
 tatum de vegetatione plantarum antea elaboratum & alterum de aëris na-
 turæ in lucem protulit ; scriptum quoque legit de vitreis lachrymis quod
 postea publici iuris factum est. Illius tentatio in Physica generali nostra
 p. 162 quartæ editionis compendio expresa est.

Hoc idem argumentum variis experimentis dilucide & accurate illustra-
 tum , in Actis Academiæ anni 1692 peractavit D. Homberg : quare in
 eo diutius harcere nihil necesse est.

V. Eandem ob rationem de Phosphori tum siccæ , tum liquidi præ-
 paratione , quam nobilis G. riminus D. Schirnous , tum temporis Academiæ
 c. communicavit , hoc loco nihil subjeciam : cum D. Homberg in prædictis
 actis veram liquidi phosphori parandi rationem aperuerit , & variis illius
 phænomena dilucide exposuerit.

VI. Nec minus stupendi sunt o. & novi Microscopii ope tum tempora-
 ris obserua i. cœperunt , primum à D. Levvenhok in Batavia , tum etiam
 aliis in locis & in Academia ipsa. Q. & incunite mense Maio ad D. Hugens
 scripsi. è Batavia D. Levvenhok vix fidem impetrarent , nisi alibi postea
 ob observationibus failent comprobata. In lacte seu spermate Morbiæ vulgo
Mourne incredibilem infectorum multitudinem conspexit , adeo ut pars
 exigua,

Pulverem qui multis inest floribus, conspicendum exhibuit D. Picard; Qui majoris heliotropii flori adhæret, è globulis constat, hi radios ex se fundunt; in trifolio acetoso granula itidem globosa cernuntur in suo medio quasi perforata. Qui in Papilionum alis inest pulvulus, è granis constat radios ticuspidum formam. Extima palea membranula radius in modum cochlearis dispositis distincta appetit. Interior calami scriptorii medulla instat reticuli cernitur. Qui floribus ormini inest pulvis, pepones apte formatos exprimit.

VII. D. Hugens nonnulla circa aëris condensationem proposuit, cum que supra fidem cogi posse demonstravit.

Inter alia naturæ opera minus vulgata D. Bocone è Sicilia misit ad D. Perrault duo talci opaci genera, quorum unum plumbō non est dissimile. Duplex quoque crystalli opacæ genus; una 12 superficies planas & triangulares, altera octo continet; Corallium itidem album & articulatum. Maxillas quoque illius pisces qui Carcaria vocatur exhibuit D. Perrault, quarum structura est omnino singulatis. Hæc in regi horti aula sceletis animalium quæ dissecantur in Academia conservandis sunt deposita.

VIII. Nonnulla quoque ex ea Physices parte quæ ad medendi attem est accommodata, ut se se obtulit occasio, interdum sunt proposita. Vit Clariss. cuius antea mentionem fecimus, D. Joly Divionensis, q. & l. cum Academia communicavit, quæ sunt ejusmodi ut experientia comprobati facile possint. Illud imprimis, strumas in Burgundia & Campania finibus sanari solitas, cum illis quoddam glutinis genus applicatur quod constat ex puriori farina lento igni cocta, cui acetum optimum affunditur. Duo manipuli farinx una cum aceti pinta ejus regionis quæ nostra maior est, permiscuntur. Linctum novum nec dum lixivium expicitum hoc glutine illitum parti afflæ adhibendum.

2. Folia lappæ aut personatae v. Bardane in Sole exsiccata & in pulverem con miruia alexipharmacis loco contia venera utiliter adhiberi testatus est. Dosis est unius drachmæ pooudis in vino.

3. Aqua mineralis per Æolipilam, seu potius Æolopilam etiempens cedem usui adhiberi potest, cui thermæ tolent, cum corpus perfundunt v. *Læ Douche*. Addebat fontem ignis salientem patari facile posse: si aqua ardente Æolipa replacatur.

IX. Ne illud quidem prætereundum putem, quod eo ipso die D. Du Clos ancillam quandam quæ in Bibliothecæ regiæ adibus manebat, & sputo sanguinis laborabat, curatam à se testatus est, cum grano epii & mali punici seu granatorum syrupo.

D. Dodart tum opus suum aggressus est de regimine sanorum & agravorum, cuius priorem partem legit in aliquot congressibus. Initium ducit ab iis magnis mutationibus quæ ab initio riundi conditi ad hæc usque tempora contingunt in ciborum usu. Pars altera ea complectitur quæ ad ultim

Ann. viiiæ adhibeti possunt , tum alimentorum , tum exercitationum corporis habita ratione . Quo autem hic labor fructuosior esset , multa circa insensibilitem perspirationem experimenta iteravit , quæ cum prioribus jam ab aliquot annis inceptis consenivunt .

Die 15 Novemb. is D. Hogens Phosphorum liquidum à D. Leibnits ad se missum exhibuit . D. Dodat fungos e quercus trunco crutos & iungum diuidatos ostendit .

C A P U T I I .

De aliis rebus Physicis.

I. Sta quidem sunt Physicæ contemplationis : quo etiam multa spectant quæ occasione data sunt proposita . Ex iis nonnulla lucem aliquam huic scientiæ afferunt , alia non omnis utilitas sunt expertia ; illa Cancellarius Angliæ Franciscus Baco Lucifera , lxx Lucifera appellat . Prioris generis illud fuit à D. Borello propositum liquoris semper fumum emitentis præparatio . Ex dubius stundi , sex sublimati partibus , & una hydrargyri cum parabat . Huic non dissimilis est saturni seu plumbi spiritus ardentis præparatio .

II. Circa calorem quædam sunt observata , illud imprimis à D. Perrault , plumbum mixto xylino v . Basin mentæ imposito liquatum affundi , nec subjectum xylinum comburi , quod plumbi fumi in lino coacti per filorum intervalla dislipentur ; sic cochleari argenteo tela obducto ardens pruna parte convexa imposita , follibus perlata telam non comburit , quod in puncto duntaxat cochleare tangat accensus carbo , ubi aëre non subeun- te extinguitur .

III. Vir industrius D. Villette Lugdunensis . speculum metallicum exhibuit cuius diameter est trium pedum & 7 potius . Die 6 Aprilis radius solaribus expositum fuit in horto Bibliothecæ Regiæ ac multa facta sunt experimenta . 1. Cupellæ ex ossibus equinis constata frustulum intra 15 se- cunda fuit calcinatum . 2. Chalybis itidem segmentum intra idem temporis spatium inflammatum , inumeras scintillas vibrabat . Ferrum citissime fu- sum est , sed non scintillavit . Fons est ut sal volatilis qui Chalybis com- positionem ingreditur hanc fulminationem efficiat . Ita videbatur D. Du Clos : sed D. Perrault hujus discriminis causam in vitrum quo abundat ferrum , non item chalybs illud referebat .

3. Crystalli rupeæ frustulum fundi non potuit , ut nec corallium quod calcinatum fuit , non fusum , id colori album induit & saporem hxi- vialem . D. Trocæ in rebus Chymicis expertissimus frustulum vitri tintura auri , ut aiebat , imbutum exposuit . Guttula ex eo instar rubini decidit . Crystalli quoque rupeæ frustulum cum sale alkali , & Lure tintura fu- sum , in foco spiculi collocavit , colore itidem caralo tintum apparuit . Eo quidem colore jam imbutum erat , sed multo obturiorum .

IV. Excuse Augusto D. Joly Doctor Medicus misit ad me tertam è

balneis oppidi de Vichy erasam quæ Crystallum mineralcm forma & sapo. Phy-
re ipso referebat. Sed ea sublimari solutionem tubeo colore tingebat , adeo sic.
ut sal ille inter sulphureos sit habendus , nec Crystalli mineralis vitibus do-
natur , uti ipse conjiciebat.

V. Tractatum suum de coloribus legit D. Muiotte , quem postea in pu-
blicum emisit. Decumanos quoque fluctus qui in Garonne aut potius in
Dordona assurgunt & in naves magno impetu impingunt , v. *Le Mascaret*
exposuit. Multa etiam circa Iridis colores una cum D. De la Hire obser-
vavit. Ambo id experientia comprobabarunt lumen quod phialam aqua tri-
gida plenam pervadit , colorem rubeum efficere ubi ad angulum 40 grad. &
20 min. incidit : sed in aqua calida angulus est 4 graduum.

VI. D. Hugens tractatum suum de magneti in variis congressibus le-
git. Novam hic theoriam complectitur , atque ejus lapidis proprietates
multas explicat. Variis in eam rem experimenta exhibuit. Usus est magneti
optimo qui erat penes D. Catcavi. Debilioris magnetis polos contactu suo
commutavit ; atque ubi partem hujus medianam contigit , novos in eo Polos
excitavit. Regula ænea ad æquilibrium suspensa fortiori magneti admota
acum pixidis nauticæ ad se convertebat , quod in regula cuprea aut aigentea
non evenit. Fors est ut in ære nonnihil ferri inesset. Hic magnes armatus
ferrum 28 libratum sursum tollit. Tractatus ille in Commentarios Acad-
emicæ relatus est , atque id è re litteraria fuisset , ut vir Clariss. ultimam ei
manum imponere & publici juris cum facere dignatus esset : sed cum hec
scribimus , eum morte sublatum accepimus.

VII. Cum de clementis sero haberetur , D. Perrault clementi duis illimi
præparationem docuit , ex viti contusi , salis marini , ferri lunature & quis
partibus unâ commixtis & fermentatis. Succum ex allio instar glutinis viti
aut testæ Sinensis , seu Porcelaneæ partes conjugere aiebat.

Testæ fragmenta bene colligata & in lacte ebulliente diutius posita pristi-
nam formam recuperata expertum se aiebat D. Blondel. Idem addebat
testas vulgares & plumbeatas v. *De la Fayence* aquæ ebullienti per horæ
spatiū impositas ignis vim postea ferre : quod nuper à D. Tourtefott
nunc Academiæ socio mihi fuit confirmatum : tum enim rimulæ admodum
exiles apparent , per quas ignita corpuscula liberum habent exitum , neque
adeo testam ipsam confringunt. Ista quidem licet fortassis leviora videantur,
lucem tamen aliquam Philosophiae naturali afferre posunt.

C A P U T III.

De ribus Anatomicis.

I. Exunte hoc anno D. De la Hire pisium aliquot icones à se deli-
neatas qui à D. Du Verney in America fuerant disseceti , ceram
exhibit. Præter alia bene multa quæ D. Du Verney circa partum con-
formatiōem annotavit , in auditus organum p & ipue anum intenit ,
quod haecenus penè fuerit incognitum : adeo ut plerique Anatomici in iis

4. nullum esse existimaverunt. Illud revera vix reperitur, quod exterius auris
15-9. foramen adeò sit angustum in plurisque pisibus, ut vix acicula caput admittat: hoc quidquid est foraminis, ad osseos circellores ducit qui inter se con manicant, atque in eos nervus auditorius fere ut in avibus distributur.

II. Tractatus de Mechanica animalium à D. Perrault elaboratus hoc anno lectus est in Academia, deinde in publicum emulsi.

III. Quorundam etiam animalium quæ Velsaliis sunt asportata, dissecatio facta est à D. Du Verney, ut Panthera, & avis vulgo dictæ *La Palene*.

Panthera in locis Africæ unde allata fuerat, ita nuncupatur: ut Tigris, & Leopardus variis maculis distincta est, ita ut difficile sit has teras genere ipso disjungere. Nam forma exteriore, corporis habitu, imo & viscerum conformatio[n]e penè inter se convenient, & magnam cum felibus p[re]dictis videntur habere cognitionem.

Panthera tamen, de quæ nunc agimus, tigri qui ante dissecatus fuit, longe minor erat. Hic quatuor pedes à rostro ad caudam initium longus erat, cum Panthera duos tantum pedes in longitudinem haberet, illius auriculae multò erant breviores, ut in Leæna paulò ante incisâ. Uno verbo ex maculis toto corpore sparsis Leopardo Oppiani omnino consimilis vila est: Tametsi adeò variant Auctores in descriptionibus suis, ut nihil certi statui possit circa horum animalium differentias: unde & ea quæ vulgus tribuit nomina retinere satius fuerit.

Illud præter cetera in quatuor quæ incisa sunt tigrum vocabulo dominis, observatum fuit, musculos pectorales valde amplos esse, atque ad medium usque abdominis portigi, fere ut in avibus, & eandem plane ob causam, quod nimis anteriores pedes majore labore indigent. Sic Epiploon, ut in feris omnibus quæ saltu plurimo utuntur, amplum erat & firmum. Reliqua in descriptionibus horum animalium intueri licet. Ita enim strictim attingimus.

Eodem anno avis quedam Latinè platea, vulgo *Palene* ob testri figuram in extremo latiorem dicta, incisa fuit & descripta. Tres alia ejusdem generis fuerunt variis temporibus dissecatae, quatum historia suo loco redetur.

IV. D. D. Picard & Richer itinerarya hoc anno typis mandata sunt, urbi Philosophia verus ac nova in sex volumina distributa iterum prodit in lucem, quæ experimenta bene multa in Academia & aliis in locis facta complectitur.

V. Illud nobis penè exciderat quedam circa æstum mari reciprocum à D. D. Picard & de la Hite fuisse observata mense Septembri in portu Bri-vatiensi v. *De Brest*. Interdum mari æstus visus est ante verticem verum Lunæ motum, qui cum medio motu tardior erat, interim Lunæ verus motus præveniebat, & tardius æstus recurrebat.

Cum autem difficillimum esset tempus maximi æstus definire, ex maxima aut minima ejus altitudine, quod per semihoram fere in eodem statu permaneat, illud ex duplice observatione tribus ante & post horis, aut circiter, factis haberi posse judicavit D. De la Hite, cum aqua eandem notam

attinet in palo aut alio in loco designatam, primum ascendendo, tum descendendo, hoc temporis intervallo in duas partes æquales diviso: vix enim unius minutus error potuit irrepere.



SECTIO OCTAVA.

De Actis anno 1680.

Hic annus novis inventis abundavit, & iis maximè quæ ex rerum cœ *Astro-*
lestium observationibus ducuntur, ab iis itaque capiamus exordium. *nomicæ*

CAPUT PRIMUM.

De Observationibus Astronomicis.

I. **N**unquam antea major in Geographia Astronomiæ usus quam hoc ipso anno apparuit, qui ad hydrographiam quoque pertinet. Ex quo enim Jupiter à solaribus radiis liber & solutus fuit, nimirum jam à mense Junio anni superioris, satellitum eclipses magna cura sunt observatae.

Insignis fuit ex interpositu Lunæ eclipsis Jovis, quæ die 5. Junii anni 1679 contigit. Luna Jovem & ejus satellites sic obduxit, ut nihil in eorum figura mutatum fuerit, atque adeo nulla videtur esse sensibilis Atmosphæra Lunæ circumfusa. Tum variæ satellitum eclipses à D. Cassino observatae & collatae fuerunt cum iis ipsis quas D. D. Picard & de la Hite, qui tum temporis in partibus Galliæ Occidentalibus versabantur, non minori cura fecerunt, ut ex iis longitudinum differentiæ eruerentur. Ac primi satellitum futuras immissiones ad oppositionem usque Jovis & Solis ad eos misit Boëam v. Bayonne, sub initium mensis Septembris: post varias utrobique eatum immisionum factas quam diligenter obseruationes, qua ratione locorum longitudines multò accuriores quam hactenus unquam, in tabulis Geographicis designantur, scripto exposuit.

II. Ac primum per eclipses Lunæ vix eas nos consequi posse admonet, quod ex ratio contingant, atque Astronomi fere nūquam occurunt, qui eas, ut par est, obseruent. Præterquam difficultatum est umbram totalem à partiali secernere, adeo ut Astronomi sèpius hæc cogantur, & dubitate quandam incipiat aut desinat Lunæ Eclipsis.

III. Quare Satellitum Jovis eclipses adhibere necesse fuit quæ & frequentes sunt, & vix quarta pars unius minutus in errorim inducunt: sed tempus ante cognoscendum erat, ut ad eatum observationem parati essent Astronomi, nec tabulae ante hac in eam rem elaboratae satellitum configurationes aut tempus ipsum satis indicabant. De his igitur elaborandis olim

ANNO. serio cogitavit, easque ex propriis observationibus cum iis quæ à Galilæo 1680. factæ fuerant collatis pertexuit.

IV. Jam à 12 annis hæ tabulæ fuerant publicatæ, anno videlicet 1668, cum in Galliam à Rege Christianissimo accitus fuit. Ex eo tempore Jupiter integrum confecti in Zodiaco periodum, atque in singulis orbitæ Jovis partibus tabulæ sunt cum observationibus comparatae, ut eidem usui forent, quo tabulæ Solis & Luna in definiendis eclipsiœ temporibus.

V. Cum experientia ipsa tabularum descripçio fitata esset & comprehensa, no nulli ex Academia in his rebus magis exercitati, longiora itinera suse perunt, ut Meridianorum differentias constituerent. Sic Vraniburgum in Dania, in Insulas Americanas & in diversos Galliæ portus itum est.

Superiore anno in Atemorica, hoc autem anno apud Cantabros observationes cum iis quæ itidem temporibus in Regio Observatorio factæ sunt collatae, summam suscepit hujus laboris utilitatem demonstrant. Nam Meridianorum differentiæ hac methodo & ratione inventæ ab iis quæ in tabulis Geographicis vel accurritoribus & recentioribus gradu uno & 15 minutis dissident in differentia longitudinum designanda Parisios inter & Brituvatum portum, seu Brestum in Atemorica, quæ est tantummodo 6 graduum & 54 min. Sed excessus major est inter Boiorum Cantabriæ coloniam, quæ Baiona nuncupatur & Lutetiam. Cum enim inter se 3 gradibus & 54 tantummodo min. distent in longitudine, tertia & amplius parte major quam revera sit, exhibetur in tabulis Geographicis, uno nimium gradu & 20 min. Idque non una vel altera, sed multis observationibus compertum fuit, utrumque variis Epistolis ea de te missis.

Postquam tabula eclipsium satellitum Jovis ex observationibus unius anni sunt correctæ, illud experientia hoc anno facta compertum fuit reliquo ejusdem anni tempore Ephemerides ita emendatas observationibus sic respondere, ut unus idemque viator Meridianorum differentias invenire facile posset, ex sola suarum observationum cum Ephemeridibus ita correctis collatione.

Nam cum hoc anno veitente Ephemerides per superioris anni observationes correctæ D. D. Picard & de la Hire, antequam in Cantabriam proficerentur, fuissent communicatae, has cum observationibus omnino conguere, nec amplius quam uno hora minuto ab iis dissidere compertum fuit.

Quamobrem tot sæculorum votum in definienda loci cujusque longitude magna ex parte expletum videtur: præterim cum illud probatum fuerit ex variis observationibus tabulas Geographicas & Hydrographicas interdum tertia parte distantiae à vera aberrare: adeo ut à correctione tabularum omnino incipiendum videatur.

Cum D. Cassini ex factis à se observationibus satellitum per annos 28, tabulas anno 1668 editas concinnasset, motum priimi satelliti his tabulis designatum cum observationibus Galilei & suis, satis accurate convenire judicavit.

VIII. Sed quæ ab annis 15 summa cura factæ sunt, hujus satellitis observationes motum ejus paulo tardiorē ostendunt: adeo ut hoc tem-

potis intervallo sex gradibus in parvo circulo quem circa Jovem describit, Astro-fuerit retardatus, si motus ab eo definiti ex suis cum Galilæi observatio-^{nominis} nibus comparatis ratio habeatur. Quin & motus ille tardior consimili modo continuatur. Ex quo illa subiicit dubitandi ratio, an sortè Planatarum motus tractu temporis nonnihil temmisor fiat, idque magis sit sensibile in iis Planetis qui brevioris temporis spatio suas absolvunt periodos.

Et quidem istuc ab Astronomis jam fuit animadverbum Planetas à Perigœo ad Apogœum tardius incedere, sed motum accelerant ab Apogœo ad Perigœum.

Verum & hoc ipsum in dubium revocati potest, an primus satelles in reditu ad eundem locum aliquem celeritatis suæ graduin non amittat, ut sit in pendulis quæ citius motam remittunt suum, quo sunt breviora.

Quæcumque sit hujus Phænomeni ratio, tabulas hujus satellitis ad observationes suas à 15 annis factas sic exigere coactus est, ut unaquaque revolutio sit uno minuto secundo horæ tardior, quam in superioribus tabulis. Ac novam subinde Epocham designavit hoc anno 1680: adeo ut calculus à prima immersione visibili 21 Julii hor. 1. 54 min post medium noctem in sequentem initium ducat. Ac de satellitibus Jovis haec tenus.

X. Insignis illa macula ex qua Jovis revolutio circa suum axem intra 9 horas & 56 min. innotuerat, cum sui copiam non fecisset per annum integrum, die 8. Aprilis tandem in conspectum venit, hora septima à meridie & eo ipso in loco ubi motus sui tabulam visam oportuit. Unde illud ipsum est confirmatum quod anno 1677 constituerat D. Cassini, fore ut hæc macula 29 periodis confectis ad medium Jouis locum rediret.

XI. Incunte mense Martio vir pereruditus Avenione scripsit Epistolam ad D. Cassini, in qua se in peculiari Tractatu demonstrasse ait ex principiis Optics & Catoptrices annulum Saturni, Jovis fascias & obscuram Martis maculam non aliunde quam ex quodam radiorum solarium reflexione oriri; adeo ut nihil in iis rei sit, nec quicquam amplius quam in Iridis coloribus.

Huic respondit D. Cassini multa obstate quominus ejus sententia accederet, omnino id persuasum habere annulum Saturni corpus esse tenuë & ejus pene natura quam D. Hugens exposuit, quod in eodem tempore parallelismo perficit. Nam ejus situ semel constituto, omnis circa illius phases varietas ex diversa Solis & oculi nostri super ejus planum inclinacione proficietur. Nec fingi potest simplicior eas explicandi ratio quam per hypotheses Solis & Saturni motus vulgo receptas. Quin etiam quæd. m sunt hujus annuli phases quæ corporis opaci à Sole illustrati propriæ sunt: cuiusmodi est umbra globi Saturni in annulum quam manifestè cernimus, cum Saturnus longè distat ab oppositione cum Sole. Tum enim oculus partem annuli quam Sol non illuminat, detegit, quæque obscurior videatur, hoc ipso est in loco, ubi juxta hypotheses videri debet, modo ad dextram, modo ad sinistram, ut Sol ad Orientem est situs, aut ad Occidentem respectu Saturni. Hujus quoque est umbra velut filum quoddam ab annulo in globum Saturni projectum, dum oculus noster supra illius planum paulo plus aut minus quam Sol ipse attollitur, atque in eam dirigitur partem quam hypotheses ipse designant.


ANN. XII. Jovis autem Zonæ, & Matis macula ejusdem profus naturæ videntur ac Lutæ obscuriores macula, si hoc unum exceptis, quod mutationibus sive obnoxia, non item Lunates macula. Id quoque constat eas circa horum Planetarum axes converti, neque aliud videntur esse præter partes quasdam quæ lumen Solis debilius regerunt.

XIII. Quod spectat ad Matis Maculas, anno 1666 magnum earum numerum sub initium Martii à se visum testatur, ut scripto tum edito expoluit. Quidam ex iis vespere, aliæ marè videbantur, eodem motu fercebant ab ortu in occasum spatio 24 hor. 40 m. magna in iis figuratum varietas apparebat prope extremos margines, ut Opticæ rationes exigebant.

XIV. Sub finem iusdem mensis D. Picard legit Epistolam D. De S. Martin Kebeci dñam, in qua Eclipsim Solis à se observatam die 10 Aprilis anni 1679 describit; ea 43 min. post meridiem incipit, hora vero 3, 16 desit 10 digit. fuit. Idem confirmat quod supra innuimus se à civitate Kebeciensi accepisse qui per triennium ad lacum Huronum habitavit prope sinum hujus lacus v. La Baye des puans. Hic semper fluxum & refluxum uno quoque die observalle testatus est, adeo ut in fluvium proximum ad 5 aut 6 leucas astus perveniret.

Die 23 Martii D. Cassini & D. Picard suas inter se observationes æquinoctiales contulerunt quæ non amplius quam 5 secundis à se invicem dissidebant.

XV. Die 20 Maii visa est marè insignis in Sole macula quæ jam in circulum Solis aliquantum erat promota: ita ut die 30 manet exire, satis magna & crassa, ut ejus reditus à D. Cassino praedictus fuerit. Motu suo sub initium curvam lineam describere visa est, ita ut sursum tenderet, quod Polus Meridionalis in visibili Solis disco adhuc inesset, sed sub finem cum ambo Poli in utroque Limbo siti fuerunt, tum linea motus recta etat. Unde observationes in cum redigenda fuerunt modum, in quo exstiterint, si axis motus in eodem situ persistisset nostri habita ratione, cum Sol quintum Geminorum gradum obtinebat, die nimirum 25 Maii. Tum vero linea motus sex gradibus ad Eclipticam inclinata erat.



A B C est Ecliptica cujus axis est D E, axis motus Solis F G, ut HK
Æquator

Hæc macula à die 13 Junii redire incœpit: Die 23 Maii in medio sui cursus & quasi in Meridiano macularum visa fuerat; eodem in loco die 19 Junii sub aspectum venit: ita ut revolutionem suam habita nostri ratione intra 27 dies absolvitur. Quæ quidem erat motus Synodici periodus, cum Sol est Apogæo proximus: sed subducendus est dies integer cum 18 horis ob motum annum Solis quo appatens ille motus retardatur. Quocirca tempus revolutionis Solis periodicae circa centrum 25 dierum & sex horarum futurus est, sex horis minor illa quæ antea fuit definita.

CAPUT II.

Idem Argumentum continuatur.

I. **H**oc eodem anno ut superiori D. Cassinus in eo maximè elaboravit, Hur Solis & Lunæ periodi ad certas leges definiendis temporibus accommodatas revocari possent. Novos utique cyclos tum Solares, tum lunares excogitavit, quibus tempora longè facilius & accuratius quam hactenus factum fuerit, digeruntur. Hos 5. Volumine vet. & novæ Philos. protulimus; sed res est ejusmodi quæ hoc ipso loco non sit præterea.

II. Primum vocat magnum cyclum Solarem qui 33 annos complectitur, octo nimurum periodos Julianas, quarum unaquæque quatuor annis continetur & annum præterea communem 365 dierum. Periodus autem Julianus in præsentia dicitur, quæ tribus annis communibus & quarto bissextili 366 dierum constat. Hic Cyclus eadem hora in eundem Zodiaci locum Solem restituit. Id unum exigit ut 7 periodos Julianas alia quinque annorum periodus excipiat, ex quibus 4 sunt communes, unus bissextilis.

III. Secundus ab eo magnus Cyclus Lunaris vocitatur, estque 353 annorum Solarium, compositus videlicet ex 18 Periodis Metonicis 19 annorum, & præterea ex una Periodo 11 annorum. Hic Cyclus Solem & Lunam eidem Zodiaci loco reddit. Cum videlicet 18 Periodi Metonicæ (hic est numerus aureus vulgo dictus) effluxerint: his adde annos undecim, tumque numerus aureus ad suum redibit principium usque ad magnam Periodum Solis & Lunæ.

IV. Quæ periodus tertium efficit Cyclus utriusque luminatis. Hæc conflatur ex 183 magnis Solaribus Cyclis, qui unâ conjuncti efficiunt 6033 annos; iisque 17 magnos Lunæ Cyclos continent cum duobus Cyclis Metonicis. Hæc periodus quæ in præcedentibus Cyclis supersunt minutiores differentiae, eis corrigit, dum quorundam Cyclorum defectus aliorum excessibus compensantur; ita ut Sol & Luna eminio ad eundem Zodiaci locum & eadem hora ad eundem Meridianum revertantur.

V. Cum autem annus Julianus à Julio Cæsare ad hæc usque tempora obtinuerit, novos quoque Cyclos excogitavit qui Lunæ periodos ad eum.

ANN. dem anni Juliani locum revocant. Talis est cyclus 464 annorum. Singulæ 1680. hujus numeri notæ unitate sunt majores magni cyclo Lunari 353: quod faciliter uterque mandatur memorie. Id vero exigit ut post sex Calippi periodos, aut 24 cyclos numeri autem octo anni addantur usque ad certas periodos 1468, & 2932, & 3400. Quæ postrema jam à Francisco Vieta inventa fuerat. Eaque Solem & Lunam ad eundem diem & idem horæ minutum revocat: sic tamen ut 24 graduum intervallo à priore Zodiaci loco distent ambo luminaria. Sed prædicta periodus 6039 annorum ad eandem horam & idem Zodiaci punctum, & eundem anni cœlestis & civilis diem Solem & Lunam restituit.

V I. Quod facilius Solis & Lunæ conjunctiones & aliaæ Lunæ phases eorum cyclorum ope inventantur, varias epochas cum veteres, tum novas repetit, in quibus Solis & Lunæ conjunctiones in ipso anni initio contingunt sub illustrium locorum Meridianis. Ejusmodi fuit Epochæ ex qua initium computandi annos duci posset, anni videlicet 2 Jesu Christi, quam fundationis Ecclesiæ appellat. Primo enim die Januarii tum contigit Roma in ipsa meridie Solis & Lunæ conjunctio media, atque ea sumi potuissest Paschati Christianorum constitudo anno in sequenti instituto.

Alias quoque recenter Epochas quibus tempora ad certas regulas dirigi possunt. Hujus methodi summa in Etuditorum Ephemerides anno superiori relata fuit.

Exemplo sit hic ipse annus 1680 quo vernum æquinoctium 19 Martii circa Solis occasum paulò tardius quam præcedentium annorum observationes exigere videbantur, fuit observatum. Cum itaque Gregoriana reformatio ad 21 Martii illud illigaverit, intra 400 annos ab eo loco 2 diebus & aliquot horis aberrat: sed in ea anni forma quam proponit, æquinoctium semper contingit anno bissextili inter meridem & extremam horam, seu circa occasum Solis die 21 Martii; anno post bissextilem primo inter Solis occasum & medium noctem, & ita de reliquis usque ad quartum seu bissextilem annum sex horis tardius futurum est.

VII. Cum æquinoctium verum & medium nonnulli inter se discrepent juxta recentiorum observationes, hoc quidquid est discriminis Astores Calendarii neglexerunt. Nunc autem medium post verum duobus retardatur diebus, & anno bissextili sub vesperam die 21 Martii contingit. Demonstravit porro D. Cassinus intra 400 annos interim eo die verum, interim medium æquinoctium futurum. Qued si ea quam proponit methodo uteremur, initio ab anno 1680 ducto, æquinoctium medium semper die 21 Martii continget, ut Nicæni Concilii temporibus. Atque vel ex hoc uno exemplo facile omnes intelligent quam Ecclesia ipsi & toti orbi Christiano Astronomiae iustauratio sit utilis.

VII. D. Cassini die 15 Junii Planisphaerium suum ex argento confiatum & Ludovico Magno destinatum exhibuit; simul illius descriptionem & variis usus exposuit. In priori facie Planetarium motus juxta Tichonis & Copernici hypotheses; in altera Stellaræ omnes his in regionibus visibiles delineantur. Hujus centrum Polus borealis obtinet, circa quem sydera que motu diutino vertuntur. Super illius planum obliquus circulus attollit-

tur qui Zodiaci Signa pertinunt, quique Solem, Lunam & Planetas omnes tecum defert. Ex una parte in signa & gradus, ex altera in menses *met.* & dies anni dividitur. Verum præclarus hujus instrumenti descriptio & usus *Arith.* autopsia ipsa melius quam termone ullo percipiuntur, præsertim cum illius structura publici juris facti fuerit. Usus est opera industri & eruditii admodum artificis D. Butterfield Angli.

IX. D. Roëmer die 27 Augusti machinam suam planetariam protulit, quæ Planetarum motus tam aptè exhibet, ut perpetuum Ephemeridum loco esse possit. Illius machinæ structuram & usus scripto exposuit, eximiis artificis D. Thuret operam adhibuit. Ac D. Cassini die 31 Augusti quam aptè hæc machina cum Planetarum motu consentiat, demonstravit.

Eodem die D. Roëmer alterius machinæ quam Lunæ motibus dimicendis animo conceperat, linearum descriptionem & formam exhibuit, quæ brevi post tempore ab eodem artifice fuit absoluta.

X. Nec illam quoque à D. de la Hite ante aliquod tempus excogitatum machinam ad Eclipses inveniendas intactam præterite fas est: hanc postea horologij oscillatoris sic aptavit, ut index qui intra annum Lunarem periodum suam absolvit, Novilunia quæque & Plenilunia, ino & futuras eo anno Eclipses demonstraret. Una ex his machinis cum aliis pædiis ad Imperatorem Sincensem missa est, quam Patti Fontenay tradidit, ea non restea ab eo reoscere placuit Imperatori Sinensium.

C A P U T III.

De Geometricis & Arithmeticis demonstrationibus.

I. **P**ura quoque & exquisita Mathesis hoc anno actioni studio exulta fuit. Varia Geometriae theorematæ sunt demonstrata, pleraque problemata proposita & soluta. Illud impunitis à D. de la Hite incunte mensa Februatio propositum fuit & solutum: lineam secare in proportione harmonica circa ullam sectionem.

Interjectis aliquot diebus novam exposuit regulam inveniendis tribus lateribus trianguli rectanguli in numeris per quemlibet numerum datum aut fractionem.

Sub idem tempus methodum Geometricam tradidit sciotericis horologij constituendis, quæ postea typis mandata fuit.

II. Novam propoluit D. Hugens inveniendis aequationibus solidis rationem. Propositi quoque theorematis eius sectiones conicas quæ le in 4. punctis intersectant, demonstrationem scipio tradidit, quod ut supra memorata problemata & theorematata in Acad.mæ commentarios relatum fuit.

Nova libellæ telescopio suo instructæ fabricæ ab eodem fuit excoxitata, quæ ex uno & eodem loco comprobatur in formam etiæ dispepsitæ. Ejus usum demonstrationibus Geometricis munitionem exposuit.

III. Circi sectiones conicas multa in orientata deinceps stravit D. de la Hite, præsertim circa intersectiones parabolæ cum hyperbole aut ellipsi, item

ANNO. de parabola quæ in aliam sectionem conicam in punctis sic incurrit, ut axis
1680. parabolæ axi alterius sectionis sic parallelus.

I V. D. Cassini novam numerorum progressionem excogitavit, cuius sunt insignes quædam proprietates. Primi hujus progressionis termini sunt ipsa unitas, & quicunque aliis terminus summae duorum præcedentium æquatur, ut in his numeris.

1. 1. 2. 3. 5. 8. 13. 21. 34. 55. 89. 144. Et ita deinceps.

1. Cum tres termini consequentes sumuntur, medii quadratum unitate tantum differt à duobus extremis in se ductis 3. 5. 8.

ita ut alternativum quadratum

2. 3. 5. 2 5.

9. 2 4.

10

medii excedat unitate productum, & productum extermorum superet unitate medii termini quadratum, ut in duobus propositis exemplis videre est.

2 Quando quatuor termini eodem sumuntur modo, productum ex duobus extremis à producto duorum qui sunt interjecti, unitate tantum diffant.

2. 3. 5. 8. Ubi extremi in se ducti medios vincunt unitate, sed alter-

1 5 ternativum sumpti consequentes vincuntur.

1 6

3. 5. 8 13.

4 0

3 9

3. Eadem pene est ratio numerorum ubi quinque consequentes sumuntur, & cum altis totidem alternativum sumptis conferuntur: quadratum enim medi unitate tantum differt à duobus proximis & à duobus extremis duplici unitate, ita ut extremi in se ducti excedant, & excedantur alternativum.

2. 3. 5. 8. 13.

3. 5. 8. 13. 21.

2 4

6 5

2 5

6 4

2 6

6 3

Ex prima proprietate palam est duos priores terminos tertium in sequentem dividere, quantum fieri potest proximè, in numeris integris secundum medium & extreum rationem: quod fieri non potest accuratè per numeros. Inde occasionem cepit D. Cassinus hanc numerorum progressionem excogitare quam theoretice Planetarum adhibuit. Hæc progressio est quasi species alterius quæ magis generaliter his verbis concipitur. Cum duo primi termini æquales sunt, & tertius æqualis est summæ duorum præcedentium.

1, 1, 2, 3, 5 Prima proprietas jam enunciata, hæc est, ut medii 10, 10, 20, 30, 50 numeri ex tribus immediatè consequentibus à producto

fluorum extremorum termini radicalis productio differat.

Dio-

| | | |
|------|------|------|
| 20 | , 30 | , 50 |
| 900 | | |
| 1000 | | |

terminus radicalis est 10 quadratum ejus 100 differentia utriusque extre-
morum quadrati.

Consimili ratione aliae hujus progressionis affectiones explicantur: nam
quadratum radicis loco unitatis ponendum est. Ista paulo ubetius sunt ex-
plicata, quod intellectu sint faciliora quique sunt ab his disciplinis instructi,
ejusmodi speculationes non oderint.

V. Quæ ad Dioptricam pertinent præcipua in tractatu suo ea de re
elucubrato, quique postea typis mandatus est D. Hugens exposuit.

Multa quoque à D. D. Mariotte &c de la Hire circa refractiones lu-
minis sunt observata. Illud imprimis posita refractione radiorum ex aëre in
aquam transeuntium, ut 4 ad 3, Angulum Iridis 42 grad. & 40 min. esse
oportere.

VI. Dic 11 Maii D. Picard tractatum suum de Telescopio legere in-
cœpit. Illud principii loco statuit radios omnes ab eodem axis puncto pro-
deentes in superficiem vitri convexi sic incidere, ut in idem punctum foci
non coeant, sed qui prope extrellum vitri marginem incident, citius con-
currunt, quam qui medias vitri partes penetrant juxta eam regulam, qua
anticipatas illas coitiones esse in ratione sinus versorum demonstrat.

Quò autem si excludantur radii qui citius quam pat sit, se mutuo in-
tersecant, & in foco eam efficiunt confusionem, quæ rei objectæ imago fit
defravata; atque ut basis illa quantum fieri potest, contrahatur, & instar
puncti habeatur, vitri objectivi ea tantum apertura esse debet quæ oculari
certa proportione respondeat.

Tum minores tubos cum majoribus contendit, quæque objectivis apertu-
ræ sint relinquendæ, geometricè demonstrat.

Sub idem tempus D. Mariotte exposuit quedam vitri convexi pheno-
mena, illud imprimis; Solares radios pertransentes vitrum & obscutiōti
loco charta candida exceptos, quæ inter vitrum & focum vitri interponitur;
in chartæ limbo colore rubeo tingi, ultra vitri focum cœruleos apparere.
Quod si vitrum tegatur exceptio foraminulo versus limbum, ultra focum in-
ibus color versus partes interiores, cœruleus versus exteriores apparebit. Alia
quoque prismatis phænomena demonstravit quæ in suo de coloribus tenta-
mine fusius sunt explicata.

VII. Ac de Mechanicis quidem cum de libellandi arte ageremus, nou-
nulla diximus. Alia quidem libella à Domino Couplet fuit proposita
usu facilis & accurata, dummodo ad normam exigatur, & axis Telecopi
suam directionem non mutet. Tum vero D. Picard rationem aperuit qua
dignoscitur an filum tubi bene sit positum in foco.

VIII. D. Cassini horologium portatile sic conficiendum curavit ut penduli
loco plumbum appensum addi vel demi facile possit, eodem horologii
equabilis motu minente.

Expertus autem est capillum rotæ horatili ex una parte illigatum, ex

ANNO. altera vero ipsius horologii plano , ita ut arcum conficiat non multum à 1681. semicirculo diversum , horologium ipsum valde accelerare , adeo ut opus sit ipsius rotæ pondus augere , aut spiram chalybeam quæ motum horologio imprimat , valde relaxate ut pristinum tarditatis gradum atsumat , atque hunc capilum insitus rotæ librationes ad æquilitatem redigere.

IX. D. Roëmer triangulum cuprum exhibuit quo tubuli aperturam & aquæ salientis quantitatem dimicari licet juxta actuum altitudines.



SECTIO NONA.

De Actis anno 1681.

AB H storia Animalium , & ab Elephantis imprimis dissectione ducemus exordium.

CAPUT PRIMUM.

De Anatomicis laboribus anno 1681 suscepis.

1. **H**oc inunte anno Elephis Versaliis dissectus fuit à D. Du Verney. Eo multi ex Academia se contulerunt ; caput , oculi , odoratus & auditus organa diligenter inspecta , & à D. Perrault descripta. Quæ descrip-
tio cum exteriorum , tum interiorum partium lecta sunt & discuta. Singularium partium figuræ D. De la Hire delineavit , cum esse incertæ sunt. In partium structu per multa annotavit D. Du Verney quæ lucem affe-
runt plerisque corporis humani partibus non satis perspectis.

In pelle distincti esse quatuor corpora advertit. Primum erat cutaneum corporis , densum admodum ex innumeris fibris mutuo implexis compositum. Fibre illæ magna ex parte sunt tendineæ , venis , arteriis & glandulis conpersæ.

2. Corpus papillare , quod in ea cute manifesto apparebat : adeo ut pa-
pille unius lineæ longitudinem & semilæm in basi patarent , atque cimnes pene essent uniusmodi , ac sui similes.

3. Reticulatis membrana ex thecis quæ papillas involuunt ita erat compoita , ut unaquaque ex aliis constaret. Postremo cuticula cum reticulati membra et erat conjuncta , contra atque in homine.

Propositis die 5 Februarioi dissecti ex parvis musculis pene innumeris erat composta , dentes quoque exerti & falcatae erant intus cavi ubi è maxilla erumpentes , tum carne substantia impletæ , quæ non aliud quiddam erat prater vasorum congeriem pericranio involutam.

II. Verum hujus accurata descriptio brevi , ut speramus , in lucem pro-

dibit. In antecessum tamen præter ea quæ diximus, nonnulla hoc loco subjiciuntur non erit alienum. Hec bellua anno 1668 à Rege Lusitanæ ad Regem Christianissimum missa fuerat. Tum verò quadrima tantum erat, adeo ut anno 1681 jam 17 annos expleverit: intra 13 annorum spatiū uno duntaxat pede excreverat. Hæc 7 pedes cum semisse alta, & ejusdem pene erat longitudinis; crura & pedes fermè ut in homine, seu genua spectarentur, seu pedes ipsi, qui angustiores erant quam in hominē habitâ corporis ratione: in quinque digitos intus deduci erant, planta pedis firma & densa solidiori ungula munita. Caput ingens, oculi pro mole capitis angustiores; aures ad tres usque pedes porrectæ; proboscis quinque & amplius pedibus longa, quam ad libitum contrahebat & producebat. Extremum illius paulò latius instar crateris, cujus ora foris extabat, & ex ea velut digitum proferebat, quo quidem perinde ut manu uti solent Elephantes. Noster enim funiculum nodo adstrictum digito suo solvebat, & minutiora contrectans corpora etiam graviora frangebat: ex illa appendice onera sursum tollere visus est.

III. In imo hujus vasis sunt duo foramina quibus ducunt & reddunt spiritum, atque hujus attractionis vi potus proboscidis cava subit, quam subinde inflexâ per os hunc demittit, non sine strepitu, ex impulsu aëris, non ex suctione ipsa profecto. Sic herbam eodem proboscidis extremo avellit, eamque glomeratam in oris intima propellit; nullum enim cibum ore ipso sumit nisi per proboscidem: unde & narcs in proboscide sunt colligatae, ut ciborum naturam olfactu ipso exploret, ne quid noxiū aut ingratum intus subeat.

Itaque usus proboscidis & functio est multiplex: nam dicit aëra per apertit illa duo foramina; per eadem potum in oris cavitatem transmittit; in omnes partes se inflectit, variis quoque modis se se contrahit & producit, idque per membranas tendineas & nervosas, per carnem musculosam nullis ossibus firmatam.

IV. In medio proboscidis duo sunt tubi membranosi & laxes, per quos aëris spirando ductus & aqua epota transmittuntur, ille in pulmonem, hic in œsophagum & ventriculum: ductus illi in extrema sui parte sunt latiores. Sic aëris expiratione ipsa liquorem majorem vi protrudit in oris cava, quod ex ampliori spatio in angustius committet. Non enim constitutione successiva, ut in œsophago & in ipsis intestinis hic motus perficitur: cum fibrae carneæ & circulares desint.

Actiones quippe omnes proboscidis contractione & productione continentur, sed utraque diversis planè fit modis: fibrae enim utriusque actiones effectrices nocte sunt contratioſ ſitus. Ex iis aliae musculos componunt, qui unâ sui parte extrema cum interioris ductus membranâ, parte alterâ cum exteriori proboscidis involucro connexi perpendiculariter dici possunt, quod ad angulos rectos tum interiori, tum exteriori membranæ inficiuntur.

Alii verò musculi sunt quodammodo utrique membranæ paralleli, iisque ab uno extremitate proboscidis versus alterum incedunt.

V. Perpendicularium numerus est prope infinitus, atque horum pars

ANN. 1681. carnosæ versus ductum interiorem, tendinea versus exteriorem membranam, diriguntur. Contra accidit in musculis parallelis, qui ita sunt inter se aptati & conserti circa cujusque patrum musculi ventrem, ut plures unum & eundem velut muscleum instar lori prælongi à summa proboscidis parte ad imam descendens octo aut decem lineis lati efficiuntur.

V I. Horum tendines membranae interioris ductus obliquè inseruntur, alii ab aliis se jungunt per membranam è tendinibus perpendicularium multorum conflatam: sed minores musculi, è quibus paralleli majores coalescent, suos habent tendines cum parte catnola cuiusque perpendicularis musculi permistas & confusas quodanmodo.

Nam paralleli quique musculi, cum duo extrema habeant interiori ductus membranae, & ventrem exteriori proboscidis membranae affixum, non recti, sed curvi semper manent. Ex iis utcumque intelligitur quæ ratione proboscis contrahatur & producatur. Cum enim musculi perpendicularates vim suam exerunt, tum exterioriem proboscidis membranam ad ipsum ductus membranam proprius adducunt, sive immunita crassit proboscidem in longum magis produci necesse est.

V II. Paralleli vero juncis agunt virtibus, atque id præstant, ut partes interioris ductus, quibus ii musculi tendines suos habent affixos, ad se se mutuo accedant, unde & proboscidem contrahi necesse est. Atque ut hi musculi variis in locis motus suos exerunt, diversi quoque motus sunt & variis modis proboscis ipsa inflectitur.

Et quidem ea distendi & contrahi potuissent per fibras circulares, & sphinctores quoddam: sed ea fibratum structura ductus ipsos, qui patentes & aperti esse debent, plus satis coarctat: unde huic incommodo per musculos perpendicularates cavit supremus naturæ opifex, iisque uno & eodem tempore exteriorem proboscidis membranam intus adducunt, & ductum interiorum membranas diducunt. Quæ enim necessaria est proboscidis productioni contractio, ea solis musculorum carnibus interjectis perficitur: unde & ductus semper aperti & liberi manent.

Hæc & alia speculatione digna in descriptione Elefantis, quæ deo dante aliquando in lucem prodibit, copiosè & dilucidè explicantur. Ista nunc deliberate volui, ut palam fieret quam accurata & laboriosa fuerit hujus ingentis belluz incisio.

VIII. Nihil necesse est de ejus promiralis dentibus eburneis dicere, vulgo *Defenses*, qui magis cornua, quam dentes censeri debent, seu eorum spectenus originem à dentium ortu longe diversam; seu naturam ipsam eboris quod in igne emollitur ut cornua, non item dentes.

Plura de pellis structa sunt annotata, quæ nunc extribere nihil opus est, ut nec ea qua ad musculorum, viscerum, osium & aliarum partium conformatiōnē spectant, quæ in prædicta descriptione uberioris sunt exposita.

I X. Exeunte hoc anno patrus Crocodilus qui Verſalii mortuus fuit, dissecatus est. D. De la Hire partes ejus delineavit. In ejus ventriculo qui avium carnosæ stomacho non erat absimilis, plures lapillos se inventisse D. Du Verney admonuit. Dentes inferioris maxillæ superioris alveolos subiabant: Lingua plena erat glandulis,

Nescio an visus unquam fuerit in Gallia Crocodilus in vivis. Nam hoc *Hist.*
animal est omnis omnino frigoris impatiens, atque in fervidis tantum re-*Anim.*
gionibus ut in Ægypto vivit: hic velo ex quo in Galliam fuit asportatus,
nihil manducavit per duos menses; Limacum cochlear, & arenulae
in ejus ventriculo sunt repertæ. Id quoque in lacertis visum, qui duos
menses circa cibum exegere. Et quidem Crocodilus quoddam est lacer-
torum genus, quod crescere totius vita decursu auctores testantur.

X. Hic quidem vix quatuor pedes longus erat: totum corpus uno ca-
pite excepto squamis obductum per è rotundis in collo & ciuitibus; in
tergo & in summa caudæ parte velut fasciæ quedam squamosæ erant, fulcis
& cælaturis distinctæ: adeo ut squamæ non imbiicatum ut in majoribus
piscibus, sed quasi tessellæ juxta se positæ viderentur, ac fasciæ illæ
à dorso verterebris hinc inde ad lumbos usque ita sunt porrectæ, ut inter eas
distinctæ sint intervalla squamis destituta. Atque in iis solis intervallis vul-
næ loci est. Nam squamæ ipsæ sunt adeo firmæ & duræ, ut penè sint
impenetrabiles, medium inter os & cartilaginem nactæ naturam; non fra-
giles, ut ossa, sed flexibles: unde in iuriis tantummodo fasciatum
Crocodilus vulnerari potest nisi in capite, aut sub ventre.

Quin & dorso & caudæ squamae crista quadam muniuntur, ut galæ
& castides, & in eundem prope usum. Tenuiores sunt sub ventre, cau-
da, ciuitibus, collo & maxilla inferiore, nec crista munitæ, sed uti
quadrati lapides dispositæ continuatas fascias ut in dorso non exhibent, ne-
que eam ad resistendum vim habent.

Caput penè totum solâ pelle vestitur: in extremo rostri apice foramen
est rotundum molli carne oppletum; ibi duo sunt parva foramina ubi
nares: Sic duo alia supra oculorum orbitas posita foramina duplice quasi
velo obducta, aures sunt, quæ subducta pellis appendice sunt conspicuae.
Altera pellis appendix instar palpebræ est mobilis, fibris carnis instructa:
ductus brevis in tympani membranam definit. Reliquæ organi hujus par-
tes eodem tunc modo sunt dispositæ, quo in avibus, nisi quod ea cavitas,
quæ vestibuli loco est, multò est latior, & canales semicirculares sunt
excavati.

Maxilla inferior sola est mobilis, non item superior, ut vulgo credi-
tum est. Circa medium inferioris utriusque erat glandula, quæ foris patet
liquorem suavissimi odoris spargens. Hujus non meminere antiqui scripto-
res, tam recentior Auctor descripsit.

XI. Hæc de forma exteriori Crocodili satis fuerit strictem delibasse.
Lorgum ruminis esset muscularum structuram, & partes inferiores persequi.
Ista enim diligenter sunt retractata in hujus animalis descriptione.

A posteriori extera singularis videtur esse muscularum abdominis structura,
Dicitur fuit utrumque à terrestrium animalium musculus non et numeri numero,
sed sibi quoque & si uictura diversi: nam exterior costis est superpositus,
interior sub iis sicet, & viscera ipsa ptoxime instar peritonei involvuntur.
Extioris origo est multiplex: sed varia ejus capita in eundem et eam
musculari ventrem. Illius tendo uno sui extremo in ossa innominata & in
apophyses vertebrarum lumborum, altero sui extremo in tendinem amplam

ANN. instar membranæ tenuem deficiat, qui tegit viscera. Sub dorsi pelle alii
1684. sunt musculi, quorum origines sunt in vertebris & costis, tendines vero
 in fascias ipsas squamarum sic vix sunt desinere, ut alii deorsum porrecti
 fascias sursum trahant; alii e contra. Utus in utrisque is videtur ut fascias
 alias aliis admoveant, aut diducant, cum opus fuerit, idque praestant ut
 tali sint ab externis ictibus: sed fascias distendunt, ut costæ liberius at-
 tollantur & deprimitur.

XII. Hoc naturæ artificium in musculorum abdominis structura pra-
 termittere nobis religio fuit. Jecur pene ut in avibus bifidum erat: duo
 lobi, dexter & sinister velut isthmo quadam discreti. Ductus hepaticus in
 dextra lobo radices habens, in sinistrum porrectus collo cystis felicæ in-
 serebatur. Cor & pulmones fere ut in testudine; vena cava duplex, trun-
 cus unus & præcipuus è dextro jecoris lobo in dextram cordis auricu-
 lam; alter isque minor è lobo sinistro prodiens in auriculam sinistram de-
 sinebat. Ventriculus fere ut in avibus quæ granis vescuntur, cuius angus-
 tor erat cavitas: adeò ut illius exigitatem, ac dentium tenuitatem acius
 consideranti, illud planè intellectu arduum videatur, quomodo magnis ani-
 mantibus vesci queat, ut auctores scribunt. Neque enim nū sunt dentes,
 qui dividere possint & comminuere majora animalia, nec ventriculus capax
 est iis continendis, nisi forte œsophagus admodum distentus instar ingentis
 facie edulia excipiat & continet.

Aorta itidem ut cava, duplex. Aspera arteria priusquam in duos abeat
 ramos, paululum reflectitur, ferè ut in grue aut in cygno: pulmonis nul-
 lum erat parenchyma, sed vesiculatum tanum congeries ut in testudine
 & in ranis: non enim sanguis omnis ut in terrenis animalibus pulmo-
 nes trajicit.

Lingua per latiorem membranam inferiori maxilla adhaerebat, eaque
 membrana variis pertusa foraminulis præcipuum est gustatus organum: in
 longum porrecta est lingua, sed angustior.

Maxilla inferior cum temporum ossibus duplaci articulatione sic neclitur,
 ut sursum & deorsum tantummodo moveatur, non dextrorum & sinistrom-
 sum ut in aliis animalibus: cum enim dentes illius acuti sic disponantur,
 ut sibi non occurrant, sed in spatis gingivarum dentibus vacua incurvant,
 maxilla ad latera inflecti non debuit, sed sursum deorsumve, ut dentium
 apices sibi aptata foramina subirent. Quæ ad Sceleton reliqua pertinent in
 descriptione ipsa dilucide & copiose exponuntur.

C A P U T II.

De Physicis experimentis.

I. **D**E plantis rarioribus qua D. Marchant cura ex dissitis regioni-
 bus sunt allatae, nec non de eorum analysi nihil necesse est fusius
 differere, cum hæc in Stirpium volumine quod brevi in lucem prodiurum
 speramus, diligentissime sint explicata. D. Bocone librum de plantis rario-

II. Cum D. De Saint Hilaire Canonicus Bellovacensis, vir ingenio & eruditione clarus, die 30 Julii aquam marinam sale exutam in Bibliothecam Regiam allatam curascat, quam vir Illustriss. D. De Feuquieres qui tum in Suecia Christianissimi Regis legatus agebat, ad Illustriss. vitum Catolom Colbertum Marchionem de Croiffy regni Administrum & Secretarium miserat: Ea fuit diligenti examini subiecta. Primum hæc aqua exuta falsagine communis aquæ saporem præ se ferebat, aut potius insipida erat, nullo manifesto sapore; nonnihil turbida videbatur, aquâ fontanâ que è vico *De Rungis* per aquæ ductus Lutetiam defertur vix $\frac{1}{5}$ parte gravior, aqua marina $\frac{1}{5}$ levior reperta est. Distillatis 8 uncias unum salis granum cum semisse iii jmo vasis subsidit. Hujus aquæ salem præcipitatione separatum scriptum fuerat è Suecia ad D. De Croiffy. Qua ratione id factum sit, nobis ignotum est.

III. Hujus rei occasione D. Du Clos dissertationem conscripsit. Ac subinde admonebat salem sua acredine exi postea, aut quadam, ut loqui amant Chymici, concentratione, ut in sale aceti evenit, ubi cum sale tartari arctè conjungitur, aut quadam in terram reductione, ut in renum, aut vesicæ calculo, in conchis ostrorum & canctorum.

Odor quidam in hac aqua lixivialis supererat, qui caloris impressionem in faucibus relinquebat, adeo ut salis aliquujus nitroſi additione salē marinū præcipitatum esse conjetteret. Cum enim maris falsugo ex dissoluto sale diinanet, hæc adimi vix potest nisi sal ipse terrestris fiat, ut in corallio, & in cancerorum lapillis cernimus: hæc quippe & alia hujus generis, sunt sales concreti & terrestres facti.

IV. D. Mariotte Tractatum suum de coloribus legit in variis congregatis: hunc postea in publicum emisit. Hoc argumentum à nemine, ut nobis videtur, uberioris pertractatum fuit & explicatum. Cum autem eruditorum manibus teratur, atque illius præcipua theorematā & observationes in tertia & quarta editione Philosophiae veteris & novæ excerpta à nobis fuerint, nihil necesse est hoc loco plura de hoc opere attexere.

V. Die 28. mensis Maii D. Hubin industria sua clarus, machinam numer à D. Papin inventam ossibus emolliendis & carnibus elixandis exhibuit, cui nonnulla adjecerat. Hæc duplice cylindro constat uno stans, cui carnes aut ossa & parum aquæ imponuntur; isque bene occlusus altero cupreо aliquanto ampliori contineatur. Hic aqua impletur duplice cæchlea accurate obturatus, reliquo parvo foramine quo vapores è majori cylindro, seu è balneo maiis per illud foraminulum pularum exhaeat. Intra horam & tres quadrantes ossa fuerunt instar casei emollita, sed plane insipida: Nam succus iis contentus in jucundum transierat, quod instar gelatinæ concretum est: ossa post aliquod tempus pristinam duritatem recuperantur, sed friabilia erant. Non inutilē fore hanc machinam conservandis carnibus & iis emolliendis, nec non gelatinæ consciendæ ex ossibus & cornu cervinum creditum fuit: nec video tamen illius usum frequentari.

Nonnulla quoque sunt proposta quæ si succederent, aliquujus forent
 B b ij

ANN. uulnatis : cujusmodi illud fuit à D. Du Clos inter alia jaustum , decoctione 1631. trifoli palustris , aut sinapi posu scrotbutum sanari.

V. Cum de structura & usu organi auditus tractatum suum legeret D. Du Verney , ac de cetera quæ in prima auricula eavitate occurrit , sermo haberetur , eamque interdum tympano adhærescere , & sensum obtusiorum reddere quidam allicerent , idem injectionibus eam dilui & abstergi testati sunt. 2. Hanc esse admodum balsamicam confirmavit D. Borel. Addebat D. Dodart in preparatione facchati spumam ab ea discuu , ut etiam fit in recenti sanguine è vena emulso.

V I. De sonis quoque data occasione nonnulla obiter sunt annotata. Illud ex. gr. à D. Blondel observatum , aquæ scypho vitro contentæ dum vitri margines digito premuntur , ebullientis parvos circelloos conduplicari cum tonus ad octavam pervenit , quod motus sit duplo velocior.

Addebat D. Mariotte in tuba militari extreimam & latiorem partem tum tremit , cum sonus est gravior ; ut pars media fremit in diapente ; tremulus vero motus in octava superiores tubæ partes concurrit.

C A P U T IV.

De iis que acta sunt cum Ludovicus Magnus Academiam invisiere dignatus est.

I. **D**ie 5 Decembbris Ludovicus Magnus sue Majestatis præsentia Academiam cohonestatam voluit. Una cum illo aderant Sereniss. Franciæ Delphinus , Frater Regis Unicus , Sereniss. Dux nunc Princeps Condæns , & alii priuatarie nobilitatis Viri. Cum Rex Bibliothecam lustrasset , laboratorium , ut vocant , seu officinam Chymicis laboribus distinatam invisit , ubi quedam hujus artis specimen D. Duclos exhibuit. Primum aquæ mariæ coagulationem in momento effecit , oleo usus taitari eo quo supra dictum est modo. 2. Sales quosdam acerrimos , cujusmodi est sal taitari , in terram siapidam redactos ostendit , quod variis lotionibus effectum fuit. 3. Spiritus vini in aquam exsoluti , ac flammæ illus distillationem , cuius alias meminimus , effecit.

II. E laboratorio aulam in qua Academicci erant congregati Rex ingressus , primum illi opera jani edita , quæque erant in ordinem digesta , ostendit D. Colbert , tum ea quæ erant in lucem proditura. Animalium terrestrivm à D. Perrault , pescuum itidem icones à D. De la Hire delineatas , simul aliquot surprium figuræ attentius inspexit. Tum qui solet humanitate Academicos affatus : nihil necessarium est , inquit , vos sponte currentes incitare , quos video navanda opera cupidos & ad laborem ultro fecili.

III. Tardem duis illas machinas quarum supra meminimus à D. Roëmer excogitatas & ab industrio artifice elaboratas & perfectas intento animo Rex dispexit , quarum una Eclipses , altera thoriaciam Planetarum,

& eorum periodos exhibet. Ex priori tempora eclipsis Solis & Lunæ, quæ hactenus extiterunt aut futurae sunt, dignosci possunt; utriusque streturam exposuit D. Cassini.

Neque hoc loco alienum fuerit librorum, qui tum temporis in publicum emissi fuerant catalogum subjecere. Primum occurunt descriptiones animalium uno volumine comprehensa, cuius supra meminimus. Hic labor toius est Academæ, sed D. Perrault formam illi & dispositionem tribuit. Illius propria erant tria tentaminum Physicorum titulo inscripta volumina, quæ tamen lecta sunt in Academia.

Hos exceptit plantarum Prodromus à D. Dodart elaboratus, cum 40 planitarum descriptione.

Quatuor deinde prostabant Physicorum tentaminum volumina à D. Marriotte elucubrata: primum de vegetatione stirpium. 2. de natura aëris. 3. de calido & frigido. 4. de natura colorum, quæ in variis congressibus lecta sunt & discussa, uti & Tractatus de collisione corporum; non item Logice tentamina, sed de librandi arte & visu organo dissertationes editæ in Academia ante fuerunt examinatae.

Nonnulli quoque Libri Mathematici extabant jam excusi. 1. D. Hugens de motu pendulorum & horologio oscillatorio.

2 D. Cassini de duobus satellitibus circa Saturnum ab eo detectis, quorum motus ad calculum revocavit. Item ejusdem Tractatus de Cometa qui hoc anno 1681. visus est. 3. Planarum orbitæ figuris expressæ. Item de Solis & Lunæ maculis. D. Picard terræ mensura. Itineraria in Daniam & varias Gallicas horas.

D. de la Hite Elementa conica, Loci Geometrici, & æquationum constructio.

D. Frenicle Tractatus de triangulis rectangularibus per numeros expressis.

D. Petrault Vittuvii Architectura in linguam Gallicam conversa cum notis.

Multa præterea Opera Mechanica, Geometrica, Astronomica, quæ postea fuerunt publicata, quorum idoneis locis mentionem fecimus. Hujus generis sunt complura volumina Mathematica à D. Blondel edita.

C A P U T V.

De Rebus Astronomicis.

I. **C**irca solstitium hibernum anni 1680 insignis in cælo visus est Cometa, qui ad æquinoctium usque vernum anni 1681 sub aspectum venit, quaque à D. D. Cassini & Picard quam diligenter fuit observatus. D. Cassini missas ex tota pene Europa Astronomicorum observationes unâ cum suis contulit, tractatum ea de re emisit in publicum, in quo hunc Cometam cum iis qui ante centum annos visi sunt, contendit; apparentem motuum inæqualitatem ad certas leges & magni circu-

ANN. li circumferentiam revocavit, ac nova deum ratione Cometatum theo-
1681. riām exposuit.

II. Ex eo quidem opere nonnulla tum à nobis excerpta in quinto volu-
mine Philos. vct. & novæ Tractatu secundo inseruimus, quæ breviori sty-
lo nunc contrahemus. Ea quidem ad naturam, motum, & incredibilem
Cometarum à terra distantiam pertinent. De natura eorum superius dic-
tum est. Neque id abhorret à vero Cometas intet opera ab initio mundi
condita, ut & Planetas referri oportere. Nec forte eorum motus minùs
est aquabilis, quam Planetaryum. Quod vir clariss. probat ex collatione hu-
jus Cometes cum eo qui à Tychone anno 1577 fuit diligenter observa-
tus. Nam hi duo ita inter se conveniunt, ut unus & idem pene videa-
tur. Unde non dubitavit D. Cassini die 28 Decembrii sexto post die quam
caudam hujus primum conspexerat, & postero die quo caput se videndum
præbaeva, scripto publico, quod Regi Christianissimo obtulit, id prænun-
tiare, forte ut hic Cometa ab Astronomis toto hyenis tempore videatur,
atq[ue] inter fixas eandem descriptus esset viam, quam Cometa anni 1577
à Tychone observatus iſtiterè visus est, quasi idem proſlus qui post emen-
ta temeritissima ſpatia redux, & tertæ propior rursus ſui copiam faceret;
quod eventu fuit comprobatum.

III. Ubi primum apparuit, eodem motu incedere viſus est quo Co-
meta anni 1577 die 8 Januarii; 4 minutum gradus & 27 minuta ſing-
ulis diebus uterque percutiebat. Cum utriusque Cometa Ephemerides &
observationum tabulæ consuluntur, vix inter eorum ſeminas & motuum
velocitatem ullum occurrit diſcriuen; ſub iſdem Stellis ambo viſi ſunt
incedere, iſdem in locis eclipticam ſecare, nempe in 21 Sagittarii, &
equatorem in gradu 30° ab initio Arietis, nunquam Planeta post exaltum ſecu-
lum iſdem in locis Zodiacum & equatorem iam præcise attingunt.

IV. Cum ptimum hic Cometa viſus est Londini & Madrii, die vi-
delice 20 Decembrii, motus diurnus fuit ferme duorum graduum: non-
dum quippe ad Perigaeum ſuum pervenerat, ubi motus ejus est celetri-
mus. Die 4 Januarii is motus fuit 4 grad. cum temiliſſe. Accelerato ejus
motu major Cometa, & cauda productioṇ apparuit, quæ die 27 Decem-
bris 48 gradus in celo occupabat, ad 62 uſque gradus excrevit. A die 4
Januarii ſenſim & motus & moles Cometa cœperunt decelere: adeo ut
die 18 Martii motus diurnus vix fuerit 20 minut. Cau la ſenſim aucta eſt,
cum motus inceſebat, ubi motus eſt retardatus, cauda queque eſt immi-
nuta, eque Soli non e direceto erat opperta, ſed in arcum noſtrophil curvat.

V. Circa diem 4. Januarii Cometa fuit terræ proximus: nam & ma-
jor & velocior tum fuit. Ratiō id contingit ut Cometa videantur ante &
post Perigaeum: nam radiis Solatibus plerunque oppimuntur statim à Pe-
rigeo, vel antequam ad illud perueniant: ac forte in iis ut in Planetis Pe-
rigaea non ſunt adeo fixa, ut locum non mutant: nam Planetæ ipſi mo-
do citius, modo tardius ad eadēm ſtellas revertuntur.

VI. Nec mirum ſi Cometa ideſtide reverteretur, nec videatur tamen:
nam cauda eſt quiddam omnino illi adventitium. Interdum nulla eſt, cum
Cometa cernitur; ſæpe non videatur, quod Soli ſit vicinior & ejus radiis oc-

cultetur, aut remotior ac tenuiori luce perfusus. Sic Mercurius plures in *Astro-*
terdum revolutiones conficit, nec videtur tamen. De stella quæ est in col-*nomicæ*
lo Ceti, id liquet, quæ per 7 aut 8 menses singulis annis oculos fugit. Quod
si ea stella caudam instar Cometæ projiceret, eam tamen non aliter vide-
remus quam videri solet. Nam à Sole & terra tam procul remota est, ut
orbis Solis aut telluris sic instat puncti, si cum ea distantia conseruat:
unde illius cauda & Soli & terræ semper esset opposita.

VII. Id etiam liquet ex observationibus Astronomorum inter se col-
latis, hunc Cometen Luna fuisse longè superiorum. Quod si enim ad ter-
ræ systema pertinet, cum astra cuiuscumque systematis, atque ut Recentio-
res loquuntur, cuiuscumque vorticis, centro sunt propria, celetius mo-
ventur: Cometa ille etiam in Perigæo constitutus multò tardius quam Lu-
na incedens longius à nobis distaret. Deinde hujus Cometæ caput totun-
dum instar Saturni visum est, cum 12 tantum gradibus à Sole distaret,
magno sane indicio hunc Cometen Sole multò esse altiorem. Sic enim Ve-
nus in parte summa suæ orbitæ globosa cernitur, quod Sole sit superior,
& ex parte nobis conspicua illustretur: cum prope conjunctionem in par-
te suæ orbitæ inferiori falcata appareat.

VIII. Circa 9 Februario caput præ exiguitate nudis oculis videri non
potuit, sed cauda adhuc sub obtutum veniebat: tubo optico 4 pedum ca-
put Jove ipso majus apparebat; telescopio autem longiori 20 pedum vide-
ri non poterat, quod longiores tubi lumen ipsum debilitent, dum illud
spargunt.

X. De cauda vix quicquam certi constitui potest, ac meritò dubita-
tur, an sit effluvium quoddam à capite dimans, an potius quædam sit
in ea ætheris parte sparsa materia quæ fractos in atmosphæra radios Sola-
res ad nos usque regerat, fere ut prolixas interdum caudas in turbido aë-
re radii Lunares effingunt.

X. Dissertationem quoque de natura Cometatum tum temporis conscrip-
tit D. Hugens. In codem argumento versatus est D. Picard qui & hunc
Cometen sedulò observavit.

XI. Cum Mense Junio ineunte Venus eundem cum Sole parallelum
pertransiret, D. D. Cassini & Picard per integrā hebdomadām separa-
tū eam observarunt, si forte ea ratione ejus parallaxim & distantiam à
terra invenirent. Utriusque obseruationes aperte inter se convenerunt. Venus
eo in loco tertæ vicinior erat duabus tertiiis distantia Solis à terra; hinc
adeo quantum Sol à nobis removeatur satis accuratè dignosci potuit. Hoc
intervallo 22000 semidiam tertæ, hoc est, 3600000 leucarum invenit
D. Cassini, fere ut antea dimensus fuerat.

XII. Äquinoctium utrumque Autumnale & Vernale, astivale item
solstitium & eclipsim Lunæ quæ die 27 Augusti contigit, observavit, col-
latis suis cum iis quas undique ab Astronomis accepit obseruationibus. Sa-
tellitum quoque Jovis eclipses hujus, & in sequentis anni futuras in tabulas
rededit, quæ inveniendis locorum longitudinibus magno usui fuerint.

ANN.

1681.

CAPUT VI.

De Rebus Geographicis.

I. IN hoc quoque præcipua Academia cura eo anno & consequenti incubauit, ut tabulae Geographicae emenda iores fierent, ac Meridianorum differentiarum certarum & determinatarum haberentur. Id omnibus persuasum erat ex tabulis satellitum satis commodè, eo quo p'm diximus modo illas haberi posse; quantum enim cuiusque loci Meridianus ab Observatori Regii Meridiano distet, ea ratione innotebitur.

II. Primum igitur de Galia Charta instauranda agitatum fuit. D. Picard die 5 Februarii sententiam suam Domino Colbert scripto exposuit. Summa hæc erat, eam quæ hactenus regni describendi & tabulas conficiendi per Provincias cœpta fuit, longiorē esse methodum, quam ut ad exitum perducere queat, nisi post multorum annorum velunina, n. c. tot fusi in unum corpus cogi facile, tali in S. ptum quodam, aut in marginem regularem vulgo *un chaffis*, tabula sicut red. Etæ Hic vero repertum ante omnia sic disponi oportere, ut regnum per tria gula inter se conexa dispersiat.

III. Hjus initium capi potest ab urbe Dunkerki & Perpignani usque produci: sunt enim: hæc due urbes f're in codem Meridian. Hic via jam tum inchorta, cum terræ dimensio fincepta fuit. Quod si incausque loci latitudo accuratè sumatur, uti factum est in vico Pica, & cœpi nomen *Sourdon*, & Malvæ in agro Vastini si, vulgo *Malvafine en Génois*, veram terræ mensuram octas accurata forem ea quæ publicata est. I. debimur: nam unus gradus loco solo eniat extitit, qui solum ju. Ut non maiorem inducerent errorum qualiter. Hic tristis error triste absuluto, alius per Galia hanc & circunjecta. Itora designari potest, qui cum priori conjugetur.

IV. In eo rei summa posita est, ut puncta quedam feligantur insignia magnis, quantum sicut potest, triangulis efficiuntur, ita puncta illi aut loca in urbibus, seu in montibus, unde amplius patet prospectus, constituantur, & anguli minores o gradibus omnino vitentur. Quæ particularum essent facienda non exorbit, quod D. Viviers, qui hunc laborem erat assuetus, huc calletet or. n. e. Hic eo p'so anno Chatas Geographicas multum promovit etea I. cum & Sequanam.

V. Interea tempotis D. Cassini litt. misit ad Astronomos variis in regionibus, & maximè in Italia constitutis, ut Meridianorum differentiarum per suum eclipticam captarent, & experientur an forte tabulae cum observationibus suis, & usque Romæ & Venetiis factæ sunt, convenienter. Hoc ipsum comperit, terras continentes inter Oceanum & mare Adriaticum interjectas in tabulis longè ampliores quam revera sint, desculp. Atque hinc prius quam nece. sarium sit etiam ad navigationis usum eas tabulas emendare.

VI. Cum

V I. Cum autem longitudines locorum ad primum referantur Meridianum Africæ qui à Ptolemæo & postenies Francæ Regibus constitutus fuit in ea Insula nomica quæ inter Fortunatas ad Occidentem ultima est, eò mittendi viros industrios qui observationes necessarias iis in locis perficerent, consilium initum est. Huic operi virti eruditæ selecti D. D. Varin & Deshayes, iisque à D. Cassini titiè admoniti, ut primi Meridiani distantiam à Continente observarent. Sed cum mare Piratis infestum estet, ad Vitide promontorium missi sunt, Dominum Du Glos ibi operiti iussi, atque inde ad Insulam S. Thomæ sub linea æquinoctiali contendenter.

VII. D. Cassini scriptum legit quo monita quædam iis qui longinquas peregrinationes suscipiunt, tum regendis horologis & temporum momentis accuratè captandis, tum lineæ Meridianæ delineandæ, altitudini Solis & Fixarum meridianæ indagandæ, immersionibus & emersionibus satellitum ritè observandis sigillatim continentur, nulla re prætermissa quæ informandis Astronomis utilis esse posse. Scriptum illud unâ cum aliis rebus ad Astronomiam pertinentibus editum est.

VIII. Tum temporis P. Fontenay Societatis Jesu & Matheœos Professor in Collegio Ludovici Magni, de profectione sua in Sinerise regnum cogitans, qua ratione locorum longitudines observaret, cum D. Cassino consulit, qui & illi scripto tradidit quam existimat optimam describendi terrarum orbis methodum. Et quidem huic operi promovendo vix quisquam magis idoneus inveniri potuit, quicque Orientis plagas designaret unâ cum aliis Societatis codem propagandæ Christianæ Religionis studio incensis.

IX. Eo ipso tempore D. D. Picard & de la Hire varias Gallie plagas lustrauit, ut quæ iis in locis fierent observationes collatae cum iis quæ à D. Cassino Parisiis tum habebantur, locorum longitudines præberent. S. Maclovii urbem 18 horæ minutis ad Occidentem magis declinare quam Lutetiam ex immersione primi satellitum Jovis die 18. & 25 Octobris collata cum iis quas codem tempore D. Cassinus fecit, observationibus competit D. De la Hire. Inter marinos æstus maximos, & recessus, seu maximas depressiones differentia ad 70 usque pedes excurrit; biduo post Novilunium & Plenilunium æstus sunt majores, iisque in novilunio & plenilunio contingunt hora sexta.

Tum vero D. de la Vuye, qui jam ab exordio Academiæ selectus fuerat, littorum Occati chartam delineabat. & per triangula præcipua puncta designabat. Ex quibus D. Picard collegit S. Maclovii oppidum a S. Michaëli tano 30 unius gradus versus Occidentem declinare; sive nisi in Batometro hydraugyi altitudo minor fuit prope horologium Ecclesiæ S. Michaëlis a litoris, quam in arenoso solo 64 hexapedis depresso.

Cœisi Burgi æstus recurrit in novilunio & plerilunio hœc 7. 20 min. differentia inter maximum æstum, & refluxum est 25 pedum; cum motes sunt æstes, differentia est tantummodo 17 $\frac{1}{2}$ pedum.

In plerilunio cum mare infra Observatoris oculum depresso esse radius quæ mare contigebat 7 min. 35 sec. inclinatus infra libellam apparuit: cum ex tubulo juxta terræ mensuram incho major uno minuto esse debuisse, quod utique minutum refractioni tribuendum est. Post sex horas cum

ANN. mare altius esset, radii virtualis inclinatio fuit tantum 6 min. 30 sec. tum: 1681. que mare ad 22 pedes ascenderat, adeo ut nulla esset refractio sensibilis. Idem fere contigerat observationi factæ anno 1674 à D. Picard in Occitanie ad Promontorium, vulgo *Le Cap de Sète*.

Cadomii die 6 Decembris altitudo Poli inventa est 49 gr. 10 min. 30 vel 45 sec. in Collegio Aritum.

Dunkerchæ Poli altitudo inventa est à D. de la Hire 51 gr. 1 min. 24 sec. in majori Ecclesia: ex immersione primi satellitis die 18 Octobris differentia longititudinum ab Observatorio repetita est 8 sec. versus Orientem, die 25 repetita est tantummodo 3 sec.

Caleti die 10 Novembris Poli altitudo observata fuit 50 gr. 57 min. 2 sec. idque saepius repetitum, longitudinum differentia 2. min. 20 sec. versus Occidentem.

D. De la Hire Caletum inter & Angliae portum Dubridem v. *Douvres* multò minorem distantiā quam tabulae designant, invenit; basi trianguli in arenoso littore 2500 hexapedarum sumpta, ex qua positionem utriusque loci invenit; ita ut Dubridis ab apice propugnaculi Risban distet 21360 hexaped.

X. Varii Tractatus Geometrici lecti in Academia, complura quoque proposita sunt problemata. D. De la Hire præter criterios in hoc argumēto versatus, opus suum de sectionibus conicis & cylindricis à decim annis cœptum pene absolvit. Quæ à Geometris hactenus magnis volumini bus sunt pertractata, nova & compendiosa methodo sic contraxit, ut exquisitoria quæque complexus novas sectionum conicarum affectiones quamplurimas demostraverit. Formam totius operis & rationem primum exposuit quæ omnibus probata fuit, tum demonstrationes suas conis & variis eorum sectionibus ac figuris, ut facilius caperentur, in medium prolatis, simul oculis & animo subjecit. Nonnulla quoque problemata à se proposita & à D. Sauveur nunc Professore Regio, & Academiæ Socio, soluta subjecit.

XI. Novam fabricandi naves rationem D. Renault nunc inter Navarchas nobilis, proposuit. Illustriss. Marchio de Seignelay id muneri dedit D. D. Blondel & Mariotte, ut cam diligenter expenderent. Qua de re quid sibi videretur ad Academiam retulerint, eam nimittim fabricam usū optimam & facilem judicarunt; hujus fundamentum in sectione conica possum esse, atque hunc non contempnendum Geometriae speculatrix extare fiuetum.

In eundem pene censem adscribi potest instrumentum quod D. Sauveur exhibuit, quo aquarum pictus scilicet mensurantur juxta altitudinis & castellorum rationem, nec non penes diametros tubulorum per quos aqua erumpit. Eodem instrumento quantitatē aquæ concha fontana contentæ dimetri licet, cum semi-diameter conchæ innoteſcit, si rotunda sit, aut certè latus unus sit cognitum, si fuerit quadrata aut alterius figuræ regularis.

D. Raff novum Antliae genus, cuius structuri facilis est, exhibuit, ad propositos usus hanc accommodatam alhiberi posse visum fuit: nam ex-



SECTIO DECIMA.

De his quæ acta sunt anno 1682.

QUæ ad Physicam spectant uno & eodem capite complectimur, quod de re Herbaria plura dicere nobis supervacaneum videatur: cum in opere in lucem prodituro quæ circa Stirpium descriptionem & analysim acta fuerint, fusæ & dilucidè sint exarata. Quare illud in universum monuisse satis fuerit hunc laborem interruptum nunquam fuisse, sed acriori studio continuatum.

CAPUT PRIMUM.

De Physicis Experimentis.

I. Neunte hoc anno aves quæ lam Versaliis allatae, Psittacus *Arras* dictus: ciconia, avis vulgo *Casuel* dicta cujus supra meminimus, dissecatae sunt & descriptæ. Rostri Psittaci structuram & motum ostendit D. Du Verney, simul & musculos quibus osculi unici quod auribus avium inest, variis motus perficiuntur.

II. Descriptionem magni lacerti ex Indiis allati & squamis armati legit D. Perrault. Sepiæ ovatum, & quoddam spongiæ admodum subtilis genus, plantam denique vulgo dictam quercum maritimum exhibuit D. De la Hire. In ovis ranarium partem nigrum ostendit D. Du Verney, in qua ranula jam est delineata.

Die 17 Junii in hortum Regium convenere Academicci qui Elephantis sceloton nuper coagm. natum perpenderent.

III. Die 22 Julii D. Tschirnhaus nobilis Germanus inter Academicos est cooptatus. Die 29 ejusdem mensis D. Pothenot in eandem Societatem electus fuit.

Jam anno 1680 D. Sedileau quem eo die ipso+tempore quo hæc scribimus anno 1693 urmaturo fato abruptum lugemus, inter Academicos allectus fuerat.

IV. Illud experiri placuit, quantum salis volatilis sit adhibendum, ut unâ cum spiritu salis tumultuatur. D. Bourdelin drachmam spiritus volatile è carne bubula extracti in tres cum semisse drachmis aquæ conjectit: hujus aquæ grana 24 cum 16 spiritus salis granis permista multum

ANNO. effibuerunt. Deinde salis volatilis vis magnopere infracta est, nam septembris 1682. plumbum hujus aquæ adjectum, tumque spiritus salis grana cum 24 granis illius aquæ confusa non mediocrem adhuc effervescentiam procreat: idque fuit continuatum, donec unum granum spiritus salis cum 24 granis hujus aquæ permixtum fremitum quendam excitaret. Res eo processit, ut granum salis volatilis 28 uncis aquæ puræ admixtum sublimati solutionem lacteo colore aliquantum inficeret.

V. Ac de Anatominis & Chymicis operationibus tantum; neque enim omnia persequi necesse est. Nunc quæ Physicæ sunt contemplationis summatim attingamus.

Tractatum suum de coloribus D. Mariotte eo anno absolvit, in Academia perfectus typis mandatus fuit.

De calore quoque nonnulla fuerunt ab eodem observata: Illud imprimis calorem ignis à speculo istorio reflexum, in foco speculi vim suam exercere, quæ sensu ipso percipitur: sed interpositu vitri inter speculum & focum calor non se prodit.

VI. Die 13 Maii hora à media nocte secunda terra fremitum Litteræ leviorēm experti sumus, cujus vis maximā in quadam Lotharingia utbe Romatici monte, vulgo Remiremont, se exeruit, & diutissimè duravit, uti fuisis dictum est in vol. 5 Tract. 2. Philos. vet. & novæ.

Sub idein tempus vir clariss. D. Leibnits conficiendi phosphori formulan, quam attulimus tomo 5. Philos. vet. & novæ. p. 70 ad D. Tchirnau misit.

VII. Quædam tumtemporis circa phosphorum experimenta facta sunt: Illud casu quodam evenit non omissendum. Cum D. Cassini granum phosphori scisci inter digitos sudario interposito premiceret, statim ignem concepit, quem cum vellet pede extinguere, flammam quoque calceus concepit, canique regula cupie repuimere coactus est; sed & regula per duos menses in tenebris radiavit ex ea parte qua vim phosphori comprescerat. Granum phosphori in priunas ardentes conjectum in magnam flammam eiupit.

CAPUT II.

De Rebus Astronomicis.

Observationum Astronomicarum ab eclipsi Lunæ ducemus exordium. Hæc à D. Cassino die 21 Februarii anni 1682 hora 9. 20 min. 55 sec. & à D. De la Hite hora 9. 21 min. 58. sec. in Regio Observatorio; eadem hora 21 min. 25 sec. à P. Fontenay in Collegio Claramontano priuatum visa est. Tempora obumbræ et cujusque macularum, certi tui Lunæ & obscurati totalis eclipsis, emersionum inter se & cum observationibus D. Roemer Hafniæ factis, postquam Meridianorū 41 min. 46 sec. differentiæ ratio habita est, mirum in modum consentibant.

II. Hujus Eclipses occasione D. Cassini dissertationem de Lunæ defensione conscripsit, in qua præter certeta, causas afferit cur umbra telluris

ACADEMIÆ HISTORIA. LIB. II. 205
tum radiis solaribus illustretur, & Luna ipsa quadam luce perfusa videatur. *Affre-*
monstrat: simul & de Luna parallaxi in postrema hac Eclipsi inventa &
de illius à terra distantia differit, quam 57 semid. terræ esse reperiit.

III. Tum temporis D. Du Glos in insulam S. Thomæ sub Linea æquinoctiali profectus est. Quem D. Cassini scripto edocuit quæ observationes essent eo in loco facienda, quomodo pendula essent aptanda temporebus accuratè capiendis, eaque ex Solis altitudinibus emendari oportet. Hæc & alia ejus generis commonitorium illud continebat; neque illud fuit pætermissum, ut quam accuratissimè expenderetur utrum penduli longitudo 36 digitorum & 8 $\frac{1}{2}$ linearum in Zona torrida eadem perstaret unius secundi vibrationi conficienda apta, ut Lutetie, Londini, Hafniæ & aliis in locis fuit observatum; an paululum brevius esse oporteret, uti cayennæ, à D. Richer annotatum fuit.

IV. Die 21 Maii Ludovicus Magnus Observatorium invisere dignatus est, instrumenta Astronomica contemplatus, cui usui essent, quæ corum ope observationes fierent, ex D. D. Cassini, Picard & de la Hire audire voluit. Universæ terræ chartam seu Planisphærium, cuius diameter est 27 pedum, in tabulato turris Occidentalis à D. D. Sedilleau & Chazelle tum delineatum opus dirigente D. Cassini, uti & icones Lunæ D. Cassini opera quam accuratissime expressas, quæque ad observationes eclipsium exactius faciendas sunt accommodata planetarum systemata, & eorum revolutiones ut ex Sole aut ex terra conspiciuntur, Icones denique piscium à D. de la Hire depictas, animalium figuræ ex incisæ expendit.

V. Solstitiæ æstivi observationes suas tradiderunt D. D. Picard & de la Hire, varias ante & post solstitii diem meridianas Solis altitudines captarunt, ex quibus conclusum ab iis fuit solsticium die 21 Junii hora sexta contigisse.

VI. Die 18 Augusti altera Lunæ Eclipse à D. D. Cassini, Picard & de la Hire fuit observata, quæ incœpit mane hora 4. 26 min. cum occubuit, jam pars tertia diametri suæ erat obscurata, Sol nonnisi post celo hora minuta apparuit.

VII. Die 22 D. Cassini litteras accepit à D. Deshayes in Gotæ insula prope Viride promontorium scriptas. Altitudo Poli illius Insulae ex corde Leonis observata est 14 gr. 38 min. ex stella Polari 14 gr. 36 min. minor 30 min. quam tabulae designant. Quæ differentia multo minor est ea quæ in mari Mediterraneo reperta fuit, quod maiis Interni naucleri minus sunt in capiendis altitudinibus exercitati.

VIII.- Exente hoc mense Cometa apparuit sub Ursæ constellatione, paucis post diebus publicæ gratulationis festi ignes in Nativitate Sereniss. Burgundia Ducis accensi fuerant. Id vero animadverxit D. Picard à Keplerio memoriaræ mandatum Comitem anno 1607 die 26 Septembris Pragæ visum esse, cum ignes quoque in publicæ latitiae argumentum in compitis liceat: observationes hujus Cometæ à se factas cum adjuncta dilectione D. Cassius Regi Christianissimo obtulit.

IX. Paucis ante diebus, nempe 15 Novembris, qua ratione Venetis pa-

ANN. 1682. tallaxis habeatur, ubi cum stella fixa in eodem parallelo occurrit, rationem exposuit; cuius mentionem fecerat in tractatu edito de Cometa anni 1680. Cum enim Venus futura esset perigæa die 3 Februarii, ad hanc observationem se accingere voluit.

X. Eo ipso tempore observationes in Goræa insula à D. D. Varin, Deshayes & Du Glos magno studio factas accepit, quæ varia Solis altitudines ante & post meridiem, ac plerasque in ipsa meridie sumptas, Lunæ quoque, ac quarundam fixarum altitudines meridianas, immersiones & emersiones primi satellitis continebant. Ejusdem satellitis Eclipses collatae cum usqæ Lutetiae fuerant observatae, meridianorum differentias Goræam inter & Lutetiam præbuerunt unius horæ 17 min. & 40 sec. In magno globo D. Blaue longitudinum differentia 3 unias gradus min. tantummodo abierat ab ea qæ fuit observata. Quin & latitudinem eandem prouersus cum observata designat 14 gr. 40 min. Aëstus maris 5 pedum altitudinem non excedit.

Cum ad Antillas pervenissent, in insula vulgo *La Gardeloupe* dicta latitudinem 15 graduum 3 differentiam meridianam Observatorii & Insulae 64 grad. 33 min. invenerunt. In Martinica reperta est 63 grad. 41 min. latitudo 14 44.

Penduli Longitudo brevior duabus lineis ibi inventa quam in his regionibus. Quin etiam D. Deshayes Barometri altitudines noctu majores esse quam de die 3 aut 4 lineis competit, idque constanti lege: ita ut Barometri & Thermometri alternativum sint majores altitudines: nam in Thermometro spiritus vini altius attollitur de die, in Barometro hydrargyrus est depresso: quæ inæqualitas in nostris regionibus non deprehenditur.

Circa aestus maris non major reperta est differentia quam 5 pedum. Multæ quoque magnetis variationes in hac parva insula fuerunt observatae, ab uno gradu ad 14. quod ferri eo in loco latentibus venis tribuendum videtur.

C A P U T III.

De Observationibus in Provincia factis.

I. **Q**Uæ superioribus annis factæ sunt à D. D. Picard & de la Hite observationes Astronomicæ, locorum insignium quæ ad Oceanum sita sunt, tum latitudines, tum longitudines constituant. Cum etiam D. Picard anno 1674 se in Occitaniam contulisset, simul quædam maris Mediterranei loca inviserat, & explorato corum situ, id unum supererat, ut in signum magis Provinciæ portuum, & urbium positiones perspectæ haberentur.

Itaque D. de la Hite iussu Invictissimi Regis eo profectus est mense Octobri, eodem instrumentorum apparatu instructus, quo Oceani littora lustraverat,

II. Ab extremis Provinciæ finibus observationum suarum initium ce-

pit, atque urbem Antipolim primum adiit antiquitatis monumentis, & *Astro-*
portu ipso nobilem. Præterquam ab ostio Vati, qui Provinciam à Niceno *nom.*
 Comitatu disternat, cuiusve positio erat constituenda, non multum distat:
 adeo ut illius situs per triangula haberi posset, atque adeo ejus cum latitu-
 do, tum longitudine definiri.

Antipolis latitudo inventa est die 2 Novembris 43, 34 min. 10 sec.
 differentia Meridian. Lutetiae & Antipolis 19 min. 11 sec. unus horæ: ita
 ut ait ipsa Orientem versus magis declineret quam Observatorium regium,
 idque ex immersione primi satellitis Jovis comperum fuit.

III. Hinc Telonem, seu Tulonium profectus, ex stelle Polaris maxi-
 ma & minima altitudine, latitudinem majoris Ecclesię invenit 43, 6 min.
 40 sec.

Ex immersione primi satellitis longitudinem illius loci majorem esse;
 seu ad Orientem magis vergere, quam Observatorium Regium 3 grad. 35
 min. 35 sec. prope Tulonium excelsa quædam, & prærupta est rupes, hanc
 Montem Clarum, *Le Mont-Clairet* vocant: in ejus verticem descendit
 die 7 Decembris cum libella & Batometro, cacumen hujus montis supra
 maris superficiem elatum est 257 hexapedas, hydrargyrus ad 26 digit.
 & 4 lin. ibi suspensus etat, post tres horas in maris littore ad 28 pollices
 & 2 lin. ascendit: ita ut differentia utriusque altitudinis fuerit unius digiti
 & 9 lin.

IV. Aquis Sextis altitudo Poli inventa est prope portam quæ Avenio-
 nem dicit, 43, 31 min. Lugduni prope Ecclesiam S. Pauli reperta est 45,
 45, 35.

Ex Observationibus à D. D. Picard, & de la Hire circa utriusque ma-
 ris litora rite peractis, atque ex aliis quæ in ipso Continenti D. Cassini,
 D. de la Hire, & Alii Academicici utrique adjutores dati anno inscripti
 inierunt, charta Galliæ, multo emendator quam ulla, quæ haec tenus vel
 à peritissimis Geographis edita fuerit, concinnari potest. Hujus specimen
 dedit D. de la Hire in collectione Observationum Astronomicarum ante
 aliquot annos edita. Nam in una & eadem figura omnes, quæ facte sunt
 in Galliæ littoribus ad annum usque 1683 observationes continentur; simul
 videre est quantum discriminis intercedat inter chartas Galliæ vel magis ex-
 quisitas, & hanc quæ ex observatis accurate locis fuit delineata.

V. Atque is est tot itinæ & laborum fructus uberimus, ut ex Ob-
 servationibus Astronomicis accuratissime peractis lux nova tum Geographicæ,
 tum navigandi Arti accesserit. Jam anno 1678 hujus operis perficiendi
 forma à D. Cassini designata fuerat ex tabulis satellitum Jovis. Eam me-
 thodum & rationem fecuti sunt, qui jussu Regis varia ingressi sunt itinera
 cum in Galliam, tum in Africam & in Americanam. Observations in exteris
 & longe dissipatis regionibus factæ, cum iis quæ in Observatorio habitan-
 tur, collatae sunt. Accuratam Galliæ chartam delineatam utilem fore reli-
 quis perficiendis judicavit Academia. Ac tandem illud ex longa Observa-
 tionum serie conclusum postea fuit, locorum longitudines multo æctiores
 esse, iis quæ in tabulis Geographicis notatae sunt. Cujus rei ea forte est
 ratio quod iter facientes aut in terra, aut in mari, in computando itineris

ANN. decutisi spatio, vel ex ipsa estimatione ex sulcis navis, vulgo, *Par le 1682. Sillage*, non subducant e summa varijs à recto itinere deviationes, neque ad currentium, aut ventorum discrimina satis intendant animum,

Quamobrem si eadem ratione, quæ in Gallia fuit usurpata aliatum quoque regionum longitudines, seu Meridianorum differentiæ contrahantur, non multum à vero aberrabimus.

V I. Hujis rei periculum fecit Academia in magno planisphærio, quod in tutri Observatorii Occidentalí fuit delineatum post absolutas observationes Danicas, Americanas, & eas quæ in plagiis Occidentalibus Franciæ habitæ sunt. Primum enim locum in quibus factæ fuerant observationes, situs sunt positi: reliqui è vulgaribus chartis ita sunt translatæ, ut longitudinum differentiæ eadem ratione contraherentur, & ad varias Lunæ eclipses exigentur. Nec prætermissa est correctio ab illustri Peireskio & celeberrimo Gassendo facta in tabulis hydrographicis mariæ Mediterranei. His enim ille habendus est honos ut primi chartas navigationis in mari Mediterraneano emendaverint, & distantiam Massiliam inter & Alexandriam quingentis milliaribus minorem effecerint.

V II. Geographiæ tabulis in hunc modum correctis, regiones à nobis versus Orientem & Occidentem remotissimas 25 aut 30 gradibus admoveare, & totidem gradus longitudinis ex iis qui in tabulis notantur, subducere necesse omnino fuit, eosque addere oportuit iis regionibus quarum Meridiani iis opponuntur locis, ubi factæ sunt prædictæ observations. Quam rationem postea comprobarunt alii in Gallia, in Africa, & in America habitæ observations, quibuscum charta Observatoriæ fere ubique consentit.

V III. Addit D. Cassini in collectione Observationum lœpius laudata D. Halley Anglum, insignem Astronomum, qui in insula S. Helenæ Australis stellas diligenter observavit, ex iis quæ à naueleris factæ sunt & inter se collatæ Observationibus competuisse promontorium bona Spei 7, aut octo gradibus magis ad Occidentem vergere, quam chartæ ipsæ demonstrant. Isque in planisphærio terrestri Observatoriæ illud promontorium in eodem gradu longitudinis positum vidit, quem ipse definierat.

Lunaris Eclipsis qua die 21 Februarii anno 1682 Lutetia, & apud Sanguenes fuit observata, eam Meridianorum differentiam præbuit, quæ in planisphærio terrestri jam ante fuerat designata.

I X. Quæ hic usque in diversis terrarum orbis partibus jussu Regis Christianillini factæ sunt observations, tabulis hydrographicis & Geographicis carum regionum quæ inter Antillas & Siamense regnum incidunt, emendationi servierunt. Atque in eam spem adducimur, fore ut universæ Geographiæ restauratio, opus humano generi proutile, & Regi Maximæ glorie sum curatione & via perficiatur.

X. Mense Octobri anni 1682. D. Picard stranguriæ, aut suppressione urinæ extictus est; is omni disciplinarum genere ac Mathematicis imprimis insuetus, non sola contemplatione contentus, hinc cum usu & praxi semper conjunxit, ut ex ipsis opusculis quæ inter lucubrationes Academicorum posthumas anno 1693 sunt edita, atque ex iis quæ in hujus operis decursu

decorfu attulimus , facile colligitur : unus de tertiæ dimensione tractatus , *Mecum* viveret , editus fuit , alter post ejus mortem anno 1684 de arte *li. chan.* bellandi publici juris factus est , id agente D. de la Hire. Quæ inter illicius chartas elucubrationes repertæ sunt , si paucas exceperis quæ ad Astronomiam spectant , inchoatae magis quam absolute erant : Ex tamen publica luce dignæ sunt judicatae. Hujus generis sunt quæ ad horologia scioterica pertinent , quæque longâ edictus experientia usu faciliora & certiora ab eo sunt conscripta , hæc notis & exemplis à D. de la Hire illustrata in lucem prodire , iis omisssis quæ affectata subtilitas & inutilis curiositas excoxitavit. His adjecta est compendiosa , sed accurata de ponditibus & mensuris tractatio , quam magno studio una cum D. Auzout ad archtypa ipsa exegesarat. Sic ambo de micrometro , quod dimentiendis planetarum Diametris est utilissimum instrumentum , ediderant dissertationculam anno 1667 , quæ in dicto volumine iterum typis mandata est , quod prioris editionis exemplaria sint rariora. Astronomica problemata , & completes observationes admodum utiles & accuratae in aliud tempus sunt dilatae : quæ de telescopiis majoribus & variâ vitrorum combinatione , de focus inveniendis , ac plerisque aliis rebus dioptricis & ad usum accommodatis in disjectis chartulis confusa erant & incondita , D. Pothenot digestis in ordinem fragmentorum titulo inscripta.

X I. Ineunte hoc anno D. de la Hire brevi & simplici methodo rationes compositas ex iisdem rationibus demonstravit , quæ in tabulariis Academiæ continentur , ut alia quæ lam Geometricæ & elementares propositiones. Ex quibus complures natecurunt proprietates quæ solvendis conicis sectionibus magno ultri future sunt : ita ut Geometricæ demonstrationes ex iis ultra quam credi potest provehi possint : nec quicquam est quod latius patet in Geometria. Demonstrationes Ceniconum ab eo sunt continuatae , qui & Cycloïdis cuiusdam æquibiles motus exposuit.

X I I. D. Tschimouïse quædam theorematæ & problemata Geometrica proposuit : eujusmodi est illud , quodlibet spatiū linea Geometrica circumscriptum dimentiendi , atque , ut loquitur , quadrare. Hoc uti & alia , ut mihi videtur , publici juris fecit.

X I I I. Tractatum suum de Gnomonica hoc veriente anno legit D. de la Hire , quem brevi post tempore in lucem emisit. Novas & accuratas ejusmodi horologia conticiendi rationes complectitur , sed hoc ipso anno , quo hæc typis mandantur , tractatum edidit de eodem argumento brevem & intellectu faciliem. In eo quoque argumento versatus fuerat D. Picard qui attem scioterica horologia delineandi per calculum exposuit. Idem demonstrationes dioptricas protulit dimentiendis rerum obiectatum diametris , quæ per tubum opticum conspicuntur : ex iis pleraque in miscellaneis edita sunt.

X I V. Circa Mechanicam & Hydrostaticam quædam experimenta fecit D. Mariotte. 1. Expertus est minores aperturas & emissarios tubulos aquæ salientis plus aquæ impendere proportione servata , quam majores , ubi aqua per eos simul effluit. 2. Multis experimentis quæ sit tuborum per quos aqua delabitur resistentia , exploravit. Unus est primum tubo 80 , tunc

ANN. 100 pedes alto, qui plumbico tympano 2 lineis cum semisse crasso insertis
 1682. & aqua ieplesus est : aqua fundum tympani uno pene digito depresso.
 Alia quoque circa aquatum salientium motum typis mandavit. Circa des-
 censum corporum gravium quædam ab eo & D. de la Hite facta sunt in
 Regio Observatorio expetimenta.



SECTIO UNDECIMA.

De iis quæ acta sunt anno 1683.

Hoc vertente anno quam plurima in Physicis & Chymicis facta sunt
 experimenta ; Historia animalium non mediocriter culta fuit : sed
 præcipuus labor in res Astronomicas, & Geographicas incubuit.

C A P U T P R I M U M.

De Chymicis laboribus.

I. **J**am superiori anno id negotii Academie mandatum fuerat ab
 Illustriss. Colberto, ut aquæ fontium quæ Versalias deducuntur, ac-
 curato examini subjicerentur.

Vix ulla inter eas in perspicuitate, odore, & sapore discrimen ap-
 paruit : partium tenuitas aut subtilitas thermometro, saponis solutione, &
 leguminum coctione probata est. Quæ thermometro facta est probatio,
 omnium videtur optima. Duo thermometra eidem tabula in gradus divisæ
 sunt illigata, eaque sic fuerunt explorata. Aëri frigido ante sunt exposita,
 ut liquor descenderet, tum gradus ipse descensus in tabula notatus ; deinde
 utiusque globi aquæ fervida impositi, & quoisque liquor ascenderit, iti-
 dem notatum fuit, & spatium ascensus in partes æquales dispergitum.

II. Jam ut aquæ diversæ examinarentur, duobus vasis vitris æqualis
 amplitudinis & densitatis eadem aquarum quantitas affusa, uni aqua pu-
 tealis, alteri aqua fontana, ambo vasi amplio aquæ calidæ pleno fuerunt
 imposita, atque his duo thermometra simul immersa. Aqua fontis ad 100
 v. gr. gradus, putealis ad 75 tantummodo gradus simul ascendit, quod illa
 citius incalescat, hæc tardius, atque adeò illa sit subtilior, hæc crassior. Quæ
 quidem tatione aquæ omnes cum aqua puteali sunt collatae.

III. Itaque aqua *Ville d'Avray* dicta 25 gradibus altius consernit
 quam putealis, aquæ *Bufonum* 21, aquæ de *Bailly* 16, *De Maltoerte* 15,
De Roquencourt 14, S. Petri 9, S. Antonii 8, *Trianonis* 7, *Du Chefnay*
 5. Aqua S. Cyti 20: saponem citius hec dissolvit quam reliquæ.

IV. Ex iis quæ post distillationem in fundo vasis resederant saceribus

Vix ullum judicium fieri potuit, cum perparum terræ in omnibus subtili *Chymicæ* visum fuerit. Aquæ *Ville d'Avray & Trianon* solutionem Metallii *mias*, aliquanto magis turbarunt quam reliquæ. Nec deteriores visæ sunt aquæ illæ omnes quam quæ judicantur salubriores: eujusmodi est aqua *Sequanæ* aut quæ per aquæ ductus è vico *Rungis* Lutetiam ducitur: adeo ut ex solo usu, quæ regula est multo turpissima, de eorum bonitate sit judicandum.

Cum D. Joly medicus in oppido *de Vichy* apud Arvènos multum exercitatus, quasdam concreciones tertiarum & taliū, quæ parietibus thermarum adhærescant, attulisset, ex quidem sunt ad varia criteria aut normas exactæ. Idque in universum fuit conclusum sales illos esse lixiviales, & detergentes. Nec mitum si ob eam causam Luteix etiam nunc adeo sint usitatae: nam acida fermenta emendant, atque eorum velut aculeos retundunt. Sal fontis illius qui *Le Petit Boulet* nuncupatur, præ cæteris est detergens, colorē fuscum præ se fert, cum alii sint candidi, & fere ut crystalli pellueant.

II. Lecta est epistola viri Clariss. D. Piat apud Carnutenses Advocati Regii ad D. Dodart de aqua minerali quæ est prope muros Carnutenses. Hanc ferrugineam esse existimat: nam solutionem gallæ subnigro colore tingit. Illud admodum probabile est quod vir doctus suspicatur, hanc aquam è fluvio ipso per tertiam cupulam prati percolatam vim ferri aut vitrioli in ipso transiū contrahere. Quod multis probūt indicis, eo imprimis, quod in bellis civilibus ex ea parte quæ uībū fuit oppugnata, & hostes cum magna clade repulsi, qui tormentis & globis ferreis ibi reliktis fugerunt. Terra rubigine ferri imbuta aquam fontis sua virtute imbutit. Jam ante complures annos quasdam ad D. Dodart ea de re miserat epistolas, quæ lecte fuerant in Academia.

III. Quæ fæcæ sunt plantarum analyses refertur nihil necesse est. Id unum advertendum puto, è purgantibus per analysis exploratis multum olei ut plurimum educi, ex Jalappæ v. g. 2 libris, 2 olei unciae cum 5 drachmis extractæ sunt, è senna tres unciae olei & 7 drachmæ, salis volatileis 4 drachmæ cdt. fæcæ.

Sic diuretica oleo & sale plerumque abundate cernimus. Asparagi radices 4 librarum pondere unam unciam olei admodum fætidi & nigri, salis aliquantum lixivialis 3 drachmas præbuerent.

IV. Sub idem tempus aliud experimentum Chymicum exhibuit D. Bourdelin, chalybis limturam aqua saepè perfusam, tum exsiccatam, dimidia pene sui ponderis parte auctam invenit, per 40 dies 13 uncias limturam aqua consperciat: post quartam decimam imbibitionem, ut vocant, nulla amplius ponderis fæcæ est accessio. Ubi primum aqua imbuta fuit, ea multum incaluit, & color per 18 horas duravit: intra 54 horas duabus uncias gravior facta est. Exclusis 4 diebus, cum aquam amplius non imbibet, post sex exsiccationis dies limaturi 7 uncias aucta fuit. Ex ea distillata 12 liquoris unciae exierunt sale volatile fætus, quatta ejus liquoris portione cum spiritu salis valde effervescit. Illed D. Du Clos visum fuit salem ferri volatilem ab aqua exsolutum fuisse. Post distillationem 15 unciae cum se-

ANN. milles in Retorte fundo refederunt : adeo ut ex ipsa distillatione de fetti
1683. pondere nihil fore decesserit.

Paucis interjectis diebus hunc laborem iteravit , tumque seobem fetti aqua perfudit. Per 14 dies haec aqua imbuta , tum exsiccata , ex 16 uncis tres pene unciae liquoris sile volatili imprægnati sunt extillata. Ex 20 uncens quæ superflueret , nullus ignis vi liquor exprimi potuit , & 4 unciam cum pondere materia aucta fuit : paucis post diebus plures uncias vittiolii ex oleo vitrioli & duabus uncisi seobis fertæ concœti ostendit.

V. Lac denique vaccinum , caprinum , & asinum fuit usitato more distillatum. E vaccino & capino liquores pene omnes non ingratia saporis & odoris , plus acidi in utroque quam sulphurei erat. E 4 libris lactis vaccini & captini tuis olei unciae prodiere , & una sete drachma salis fixi minime lixivialis. E lacte asinino liquores insipidi & quidam ingratia odoris prodiere.

C A P U T I I .

De Historia Animalium.

I. **Q**Uæ ad historiam Animalium spectant , non indiligerter fuerunt pertactata. Elephantis imprimis descriptio accurata lecta fuit & discussa. Plures ejus partes delineavit D. de la Hire. Ibis quoque , Ciconia , squamosi lacerti descriptiones examinatae , figuræ animalium tri incise.

Ibis alba ex Ægypto allata Ciconie in multis est consimilis , sed paulò minor ; utraque rostrum deorsum inflexa , in illa collum ubique teres , cum in Ciconia rostrum rectum sit & acuum , collum parte sui inferiore longè crassius & longioribus plumis instrutum , ut alia mittam utriusque avis discrimina : & quidem ambæ rostri acie serpentes necant , sed velutinile est Ciconiam magis uti rostri cupide , quam laterum acie.

Quæ de Ibi docet Cicero lib. 1. de natu Deorum , vera esse experientia ipsa comprobavit. Quo fit , inquit , ut nec mortuæ rixa nocteant , nec odore mortue . Nam cato ipsa & viscera post quindecim dies & amplius suavem spirabant odorem. Carnibus serpentum vescitur quas salubres esse satis verisimile videtur , irluvie haec eatebat ; sed tamen ventriculus solidior erat , sive ut in avibus que ex granis vivunt.

II. Ciconia quoque serpentibus lacerti & ranis alitur , ventriculus Ibis & Ciconia crassior , interioris tunica glandula & numerosa & majusculæ.

Facta in venam mesentericam unius ex duabus Ciconis injectione liquor intestinorum cava subdit. Sic pars intestini lacte impletæ & utrimque pressa , pars liquoris in venam mesentericam conmeavit. Atque id omni avium generi commune esse non abhorret à versio iij. Cenam enim in avibus ventræ lactæ nondum conspicui posuerunt , hinc suscitam chylum iis per venas restringas ad hepit comminare justi suspicio esse potest.

III. Lacetti quoque Indici exuviae tum allatae sunt , qui uterque *Hist.*
eum refert , quem describit Clusius : quatuor pedes is longus erat ab ex- *Anim.*
tremo rostri ad caudæ usque initium sexdecim digitos in longum por-
rectæ . Hæc in conum desinbat ; squamis toto corpore , in cauda & capi-
te munitus erat , quæ imbricatum posita conchas marinas singulæ expime-
bant , radiis à medio ad circumferentiam exaratis : squamæ illæ instar ossium
fitmæ in dorso sesqui-digito in omnes partes extensæ . Minores erant in ca-
pite , sub collo & ventre decurrent ; pedes quinque digitis instructi , duo
intermedii teliquis altero tanto majores erant : phalanx extrema bifida : hoc
genus Lacertorum frequens esse aint in Formosa Insula , & in lo-
cis circumiectis ; cumque iij talpatum more terram suffodian , orizam , imò
& testorum fundamenta diruant , talpæ diabolice à Batavis vocitantur .

Mitto complura animalia superioribus annis , à D. Du Verney incisa & à D. Perrault descripta , quorum quadam sunt satis nota , quadam rariora , quæ in utrisque sint obseruati digna tum in exteriori forma , tum in viscereum conformatioine magno studio & cura fuerunt annotata .

IV. Inter animantes quæ suâ mole & specie commendantur , avis illa ex Ægypto allata , quam Veteres ob plumas in alis rubeas phœnicopterum dixerunt , superioribus annis disjecta fuit , & à D. Perrault descripta . Alæ ejus diductæ colorem illum rutilum exhibent : unde vulgo *Flamand* dici solet : non quod in Belgio reperiatur , sed quia ejus pluma per membra-
nam pellucidam visæ colorem flammeum præbent : vix ulla est avis major ,
rostrum ex utraque parte deorsum est incurvatum , quod in ea ave omnino
est singulare ; aratri enim instar inflectitur , unde & vulgo *Becharu* quasi
aratri rostrum appellatur . Collo prælongo , ciuitibus productis , exili pede ,
sed firme donantur : adeo ut teste Gassendo in vita Peireskii , uno pe-
de subnixa instar giuis obdormiat : oculi itidem angusti sunt & rubei . Cy-
stis fellea è parte inferiori hepatis est pensilis , vas ipsum è quo suspendi-
tur , quoive bilem excipit , amplum est ; contra atque in homine & in qua-
drupedibus obseruatur . In his enim radices vesiculæ sunt admodum exiles .
Oesophagus in sui initio validè angustus , paulatim latior factus in in-
gluviem , seu in saccum ampliorem definit ; ventriculus fere ut in gallina , ta-
tametis granis non velicitur , sed parvis conchyliis , quæ ventriculi muscu-
lis teruntur ut grana .

V. Inter aves specie sua spectabiles censerit debet illa quæ vulgo Gallina Sul-
tana , à Veteribus porphytion vocatur , quod rostro donetur & pedibus iubeis .
Et quidem hoc habet sibi peculiare quod rostrum longiore cauda & ad verticem
usque capitum porrecta ipsi capiti adhærescat : ciuitibus admodum oblongis , & am-
pliis pedibus instituitur , cum tamen sit brevi collo , contra atque cernimus
in avibus quæ crura habent longiora . In iis enim collum itidem est oblon-
gius , sed res aliter se habet in hac ave , quæ instar psitaci pede utitur ut
escam rostro admoveat . Cum autem è granis , ex carne , & piscibus per-
inde alatur , ventriculo donatur non minus crasso & carnosu , quam solet
esse in avibus quæ è granis vivunt . Oesophagus in parte sui inferiore dilata-
tus ingluviem efficit , cui splen adhaerescit .

V I. Aviculam Paradisi vulgo dictam , D. Colbert miserat ad Academiam

ANN. quæ in Horto Regio asservatur. Hanc à D. Du Raupalue dono acceperat :
1683. pedibus ea suis & cruribus instructa erat, quæ corporis magnitudini respon-
debant, fila dorso inhæabant, quæ ab Auctoribus sunt animadversa.

VII. Tractatus duos de hydropœ, & de odoratus organo ex scripto le-
git D. Du Verney : nervulos ab olfactorio prodeunt, qui ut alii du-
ctores sunt, postquam os cribrosum penetrati sunt, ostendit; tres lamellas
narium, quatum una ab aliis se juncta est, sinus denique in osse frontis &
maxille demonstravit, quæ mucoso repletur excremento, quod in narium
cava defluit.

VIII. D. Dodart infantis Macrocephali figuram à se delineatam exhib-
uit. Caput erat valde amplum, aqua pura & limpida plenum, craniī loco
erant cartilagineas, in posteriore ejus parte quedam caro excreverat, su-
ture nulla.

Sub idem tempus cadaver mulieris incidit D. Du Verney, quæ per
tres mensēs citra feb̄it agrotaverat; ex utroque latere erat paralytica; pe-
ctotis & abdominis viscera erant illata; ventriculos cerebri aqua repletos
sesqui librae pondere invenit jugi sopore oppressa jacuerat.

C A P U T III.

De R̄bus Physicis.

I. Illud Physicæ est speculationis quod D. De la Hite, cum de tube-
ribus escariis, v. *Truffes*, sermo haberetur, admonuit, ea non raro
queruum, aut carpinorum, v. *Charmes* radicibus accrescere, & per fila
quæ iam cum iis continuati.

II. Nonnulla etiam quæ ad naturalem spectant historiam, D. Blondel
recensuit non contempnenda, illud imprimis qua ratione in quibusdam Ger-
manicæ locis paludosum solum attollatur. Aquam è fluvio per fossam sic
duci aiebat, ut fluvio intumescere & turbido, sublatis citractis aut emis-
soriis paludosum solum inundetur, tum iis depressis aqua stagnare permit-
titur. Sic limus paulatim decidens terram paludosam sensim attollit: quan-
do aqua fluvii est depestior, tum è fossa in alveum fluminis relabi-
tur.

D. Dodart nos admonuit Caleti in ipso littore v. *Risban* dicto puteos
excavati, quorum aqua dulcis est, quæque unā cum mari attollitur aut de-
primuntur: ita ut aqua maris per arenam percolata saltuginem suam exire.
Adjicit D. Blondel Massiliæ in portu aquam è iupe dulcem emanare.

IV. Quælam etiam facta sunt in machina pneumatica experimenta à D.
Homberg nunc Academiæ socio, ut quantum aer sit aqua levior, explo-
ratum haberetur. Globus vitreus aëre plenus in machina exinanitus exquisitæ
bilanci appensus est; pondus aëris cum aqua collati eam pene habere ra-
tionem quæ est 1 ad 630. ex calculo conclusum fuit: ex iteratis postea
experimentis aquam multò graviorem aëre competit. 2. Vitreae lachrymæ
in eodem vase disruptæ post exhaustum acta sursum, cū ignis sulphurati ja-
culum sunt vibratæ.

V. D. Mariootte mensē Augusto utrumque Barometrum hydrargyri & *Phys.*
aqua in Observatorio inter se contendit. Hydrargyrus ad 28 pōllūcum sub. *sicca*.
Iatus est, aqua ad 31 pedum $\frac{1}{2}$ altitudinem ascēdit, ita ut ea sit aqua
ad hydrargyrum ratio qua 1 ad 13 $\frac{1}{2}$.

VI. Nonnullis quoque experimentis id probandum suscepit D. Mariootte,
tormenta recedere juxta reciprocā sui ponderis & globi explosi rationem.
Tubulum ferreum duobus filis 3, pedum longis suspendit cum Cylindulo
plumbeo, cuius pondus erat pars tubi quinta; accenso puluere tubus ad 16
gradus recessit, Cylindrus ad 80 usque sublatus est, qua fere est reciproca
ponderum ratio. Cumque tubus ad 8 gradus $\frac{1}{4}$ recedendo condescisset, Cylindrus ad 40 $\frac{1}{2}$ sublatus est, idque iteratis experimentis confirmavit. Scelo-
peto minori aquam plumbi loco affudit: Ex 8 pedum distantia accenso
pulvere Chartam tribus pedibus latam aqua perfudit; ex intervallo decem
pedum; aliquot guttulis alpersa fuit charta; aucta distantia ad 12 usque pe-
des, aqua adeo dissipata fuit, ut instar vaporis tenuissimi recidet. Hinc con-
clusum ab eo fuit aquatum jactus altitudini fontium non omni ex parte
respondere: cum enim magno impetu aqua exilit, in guttulas dissipatur.

VII. Cum Indicum lapillum qui venenatos animalium morsus sanare
perhibetur. P. Fontenay S. I. D. Cassino dedisset ut ejus rei periculum
fieret, columba à viperā leviter vulneratæ admotus est lapillus, columba
ad horam usque vitam produxit, sed lapillus ille quem è capite serpen-
tis extebi viri docti tradiderunt, quique, ut alii censent, sc̄.ctius est,
& Camboīæ lapis vocatur, hoc virus non dettaxis.

Catelli quoque quem viperā in femore momorderat, vulneri admotus,
hic tenaciter adhæsit, sed post novem horas ille extinctus est; sanguis in
vasis fluidus ut in columba, sic in catello, non concretus apparuit.

Cum de veneno viperatum sermo haberetur, illud à D. Blondel qui
magnam Orbis partem peragraverat, fuit observatum, serpentēs qui in aliis
Antillarum insulis veneni sunt expertes, in Martinica esse venenatos, eos-
que in alias Insulas translatos veneno suo destrui. De his qui Melitam
asportantur communis est opinio eos veneno destitui.

Die 10 Aprilis vir pereruditus D. Arnould Nurembergensis epistolam
à Parente suo missam mihi tradidit, quam in Academiæ conventu legi: è
Bohemia se fungos accepisse scribit Marcalitis argenteis plenos.

De terra tremore qui anno superiore contigit scripta est epistola ad
D. Perrault ex urbe quadam Lotharingiæ Remiremonda dicta, in qua per-
multa nota digna narrantur, dummodo fides Scriptoris aliqua ex par-
te non laboret. Tantam ejus vim fuisse commemorat, ut recta complura
corrueint: magno cum fragore is conjunctus fuit, ita ut Canoi ice formi-
cis Ecclesiæ suæ tuinam non audierint. Incolæ hujus urbis in agios se re-
cipere per 6 hebdomadas coacti sunt; singulis noctibus favebant, de die nun-
quam, flaminæ è terra continenter etumpabant, nulla rima aut hiatu mani-
facto nisi in uno loco, qua siima postea ultro occlusa est: sed cum ea pate-
bat, siustra illius altitudo fuit explorata. Qui etump bat ignis, tetu in odo-
rem afflabat, non sulphureum tamen, neque is aduriebat. Exactis sex heb-

ANN. domadis cives in urbem remeantur, quando terra tremor remittere nec
1683. tecta amplius dejicere visus est. Vis illius maxima ad 5 aut 6 leucas pat-
tuit, & in his potissimum locis quæ erant depresso, aut collibus inter-
cepit. Fons quidam ubi proximus adeo turbidus hinc prodite visus, ut
aqum sapone imbutam non colore modo, sed etiam vi detergente refer-
ret. In ejus superficie spuma quedam concrevit saponi non absimilis, que-
que in aqua ut sapo exsolvitur.

VIII. Hujus eventus o. casione D. Blondel multos à se visos in Alpibus &
& in Pyrenæis montes testatus est, qui à se mutuo divulsi fuerant, cum
ante cohæsisserent. Argumento sunt partes gibbosæ unius montis quæ exca-
vatis altetius partibus opponuntur. Sic anno 1617 in Alpibus Rhætis op-
pidum nomine *Chavelle* montibus utriusque in unum coalescentibus obru-
rum fuit.

X. Quedam alia commemoravit, quæ ad naturalem historiam spectant.
Cujus generis ea sunt quæ lapidum conformatio[n]i lucem aliquam afferre
possant. 1. Inter fontem Bellaqueum & Nemursum complures à se reper-
tos lapides p[er]dutos quasi terebratos, idque satis est veritabile eos sic per-
foratos faisse ab imbris, cum adhuc molles essent & formarentur. 2. Rupellam inter & urbem quæ nunc rupes fortis Rochesfort appellatur, vi-
cum olim astu mari abreptum fuisse, glaream quæ est in littore, cum
majores sunt æstus, lapidescere & in rupem indurari cui hominum & equorum
adhuc impressa cernuntur vestigia. Adjectit illud quoque quod satis vul-
gate est, Telone saxa esse, quæ disiupta cœstra optima suppeditant. In
Insula Martinica lapides ē fundo mari etui candidos in quibus quorundam
vermium vestigia bene delineata visuntur. Adjectit D. Du Verney Ru-
pelle complures esse lapides instar coni perforatos qui conchis opplicantur.

C A P U T IV.

De Rebus Astronomicis.

I. Neunte hoc anno D. Cassini duplicem à se elucubratam legit disser-
tationem, una fixarum, altera Veneris theoriam complectitur.

Mense Martio vir nobilis & in Astronomia versatissimus D. Facio De
Duilliers in Regium Observatorium venit, ut quæ à D. Cassino in Sa-
turni globo ejusque annulo ante sex annos facrant detecti & publicata,
oculis lustraret. Mirum enim ipsi videbatur obseruatam in Saturno Zonam
rectam, quo tempore ejus annulus esset valde inclinatus. Cum ipso igitur
habuit observationes ope Telescopii 40 pedum à D. Borello elaborati, &
in area Observatorii tunc expositi, quas scripto tradidit, & in Acta retu-
lit cum figuris aptè delineatis.

Hujus scipci hæc fere summa est, tum Saturni annulum ex parte Sep-
temnionali globo insistentem visum, ex patte oppositi sub eo depresso:
sic tamen ut umbra glebi in annulum projecta manifesto cerneretur. 2. In
Saturni globo fascia quedam obscurior prope eum locum qui annulum re-
gebat,

gebat, in rectum potrecta, & linea^z quæ ansas annuli connectit parallela *Affro-*
visa est. 3. Quatuor post horas fascia subnigra in eodem situ & eadem for-
ma apparuit: sed pars globi huic superposita paulo obscurior quam an-
te, pars itidem annuli exterior minus splendida quam interior vide-
batur.

II. Jam antea anno scilicet 1677 Zona illa fuerat à D. Cassino obser-
 vata, quæ observatio in Etuditorum Ephemerides anni 1677 relata est, tum-
 que annulus ad maximam pene amplitudinem suam pervenerat, ac prope
 centrum Saturni fascia pertransibat. Recta tamen apparuit: adeo ut Zona
 illius quæ globum Saturni cingebat Polus extremo illius disci limbo pro-
 ximus existeret, multum ab annuli ipsius Polo distans, qui 30 gradibus
 super eum limbum sublatus erat. Eandem quoque viderat fasciam cum an-
 nulus adeo contractus etat, ut globus utrimque prominet: tum enim in
 linea ansarum, ut in eodem pene situ posita fascia cernebatur. Sæpius eam
 conspexit, sed nunquam eo in loco in quo die 2 Martii extabat, tam
 procul a centro globi distans: cum pars annuli Australis posteriorem Satu-
 rni partem, Borealis anteriorem sic continget, ut utriusque divisio sub
 oculos caderet, ac globi umbra in posteriorem annuli partem projecta ver-
 sus Orientem ea magnitudine apparetur quam exigebat angulus ille quem
 radii visuales ad Saturnum ducti cum radius Solaribus comprehendunt. Sic
 distantia annuli à globo Saturni utrimque se conficienda praebuit. Quod
 cum hypothesi P. Riccioli nullomodo cohæret. Hic enim annulum ellip-
 ticæ figuræ ex utraque parte anteriore nimirum & posteriore globo ipsi an-
 nuxum putat, contra atque Hugenius in suo præclaro Saturni systemate
 statuit, idque cum observationibus omnino convenit, annulum scilicet cir-
 cularis esse figuræ, & à globo Saturni omni ex parte sejunctum.

III. Hæc Phænomena visa, sunt ab iis qui tum aderant, inter quos vit lau-
 datus D. Fatio, qui Astronomiæ studio incensus ex finibus Germaniæ hoc
 advenerat, ut in Òbservatorio se exerceret, omnis genetis instrumentis in
 eam rem comparatis. Hic annuli figuram accurate descripsit, atque ipse
 secum id reputavit, quod si Saturnus circa suum axem qui ad annuli axem
 sit perpendicularis volvatur, fore ut fascia, cuius axis multum est ab axe
 annuli distans, in una revolutione variè inclinetur. Quare interjecto quatuor
 horarum spatio eadem fascia fuit iterum observata, quæ eodem prorsus in
 loco & sic visa est. Ex quo id conclusum ab eo fuit aut Saturnum eo tem-
 poris intervallo sensibili motu circa se auctum non fuisse, aut eum circa
 Polum hujus fascie multum ab annuli Polo distatum circumagi.

IV. Saturni vero globum circum axem sibi proprium verti vel hoc unum
 persuasit, quod in secunda hac observatione spatiū inter obscuriorem fas-
 ciā, cuius supra meminimus, & annulum, ut candida quedam fascia
 tum conpectum fuerit, quæ tamen fascia splendida antea visa non fue-
 rat.

V. Postero die post 24 horas fascia obscurior in loco pristino & simi se
 videndam præbuit, non item fascia candida in posteriore observatione visa;
 sed ultra obscuram alia versus limbum in conspectum venit quæ antea sui
 copiam non fecerat. Ex quibus suspicatus est D. Cassini fascias illas splen-

ANN. 1683. diiores omnem Saturni ambitum non percurtere, sed eas interruptas esse ut in quibusdam Jovis fasciis evenit; ac Saturnum in suis circa axem revolutionibus modò unam ex iis fasciis, modò alteram nobis obvenerere. Cum tamen Zonæ illæ candidæ ante visa non fuerint, illud non abhorret à verosimili eas subinde nasci ac deleri, ut in quibusdam Jovis Zonis fuit obsetvarum, quæ illius motu abrepta modò tub oculos cadunt, cum in parte anteriore Planetæ extant, modò evanescent, ubi ad partem posteriorum transierunt.

Eodem hoc anno 1683 duæ visa sunt in Saturno Zonæ quæ alternis vicibus in conspectum veniebant, quæcum una latior erat alteria.

V I. Novum Phænomeni genus in cœlo deprehendit D. Cassini die 18 Martii: lumen videlicet quoddam obliquè secundum Zodiacum porrectum quod tunc Aries constellationem complecti, ad Pleiadas usque & caput Tauri extendi instar nubeculae à Sole illustratae visum est, fere instar caudæ Cometes, nisi quod sua latitudine ter aur quater eas supererbat. De hoc lumine satis copiosè egimus tomo 5. Philos. vet. & nov. p. 173. Sed hoc argumentum in volumine Typis Regis nuperimè edito fusè & accuratè à D. Cassino est pertractatum, longum est et ac minimè necessarium rem speculatione quidem, si quæ sit alia, dignam, sed ubertimè explicatam regerete.

V II. Die 27 Januarii omnes in Regium Observatorium convenerunt Solis Eclipsim spectaturi; sed non licuit per cœlum nubibus obductum. Ea verò à D. Roemer Hafniæ fuit observata, & ad Academiam die 28 Februario transmissa: quæ observatione ab eo paucis descripta fuit.

Sol in Vicinia horizontis admodum laciniatus incipit deficere hor. 3. 54 min. 20 sec. Defectus initium erat paulò infra parallelum Äquatoris transuentem per centrum Solis, hora 3. 58 min. 30 sec. chorda pannis limbi Solis eclipsata 4 digit.

Hora 4. 3 min. superius cornu adhuc erat paulo infra parallelum dictum: mox subiit sol nubes horizontales.

In eadem Epistola Martis, Jovis, & Saturni quasdam observationes recordat.

Tres hos Planetas die 29 Januarii stylo veteri h. 1. post medium noctem junctos fuisse in longitudine, idque constare ex observationibus ante & post habitis.

V III. D. De la Hite postremam Jovis & Saturni conjunctionem variis modis, qui omnes inter se consentiebant, cum accurate determinasset, octo ante diebus, quæam Ephemerides eam notabant, accidisse competit, quod Planetarum motibus emendandis utile futurum est. Quæ à D. Cassino facta est hujus conjunctionis observatione, D. De la Hite observationi omnino concinit.

X. Stelle quoque majoris canis Meridianam altitudinem qualibet hora diei & noctis, etiam in ipsa meridiæ cepit D. De la Hite, quod ante factum non faciat. Nullam in ea differentiam animaverit præter eam quæ ex mutatione declinationis accidere debet. Neque alia est tutior via, qui nobis sit exploratum refectionem de die non esse diversam ab ea quæ noctu

deprehenditur. Nam admodum sensibilis foret illa differentia in hujus stellæ *Astro-*
supra horizontem altitudine, quæ est 24 gr. 52 min. fere cum semissæ, ubi *nom.*
refractio duorum est & amplius minutorum. Quod magni est in Astro-
nomia momenti, ut accuratæ sint observationes. Atque hinc illud conclu-
ditur, Tychonem ea in re non nihil à vero aberuisse, cum alias Solis, alias
Stellarum refractionibus tabulas contexuit.

Hanc Stellam quavis hora diei & noctis, quovis anni tempore sic obser-
vat, ut huic fundamento motū Solis tabulas, & fixatum magis insignium
ascensiones rectas, & positiones superstructas ediderit. Id ipsum in stella
lyrae lucida præstítit: atque inde plura in Astronomiam commoda mana-
re possunt.

C A P U T V.

De iis que ad Geographiam spectant.

I. **D**ie 3 Aprilis D. Cassini methodum proposuit inveniendi Meridia- *Geogr.*
norum differentias ex observationibus satellitum Jovis, etiamsi ea-
dem observatio in altero locorum facta non fuerit, sed ex iis quæ ante &
post habitæ sunt, differentiæ ipsæ eruantur.

Exempli loco id ponit quod patebit latiūs. Die 21 Octobris anni 1682
in ea Antillarum Insula quæ *La Gardeloupe* appellatur, & die 20 No-
vembri ejusdem anni in Martinica duæ immersiones primi satellitis, aliae
itidem Antipoli in Provincia mense Novembri & Decembri ejusdem an-
ni à D. De la Hire sunt obseruatæ, quæ Lutetiae haberi non posuerunt.
Haec utique observationes cum aliis à D. Cassino annotatis collatae fuerunt,
quarum duæ mense Octobri, die nimis 14 & 30, tertia die 22 No-
vembri sunt factæ. Prima ex iis prævertit observationem priorem Insulæ
De la Gardeloupe 7 diebus, secunda 9 diebus ea posterior fuit, & ante-
vertit Martinicæ habitam 21 diebus.

Revolutionum numerus in unoquoque temporis intervallo initus est,
simul & computatum quantum temporis singulæ exigenter, si inæqualita-
tum omnium quæ tum ex Jove, tum ex Sole oriuntur quadam fieret ve-
lut compensatio, & æquales efficerent revolutiones. Sed temporibus revo-
lutionum in quolibet spatii interjecti intervallo inter se comparatis, que-
dam occurserunt iræqualitates, quæ quantum fieri potuit, aquabiliter sunt
distributæ, adeo ut qualibet revolutio motum suum accelerare visa sit duo-
bus aut tribus secundis, ubi cum præcedenti fuit collata.

Id quoque comperit D. Cassini eandem accelerationis regulam reper-
tam fuisse ab exitu Septembribus ad initium usque Decembribus.

II. Quamobrem sic distributo intervallorum tempore in revolutionis
num numerum; ut qualibet consequens 2 aut 3 secundis citius per-
ficiatur quam ea quæ proximè antecedit in ea serie observationum quæ ha-
bitæ sunt Lutetiae; aliae omnes quæ diversis in locis tum temporis non fue-
runt observatæ immersiones, sed computatae tantummodo curia errorem sen-
sibilem adhibentur.

ANNO. Omnium itaque primi satellitum que mensibus Octobri & Novembri anni 1682 contigere immersionum Ephemerides sic pectexuit D. Cassini, ut interjecta cujusque revolutionis tempora juxta regulam propositam, & eas quæ in locis prædictis fuerunt observatae designaret. Ex quibus differentia temporum aut Meridianorum prodierunt.

Qua quidem ratione Insulae *La Gardeloupe* Meridianum à Parisensi 4 horas 18 min. 9 sec. Antipoli 19 min. 15 sec. distare compertum fuit.

III. Hæc longitudines definendi ratio per observationes certo in loco factas aptè collatas cum iis quæ alio in loco per calculum sunt computatae, ubi aliae ante & post habita sunt observationes, quæque sunt calculi ipsius fundamenta, quanto usui futura sit, nihil necesse est fusius expondere. Non enim modo differentias Meridianorum præbet inter loca adeo inter se dissimili, ut nunquam sese eadem observationes utriusque fieri possint, sed etiam magnum affert temporis & laboris compendium. Nam pectegianti satis id sufficit, si unam observationem accuratam perficiat, nec necesse est ut nuntium expectet ab alio, an eandem immersionem observeaverit, uti antea fuit usurpatum. Quod utique legi nisi temporis motam postulabat, antequam ambo in eadem observatione facienda convenissent, & per nuntios eam vicissim comprobassent.

IV. Neque alia sunt in cælo phænomena præter Jovis satellites, quibus hæc inveniendi longitudines ratio rite perfici queat. Ac ne eclipses quidem Solis & Lunæ in eam rem aptari possint, quod ratiore sint, nec periodi accuratæ recursus eorum quæ non fuerunt observatae, ut in satelliibus Jovis haberiqueant. Quocirca Geographia omnis ea ratione brevi temporis spatio instaurari posset, si multi in diversas regiones mitterentur, & in ea loca maximè quæ sunt ejusmodi, ut præcipue vultus stationes constituantur, ad quas alia quævis loca referantur.

V. Planisphærium terrestre in pavimento turris Occidentalis Observatorii à D. D. Sedileau & Chazelles delineatum duce D. Cassino absolutum fuit. Eclipses Lunæ variis in terra locis observatae emendandis multatum urbium longitudinibus complures in tabulis Geographicis errores aperuerunt: adeo ut error interdum inter duo loca valde inter se dissimil ad 20 usque gradus excurrat. Hinc etiam conclusum fuit inter Asiam & Americam versus Septentriones spatium incognitum Europa non minus interiacere. Cum pumi satellitum eclipses in Vitidi promontorio, & in Antillis observatae eandem Meridianorum differentiam exhibuerint quæ ante in planisphærio nota ta fuerat, justa est suspicio alias tabularum correctiones non multum à vero abesse.

VI. Die 19 Junii D. Cassinus qua ratione linea Meridiana ab Oceano ad mare usque mediterraneum produci possit peculiariter dissertatione exposuit, ac formam hujus rei perficiendæ quam memine conceperat, quæque Illustriss. Colberto probata fuerat, ex scripto legit. Hæc scilicet illius summa. Cum Regem Christianissimum qui Academiam eo consilio instituit, ut promovendis artibus inferviat, id non sageret quantum ad Astronomia, Geographia & navigandi artis perfectionem momenti afferret tellutis circumferentie accurata mensura, & quam difficile sit ex uno vel altero ma-

ximi circuli gradu eam ut par est consequi : error quippe qui in arcu tam *Geo-*
exiguo dimetiendo potest irrepere , ea ratione crescit quæ est illius atque ad *graph.*
totam peripheriam : Ludovicus Magnus iussit , ut linea Meridiana in Ob-
servatorio delineata per totam Galliam ad Mare Mediterraneum ex una
parte , ad Oceanum usque ex parte altera proferetur.

Quod utique ea ratione faciendum est , ut stabile quedam notæ , aut
signa conspicua in montium qui occurunt jugis ita collocenut , ut ex iis
vicissim conspectis situs & positiones locorum Astronomicis observationi-
bus comprobentur , uti jam cœptum fuerat à D. Picard in horizonte Pa-
risiensi , certis in Monte-Martyrum & pago *Lai* signis constitutis , illo ad
Boream , hoc ad Meridiem sito. Quin & locorum intervalla non solum per
triangula , uti olim factum fuit , sed etiam per vulgatas & usitatas metiendi
vias cum libella conjunctas sunt exploranda , quò inæqualitas intercurrentis
foli ad certam æqualitatem reducatur. Postremo altitudines fixarum Meri-
dianæ quæ non procul à Zenith cujusque loci transeunt , sumendæ sunt ma-
gnis & exquisitis instrumentis , eo consilio patatis ut gradus & minuta tum
prima tum secunda Metidiani inter ea loca intercepti designent.

V I I. Initium capiendum ab iis locis quæ lineæ Meridianæ circumjecta
majori intervallo inter se distant , quæque in mutuum conspectum veniunt ,
eorum positio est constituenda , ut ea felicitur quæ majoribus triangulis
formandis , quæque continuata serie inter se connexa aptiora futura sint.

Atque hic apparatus alteri operationi exquisitæ magis quasi viam sternet ,
quæ tum suscipienda erit postquam loca idonea selecta fuerint , in quibus an-
guli positionum per magna instrumenta capiantur , ac si forte in planicie li-
nea & longa & æquabilis occurrat , hæc pro basi sumenda est.

V I I I. Quærenda quoque sunt loca clatiōræ quæ cum jam designatis in
meridiana convenient , & in rectam lineam ita disponantur , ut cum iis alia
subinde continentur , & cum iis locis nestantur , quæ triangulis formandis
felicitur. Quæ observatio ad aliam adhuc accuratiorem muniet viam , cum
triangula ipsa iterum excentur , spatia inter notas aut signa interjecta ac-
curate erunt dimetienda , ac stellarum verticalium , aut aliatum , quæ magis
huic tei aptæ videbuntur , altitudines capientur.

I X. Quæ hoc scripto continentur reliqua omittimus , ne longiores simus
quam par sit , cumque id operis magna ex parte suscepimus fuerit , & pro-
motum. Nam circa æstivum solstitium , signis in Monte-Martyrum & in
pago *Lai* in eadem linea Meridiana positis , ex ortu & occasu Solis ob-
servationibus , item ex quarundam stellarum altitudine à D. D. Cassini &
de la Hire magna cura & labore perpenitus , facilius fuit eam lineam è mon-
tibus in montes producere.

Quare in duas partes divisæ sunt qui huic operi perficiendo fuerunt desti-
nati. D. Cassinus una cum D. D. Sedileau Academiæ socio , Chazelles ,
Varin , Deshayes & Pernim , versus Austum , D. de la Hire una cum
D. D. Potenot & le Fevre ejusdem Academiæ sociis , versus Septentiones
iter fecerunt. D. Cassini lineam Meridianam ad S. Salvatoris v. S. Sauveur
usque , hoc est ad 140000 hexapedas promovit , trianguli quæque à D. D.
Sedileau & Chazelles ad calculum revocata exhibuit , ex quibus distantiae

ANN. locorum eruntur. Distantie quoque locorum quæ Meridianæ sunt circa 1683. cunctæ in agro Parisensi, Vastinensi, Bituricensi, & latitudines multæ ab eo sunt designatae.

X I. Post redditum suum plusquam 60 loca, quorum situs definierat, cum tabulis Geographia Gallia magis accuratis contulit. Urbes omnes que circa Meridinum Lutetia sunt in chartis delineatae, ultra quam par est versus Occidenteum Solis collocatas invenit: quo magis Versus Austrum removentur, hoc major est differentia, adeo ut Bituricensis agri oppida 7 aut 8 leuis ad Orientem Solis magis vergant, quam tabulae ipsæ demonstrent.

Ex siderum observationibus latitudinum differentias minores reperit, quam in tabulis Geographicis notentur, sed eisdem cum locorum intervallis à D. Picard mensuratis ab oppido Monte-Landerici, vulgo *Montlhery* Ambianum usque convenire, quæque à D. Viviers sunt indagatae, cum suis observationibus apprime consentiunt.

X II. D. De la Hire quæ à D. Picard observata fuerant confirmavit. Hinc ab oppidis Mondiderio & Surdonio usque ad Castellum montem progressus est.





R E G I A E
SCIENTIARUM ACADEMIÆ
HISTORIA.
LIBER TERTIUS.

De iis quæ acta sunt ab anno 1684 ad annum usque 1692.



E d mors luctuosa Illustrissimi viri D. Colbert, quem ut litteratum & litteratorum Patronum omnes habuere, opus ejus consilio suscepimus, nec mediocreiter proiectum magna ex parte abruptit. Illud tamen D. Cassinus qui tunc in Soloria ultra Ligerim versabatur cum sociis indesinenter per duos adhuc menses post ipsius mortem est prosecutus. Illustrissimi Viti laudes hoc loco persequi non possumus: atque ut multa verbo complectar, Regi Maximo is fuit gratissimus: hunc enim semper magno in honore & pretio habuit, ut unum ex præcipuis Regni sui Administris quem fides, constanza, & religio commendabant. Vir summa gravitatis & prudentiae: spectata fuit ejus arduis in rebus probataque fides, & excellens in difficultissimis negotiis administrandis consilium. De quo quidem illud Taciti in vita Agricola usurpare nobis licet. *Quidquid ex Colberto amavimus, quidquid mirati sumus, manet mansurumque est in animis hominum, in eternitate temporum, in fama rerum.* Hujus perillustris viri desiderium non parum leniit Illustrissimi Marchionis de Louvois à Rege Invictissimo delectus, cui Academiæ cuià à Rege demandata fuit.

Ille à D. Cassini certior factus quibus tum observationibus apud Bituriges operam daret, ad eum scriptit ut cœptum opus ad mensim usque Novembri continuarer, cederet deinde supervenienti hydri & ad Academiam rediret. Ejus autem nutu nullus est D. de la Loire Geometra qui viam inde per summa montium unde fieri observationes possent, usque ad Mediterraneum mare lustraret & describeret in operis eousque continuandi præparationem.

In reditu D. Cassini omnium observationum ab utbc Patistorum ad

ANNO. S. Salvatoris oppidum schema cum omnium intetiacentum locorum inter-
1684. vallis & positionibus ad hanc Meridianam Observatori Regi obtulit quod
ipsum attentissime cum Serenissimo Duce Aurelianensi Fratre ejus Unico est
contemplatus , cœluitque id dignum esse , quod ad mare usque continue-
tur , & transversaria linea ab Occidente in Orientem eadem methodo
ducantur.



SECTIO PRIMA.

De iis quæ acta sunt anno 1684.

Quæ ad Physicam spectant priori loco decurremus , tum ad Mathe-
matica gradum faciemus.

CAPUT PRIMUM.

De Physicis & Chymicis experimentis anni 1684.

I. POST obitum D. Colbert , D. De Louvois Academiae Patrocinium suscepit , eamque quamdiu vixit , sua autoritate & gratia apud Regem Sapientissimum juvit. Illud imprimis ab Academicis postulavit , ut in iis rebus se exercent quæ essent publicæ utilitatis , quæque in Regis gloriam redundarent. Utrumque Academæ semper fuit propositum , atque in iis rebus studium & operam suam posuit , quæ usū essent quam specie utiliores.

Hujus rei argumento illud ipsum esse potest quod incunte hoc anno fuit agitatum. Vir nobilis D. Janson eques Anglus libellum D. Boyle Academæ obtulit , in quo vir Clariſſ. declarat sibi notam esse rationem aquæ marinae ab omni salugine expurgandæ , idque tenui sumptu fieri per distillationem , & præcipitationem : adeò ut in vase cuius diameter erit 33 pollicum , intra 24 horas igne admodum leni 360 hemiræ v. Pimes Parisienses aquæ dulcis exstinentur. Quæ autem adduntur , vix 15 assibus emuntur.

Jam ea de re sepius actum fuerat in Academia , ac D. Du Clos in ea erat opinione ut rem ipsam non esse factu arduam existimatet. Tum etiam scripto sententiam exposuit suam , nempe crudii tartari , quod parvi emittit , additione id effici posse , quod ab eo ex salis ipsius natura conclusum fuit : nam parte illius acida austra nitrosam partem retinebit & præcipitem dabit.

Hujus rei periculum factum fait. Cumque ex ipsis D. Boyle scriptis constet aquam marinam in Anglia continere $\frac{1}{4}$ salis , aquæ fontanæ tandem salis communis simul & crudii tartari adjectum fuit. Hæc vasi cu-
pro furnulo balnei toridi est imposita , tum aquæ limpidæ & omni sale
exutæ

exute aquæ pars major stillavit. Atque ut nonnihil salis superesset, non propter ea insalubris foret aqua: non enim sal ipse nocet, nisi forte in nimis quantitate.

Quod tartarum crudum præstat, id ipsum Alcali quodvis effecturum censebat, idque una cum sale conjunctum præcepit casuum, & aquæ dulcis distillationem faciliorem redditum. Quam affinitatem salis nitrosi cum sale communi Joachimus Becker agnovit in secundo supplemento ad Physicam subterraneam anno 1675 Francofurti edito. *Sal commune*, inquit, ab *Alkali valde expeditur*, &c. Magna vero hujus generis salis copia tenui sumptu haberri potest.

III. Nonnulla circa hanc aquam facta sunt experimenta. Quæ primo exiit, nullum præ se ferebat saporem, quæ ultimo stillabat, heliotropii succum rubeo colore tingebat: quod non præstat aqua sali communi permista. Quæ cum salis admixtione aqua fuit distillata & gelido ætri exposita, in glaciem concrèvit, non item aqua cum sale & ciudo tartaro conjuncta; uti neque aqua, cui sal una cum eadem fodre quantitate admixtus fuit, non enim ea fuit conglaciata.

IV. Tum tempore liquorem ampullâ vitrâ contentum exhibuit D. Cassini, qui sublatò operculo fumos continentem emittebat. Hunc liquorem ex sublimato, stanno & Mercurio puro conflatum esse aiebat D. Botel. Qua de re jam supra diximus.

V. Vix unquam alijs tot factæ sunt stirpium descriptiones & analyses. Longum esset catum catalogum contexere quas D. Bourdelin ignis calore resolvit, aut catum quæ studio D. Marchant ex regionibus exteris allatae, excutæ, & delineatae fuerunt.

VI. Placuit acetosam, uti & quasdam alias herbas primum exsiccare, tum in aqua macerare: sic e. aceto & librae in umbra exsiccatæ, & ad 19 uncias cum semifl. redactæ in 61 aquæ fontanæ uncis macratae, in balneo rotido per biduum in digestione sunt relictæ. Qui ex iis liquores primi exiere, lacteo colore sublimati solutionem imbuerunt, vitiolum flavo tinxerunt colore. Qui vero per retortam eductus est liquor, una cum spiritu salis nultum effibuit, olei 9 drachmæ, sex salis cum $\frac{3}{4}$ extractæ.

Madefacti portulaca 5 libiarum pondere, tum intra 35 dies exsiccata, & ad 5 uncias redactæ, tandem aqua imbuta, dum 5 libiarum æquaret pondus, qui extillata sunt liquores lacteum colorum sublimati solutioni impertierunt; postea portio sale volvuli fœta, olei 4 drachmas, salis feci 7 exhibuit.

VII. Quædam etiam experimenta circa liquorurn coagulationem & effervescentiam tentata sunt a D. Boiel. 1. Batyrum antimionii rectificatum, & excolor unâ cum oleo tartari in album coagulum visum est contractare citra ullum calorem. 2. Oleo theerbintinæ oleum vitioli paulatim affusum nullam effecit commotionem, sed sensim incalueret, cumque baculo miscerentur, vehementer auctus est calor nullo apparente motu, tubo colore tincta, quem spiritus urina acbiliar omnino delevit lacteo colore inducto. 3. Spiritus urinæ & oleum vitioli simul permitta adeo effuberunt, ut aqua igni admota non magis ebulliat. Quod si inquietabat,

ANN. aliquantulum hujus urinæ spiritus vitro imponas , eique affundas olei viæ 1684. tuoli guttulas , tum non minor fit strepitus & in oinnes partes vibatio, quam si frigidam in fæcum candens concretes. 4. Spiritus urinæ cum fortis vitrioli solutione in vnde coagalem abicit. Sic oleum vitrioli cum fecibus reguli antimoni in cellæ subterraneæ exsolitus in tubei coloris coagulum concravit. Oleum itidem vitrioli una cum calcis vivæ decoctione & auti pigmento colorem flavum & pulcherrimum procreavit.

VIII. His quædam analyses liquorum qui ex humano corpore sunt educti , subjectæ : 5 libræ aquæ ex hydroperico per paracentrum à fratre D. Du Verney & peritissimo Chirurgo eductæ : liquorum præbuerunt sale volatili fætum , & duas olei uncias. Aliæ ejusdem aquæ factæ sunt analyses , quæ omnes probant ejsmodi aquas sale volatili uno & fixo abundare.

IX. Tres sanguinis humani libræ 33 fere liquoris uncias præbuerunt. Qui primi exierunt liquores , sale volatili erant imprægnati : sed ita ut sit , hic in postremis erat uberior ; olei quatuor uncia , salis volatilis concreti tres drachmæ , caput mortuum admodum leve & spongiosum post sex horarum calcinationem tubeum colorem induit , salis fixi duæ drachmæ ex eo eductæ : ex duabus libris & octo unciosis lymphæ liquoros quoque sale volatili fæti exierunt.

X. Alias mitto tum plantatum , tum ossium & carnium analyses quò ad genetalem Physicam pregreditur. Dissertationem de ventorum origine legit D. Mariotte , sed brevi post tempore in morbum lethalem incidit , ac mense Maio diem suum obiit : neque hæc dissertatione in commentarios fuit relata. Quæ esset illius de precipuis ventorum caulis sententia , exposuimus in quinto volumine Philos. veteris & nova p. 240 postremæ editionis. Hujus viri ingenium acre omnium disciplinarum capax , eiuditionem summae edita ab eo opera declarant. Anno 1667 ob singularem doctrinam inter Academicos adlectus fuerat. In eo inventionis acumen cum perficiendi industria conjunctum semper eluxit. Cujus rei fidem faciunt quæ in decursu hujus operis dissertationes sunt allatae , solertia in experimentis faciendis in eo fuit pene incredibilis , eaque quā minimo sumptu faciebat.

XI. Cum hoc anno acerbita fævret hiems , quædam circa congelationem à D. Perrault facta sunt experimenta. Illud v. gr. die 11 Januarii advertit aquam arctius conglaciari matutino tempore quā vespertino . cum tamen æquale frigus thermometrum indicaret , quod mane ventus vehementior patflaret. Illud quoque animadverxit aquam magis conglaciari proprie tate latera quam in medio.

D. De la Hite globam thermometri nive obduxit , & aqua altius ascendit : adeo ut nix vim frigoris retundere quodammodo videatur.

Cum D. Thuret in Barometro bene , ut existimabu , sigillato observasset pondus aeris eodem protius modo augeri & minui atque in aliis barometris : D. De Louvois hujus phænomeni solutionem ab Academia per D. De la Chapelle p. fulavit : sed te ipsa diligentius inspecta minus accurate oculisum Barometrum suisse D. De la Hite postea coiperit. Postquam enim id nūc sigillatum fuit , non amplius Barometri , sed thermo-

metri munus obiit : nam in majoris Ecclesiarum turrim asportato altior manebat hydrargyrus in summa turris parte , ubi vis calori major erat , quam in parte ima.

XXXIII. Idem mense Novembri quanta esset magnetis declinatio observavit , camque 4 gradibus 10 min. Occidentem Versus declinare comperit : adeo ut horologia scioterica quæ acu magnetica instruuntur , pene semihora tum aberrarent.

Exeunte hoc anno lecta est Epistola viti Clariſſ. D. Thoinard ad D. Dodart perscripta , in qua virtus cuiusdam mentionem facit quod in igne tubeum colorem acquirit , cumque exuit , ubi funditur ; hunc recuperat igni vel mediocri admotum & ita deinceps.

C A P U T II.

De Historia Animalium.

I. **Q**uae ad historiam animalium & anatomem spectant , non perfunctoriè *Hift.* hoc anno fuerunt retractata , mortuis jam ab aliquot annis D. D. *Anim.* Peccuet & Gayent , unus iis suffectus fuerat D. Du Verney , qui in arte anatomica studium suum & operam posuit. Hoc anno 1684 D. Mery Academæ adscriptus fuit , & quod vere simpliciterque dicendum , honestæ simulationis aculei huic arti promovenda , & acrioribus studiis excitandis non mediocriter profuere.

II. Die 23 Februario felis odorata , v. *Civette* dissecta fuit. Qui liquorem fragrantis odoris suppeditant sacculi , diligenter à D. Du Verney sunt excusli. Due glandulae prope anum foris patent , quæ fœtidum liquorem ferunt.

Eodem mense mus odoratus v. *un Rat musqué* cultro subjectus : longi intestinorum asperguntur ut in ruminantium genere à D. Du Verney sunt observati.

Idem in simia dentes instar ferræ dispositos , lienem quasi glandulis alperum ; mesenterii glandulas gypsea materia oppletas , utræ & chyli receptaculum , ac jecur ipsum demotstravit : hoc animal tæbe extinctum fuerat.

III. Pellem quoque hystricis diligenter expendit , pars ejus posterior velut squamis imunita , aculorum radices moleculum cutaneum subire vise sunt , musculorum aponeuroles intus adducuntur , aculei aut spiræ foras se exercent , & sursum eriguntur. Multa alia sunt animadversa in lingua , in eo musculo , qui maxilla in inferiori movet , mesaterem vocant , isque in formam cornu canum formatum ; musculi itidem cutanei productionem & varios illius cum vicinis partibus nexus est contemplatus.

IV. Ideunte Martio filis odorate Epipoon exhibuit , simul & varias ductuum quos adiposæ appellavit Malpighius , propagines , qui ductus venis , arteriæ & facieis sunt distincti. Hic a leps in Mesenterio ad vesicæ latera est uberior , nullus in dura matre , Pleura , & in pulmonum mem-

ANN. b:ana. In ejusdem foræ secunda ventriculi membrana glandulæ non aper 1684. patent, sed foramina tantum : ex quibus justa suspicio est eam membranam esse glandulosum, & ex ea liquorē in partes intimas ventriculi exsudare. Quis glandulas in ventriculo suis conspicvis ante ostenderat D. Du Verney, ex partem secundæ membranæ convexam opplent, & foramina in parte interiori sub oculos cadunt. Postremo vasa lymphatica demonstravit, quorum radices in musculoium membranis & in ipsis visceribus latent, eaque in conglobatas glandulas se exonerant, tum quasi ex iis glandulis renata partim in chyli receptaculum, partim in axillarem se effundunt. Receptaculum vasa lymphatica ex abdomine & partibus inferioribus excipit; pectoris vas*a* ad canalem thoracicum; capitis, colli & brachiorum vasa in venas axillares desinunt.

V. Pellis crastiotis ranæ à D. Meri sub idem tempus discussa fuit & descripta. Hanc neque abdominis, neque pectoris musculis ubique coherere animadvertisit, sed per membranas tenuissimas sic cohæret cum media sterni parte & utroque inguine, ut vacua spatiæ & cavitates interjectas relinquit. Sic per fibrillas cum musculis ventris lateribus ita erat colligata, ut utrumque siccus à parte summa femoris ad auriculas usque porr̄ctus intercederet. Idem in dorso observatum, ita ut pellis integra in quatuor velut saccos disjuncta videtur: hos tenuissimæ membranule separabant, quæ ex una parte pelli, ex altera musculis connexæ antrosum & retorsum, tum ad utrumque latus saccos, ut diximus, efficiebant.

Idem in pelle femoris & eturis cernere erat: ea quippe in articulis tandemmodo & juncturis cum musculis necabantur, & saccos itidem cum iis efficiebat. Duæ cavitates in parte summa sterni, & in maxilla parte interiori erant conspicue; una ad brachia usque descendebat, & in sterno foramen eiat per quod aditus ad tertiam cavitatem sub maxilla musculis inferioribus collocatam patebat. Lingut quoque structram singularem expousit.

V I. Interim histriam animalium D. Perrault est prosecutus, quæ accurato examini subjecta est. Animadversiones suas D. Du Verney & Mery protulerunt. Circa oculorum structuram & motum præcipius tum labor incubuit, & antiquæ ea de re discepciones renovatae. D. Meri observationem quandam nuper à se factam commemoravit die ultimo Maii. Cum felem in aquam demergeret, illud advertit, pupillam ante oblongam & arctatam paulatim in aqua dilatari, adeo ut in fele pene extinto sexies major quam antea videatur, mortui & ex aqua educti non potuit fundum oculi dispicere. Sed ubi intra aquam mersus est, tum quasi omni humore vacuus & uberiore luce petitus apparuit. Jam oculi fundum & varios choroidis colores, nervi optici lumbum ex quo vasa in choroidem & uream exibant, conspexit: sed retina ipsa aut humores in conspectum non venerunt.

VII. Quæ mense Junio in dissectione cadaveris ab eo fuerant observata, scripto tradidit. Homo ille ex stranguria, aut utinæ suppressione decesserat, cum tamen nec calculus, nec ureterum obstructio illa esset, sed putulenta dutaxat urina uelicam inflammaverat, nec spicillum quantumvis

exile uretram subire potuit, non ob carunculam quæ succreverit, sed quod sibi evenit, sanatum ulcus canalem uretri plus satis arctaverit.

VIII. Augusto Mense D. Du Verney erinaceum dilexit, cor inventum est Pericardii expers; quæ tenuia dicuntur intestina, aliis crassiora appatebant, musculus ut in histrice aculeos movet.

Accuratam descriptionem Lænæ exscribendam dedit, cuius in historia animalium mentio habenda est. Longum enim esset hanc anatomen hoc loco prosequi, tametsi multa observatione digna complectitur.

Eandem ob causam observationes quasdam à D. Mery factas circa militum cadavera emittimus ad Mathesim properantes.

C A P U T III.

Astronomica.

Astro-

nom.

I. **H**ic annus insignis fuit duorum satellitum circa Saturnum inventio-
ne. Hi quidem postremò sunt deprehensi, quod sint minutiōres, sed
ordine sunt primi: nam Saturno sunt viciniōres. Eos mense Martio cum
D. Cassini vitrum 100 pedum exploraret, sine tubo deprehendit. Verū
postea certior factus est primum satellitem nunquam proprio motu ab an-
nulo longius quam $\frac{1}{3}$ longitudinis annuli distare, revolutionem suam intra
21 horas & 19 min. fere in plano annuli continuato absolvere: cum
autem annulus majorem orbitā hujus satellitis partem occupet, conjunctio-
nes satellitis cum Saturno, quæ bis intra duos dies recurrent, diutius du-
rant, præsertim cum annulus obliquè à terra conspicitur: tum enim cir-
culus quem describit satelles, arctius premit annulum, & in unaquaque con-
junctione annulus satellitem per octo horas cum semisse tegit. Cum annulus
est apertior, tum major est inter eum & satellitem distantia, tunique
supra & infra ansas videri potest. Secundus satelles ab annulo tantummo-
do $\frac{1}{4}$ longitudinis annuli removetur, ac periodum suam intra 65 horas,
 $\frac{4}{3}$ min. conficit. Singulis fere diebus cum Saturno conjungitur, modò ex
parte superiori, modò ex inferiori. Unaquaque conjunctio octo fere ho-
ras durat: quo tempore annuli longitudinem decurrat, tum post 25 horas
alia incipit conjunctio.

Secundi satellitis à centro Saturni digressio est ad primi maximam, ut 21
ad 17, ac tempus quo ille suam conficit revolutionem, cam habet ratio-
nem ad tempus quo primi absolviuit periodus, quæ est $24\frac{1}{4}$ ad 17. Quæ
quidem est eadem proportionis regula quam Keplerius inventit inter distan-
tias & periodos Planetarum, quamve inter alios Satutni satellites comparat
D. Cassini, quæ ex Jovis satellibus confirmatur. Id vero admirabilem
concentrum Saturni & Jovis systematum demonstrat cum magno universi sy-
stematico.

Absolutum quinque satellitum systema D. Cassini invictissimo Regi obti-
tulit, qui illud in numismate ex adversa parte Regiae In a. mis cuius ius-
fij

ANN. sic, caqe fidet Regis auspiciis detecta Lodoiceotum nomine sunt insig.
1684. nita.

II. Partes post diebus animadversiones suas a la qua à D. Richet Cayenne sunt observari è scripto legit: simul ostendit loca Solis Cayennæ prope verticem observata, quaque adeo nulli erant refractioni obnoxia, cum suis tabulis, quibus Marchio Malvassius est in suis Ephemeridibus, omnino convenire; candem obliquitatem Eclipticæ ex iis prodire observationibus quam definivit Ephemerides.

III. Ac p.ater alii multa dissentiunt de parallaxi Martis, cum esset Perigaeus, & terræ multò vicinior quam Sol ipse: ita ut inventa per observationes iteratas & calculum parallaxi horizontali Martis 25 sec. Solis parallaxis esset tantummodo 9 sec. distansia Solis à terra 21600 semid. terræ, Martis 8100.

Cum autem die 5 Maii deprehendisset Solis maculam prope ejus Orientalem magnam, futurum ejus motum in Solis disco, & tempus quo reditura esset, die ministrum primo Junii scripto edito p.ædixit. Quin etiam illud a leviter fore ut ejus similita, cum iterum in conspectum veniret, priorem in disco Solis apparente semitam ante descriptam interfecaret. Quod evenit juxta ipsius theoriam, quam utique cum hujus micula observationibus conferendam palam exponebat. In prima ejus appa. iuone Polus revolutionis Solis Australis erat terra expositus; in secunda vero exponendum faret terræ solus, Borealis Polus.

Die autem prima Junii eo ipso in loco ubi maculam visum iti notaverat, faculum inverit, in quam macula conversa fuerat. Quæ quidem transformatione sepe alias fuit observata: ita ut ejus macula revolutio apparuerit dierum $27 \frac{2}{3}$, quæ alias visa fuerat modo $27 \frac{1}{2}$, modo $27 \frac{1}{4}$.

IV. Ex qua occasione admonuit nihil mitum esse si aliquot horarum differentias inter redditus macularum occurrat. Non enim ea revolutio motu simplici perficitur, si ut verisimilimum est, Solis circa suum axem vertigine abripuntur: nam hujus vertiginis Poli variè obvertuntur. Ita aequalitas etiam anni motus in maculatum apparentem motum se diffundit: præterquam pattes ipsæ macularum, quæ figuræ mutant, alio quoque motu agitant eo fere modo quo rudes in ære hic illuc agitantur. Cum autem conversio Solis circa suum axem aliter dignosci non possit, quam per maculas que variis his motibus sunt obnoxiae, accutauis illa determinari non potest quād si ex diversis earum revolutionibus inter se collatis media quædam inter eas & frequentior feligatur.

V. Die undecimo Junii D. De la Hire eo ipso in loco eoi facula esse debbit, duas u signes maculas, & majores quam antea visa fuerint, observavit. Utiqueque ex his unius minutū hiatum seu partem ferre triceniam diametri Solis occupabat, & duorum minutorum intervallo inter se distabant, tametsi extremo Solis margini essent finitimi, cæque majors multò vise fuissent, si centro Solis propriores extiissent.

Ex his dualibus miculis D. Cassini illud anima leviter, canit que longius à Solis limbo distabat, eundem planè locum in ejus disco obtinere, quam illa tenuerat quæ mense Maio fuit observata, habita ratione Polorum So-

lis, & coluri per ejus Polos proprios, & Eclipticæ Polos transversis: unde censuit eandem esse quæ mense Maio visa fuit: eam verò quæ *nom.* propior erat margini novam esse quæ è Solis disco excessit nocte sequente diem Maii 12, relicta post se veteri macula quæ sola videbatur die 13 Junii; egressa Solis limbū die 14.

V I. Omnes Academicī in Observatorium convenere die 12 Julii Solis Eclip̄sim eo die futuram contemplaturi, Phases Solis obscurati magno studio & cura sunt definitæ Micrometi ope: initium Eclip̄sis animadverti non potuit propter nubes interpositas; sed ex iis quæ subscutæ sunt observationibus facilè id conclusum fuit: adeo ut nullus ea de re sit dubitandi locus.

Observationes suas scripto exposuit D. De la Hire. Initium fuit post Meridiem hora secunda 25 min. 24 sec. Maxima obscuratio dig. 7. 50 min. 3. hora 36 min. 27 sec. finis hora 4. 43 min. 27 secund.

Observationes à P. Fontenay Parisis, à D. Du Glos in portu Gratiè v. Havre de Grace factæ cum his observationibus ap̄ primè convenerunt.

V II. Die 5. Augusti D. Cassini quæ sint inter aliquot Meridianos differentiæ ex iis quæ ad eum missæ sunt variis ex locis observationibus colligit; idque juxta methodum aliàs expolitam projiciendi terram in orbem Lunæ, ubi factæ fuerant observationes, cum præcipuæ phasæ à diversis Astronomis sunt observataæ: unde eatum positio ad Solem & Lunam, & inter se invicem innotescit.

Et quidcm intra 15 dies Lunæ una, Solis altera eclipsis sunt observataæ, quod ad confirmandas Astronomicas hypotheses permagni fuit momenti. Eclip̄sis Lunæ die 27 Junii contigit hora à media nocte 2. 25 min. 30 sec.

Duæ illæ Eclipses tum acciderunt, cum Luna esset proxima media à terra distantia: In priori eclipli versus Apogæum, in posteriō versuſ Perigæum vergebatur. Inter utramque semi circulum peragravit superiorē, in quo longius à terra removetur, & tardius incedit. Cum enim 29 dies 12 horæ & $\frac{3}{4}$ sit mensis Synedici seu medii temporis spatium, quo ad Solem redit Luna, 14 tantum dies, 18 horas, & sex fere minuta intercedere oportuit inter utramque ecliplim. Quindecim tamen dies, 13 horæ & $\frac{1}{8}$ interfuerunt: adeo ut verus motus 20 horis & $\frac{1}{4}$ medio tardior fuerit. Quod cum tabulis Astronomicis optimè convenit: ac deinceps ad dupl̄icem illam ecliplim prima illa inæqualitas erit exigenda.

VIII. Ex Solis Eclipli quæ 12 Julii accidit, occasionem cepit D. Cassini de Solarium eclipteon prædictione disserere. Hæc tot rerum difficultum notitiam exigit, ut nitum non sit, si temporis momentum quo futura est eclipsis, aut spatium quo duratura, aut illius magnitudo vix definiiri queat. Imo illud est miraculo proximum tam rara Phænomena, tot circumstantiis involuta adeo accurate prænuntiari. Annius teriæ aut Solis motus, Lunæ tum in longitudinem, tum in latitudinem motus anōn ali; Solis, teriæ & Lunæ magnitudines inter se collatae, & distantiae quæ continentur mutantur, quæque in diametris visis magnam inducent varietatem: his adde aspectuum diversitatem in diversis teriæ locis: hæc, inquam, satis implicatas Solis eclipses efficiunt.

ANN. Sed in Eclipsi Solis præter hæc omnia adhuc necessaria est exquista Geographia notitia & longè major quam quæ facile sperari possit. Nam locorum ad quæ Eclipseon phases referuntur, longitudines & latitudines nota esse debent, & eorum maximè in quibus dubitatur an totalis futura sit eclipsis. Quod si vel unius, aut alterius minutū error circa loci latitudinem interferat, is obstabit quominus ibi plena sit Solis defectio. Sic in Observatorio eclipsi Solis totalis esse potest, non item in monte Martyrum; adeo ut minus circumspectè quis totalem fore certis in locis Solarem eclipsim prænuntiet. Tuttius de Provincia aut regno, in quo Sol omni ex parte deficit, pronuntiatur quam de civitate aut loco. Sic eclipsim Solis quæ die Juli duodecima contigit, integrum Romam futuram non satis cœtè Argolis p̄alxit: nam ex ea quæ facta est Patisis observatione liquet quartam Solis partem intactam Romanam fuisse.

I X. Postquam aliebū ecclipsi fuit observata, queque ad ejus determinationem in aliis locis necessaria erant, diligenter fuerunt examinata, quibus in terræ locis ea fuerit integra, aut pene centralis, accipiatis definitio licet: quod sua utilitate non carabit; nam postea inquisitione facta correctione tabularium ante suscepta hinc comprobari poterit, idque magnum ad Geographiam afferat momentum.

Hoc utique D. Callini inito calculo in globo terrestri D. Blaeu, qui ad observationes in variis terre regionibus iussa Ludovici Magni factas proprius accedit, ea notavit loca, in quibus centralis defectio visa est, atque easdem longitudines & latitudines in magnum Observatori planisphaerium transstulit, ut experitetur an tabule cum globo convenient, ac subinde compertit in locis quæ à nobis multum sunt remota, differentias longitudinum in globo plus satis augeri. Itaque loca designavit in quibus quavis diei hora Eclipsei, totalis esse debuit, & quanta fuerit pluribus in aliis locis per litterarum & maneria & Astronomicum observationes liquebit, an longitudines & latitudines locorum nūc fuerint designatae.

X. Aha quoque eclipsi Lunæ die 21 Decembris visi est, D. D. Cassini & de la Hite observationes suas inter se collatas sibi mutuo consentientes invenerunt.

XI. Sub idem tempus P. de Fontenay & tres alii ejusdem Societatis Patres in Sinense regnum iter facuti de mutua cum Academia ratione insunda, cùm in Astronomicis, tum Physicis in rebus cegerunt. Quæ in Sinensi regione cum eo pervenerint, quæque in iis locis, quæ in itinere occurrent observationes sint facienda, præfertim circa satellitum Jovis eclipses ac de mutuo litterarum commercio, cum D. D. Callini & de la Hite, & de mutua cum Academia societate convenere. Quantum ii proticerent ad amplificandam Astronomiæ & Geographiæ scientiam, ex us quæ postea diuidi sumus palam fieri.

Sed Astronomiæ & aliarum disciplinarum studia aditum ad Imperatorem, & ad Religionis Christianæ in eo imperio propagationem aperuerunt: adeo ut liberam ejus professionem & exercitum paucis ab hinc annis ab Imperatore Sinensi impetrarint: quod antea nequicquam tentatum fuerat.

C A P U T IV.

De Tabulis Geographicis, necnon de Geometria & Algebra.

I Neunte hoc anno D. D. de Sedilcau & Chazelle observationes cum D. Cassino factas, & calculos à se initos in producenda linea meridiana ab Observatorio versus Austrum, in ordinem digesserunt. Subducatis calculis non solum distantiam inter utriusque trianguli apices, sed etiam quantum à Meridiana linea distarent, necnon inter eorum parallelos intervalla computarunt, atque ex novis triangulis ea distantia magna ex parte calculo probata sunt; quæque inventa est maxima in confirmancis differentia, vix ultra duas hexapedas ex 10000 excutrit.

II. In proferenda linea Meridiana ab Observatorio ad turrim usque Montis Landericii vulgo *Montherry*, distantia à D. Picard inventa 11757 hexaped. usi sunt, cumque ex variis observationibus constateret lineam ab Observatorio ad eam turrim ductam cum linea Meridiana angulum 11. graduum 58 versus occasum Solis efficeret, ad S. Salvatorem oppidulum *S. Sauvier* in Borbonio tractu per 21 triangula eam produxere.

III. Anguli instrumento huic consimili quod D. Picard olim adhibuerat, & eadem diligentia sumpti: adeo ut sæpe tres anguli summam 180 gr. efficerent, interdum 10 aut 15 sec. deerant, quæ in eum angulum de quo minus liquebat, refusa sunt, aut in omnes angulos ex æquo distributa, cum nulla erat ratio cur de uno potius quam de aliis dubitaretur.

Hoc intervallum inter Observatorium & S. Salvatoris oppidum interjacentes in tres fuit divisum partes, ac tres itidem tabulae æri incisa sunt; prima ab Observatorio ad Castrum novum, secunda inde Biturigem, tertia ad S. Salvatoris usque distantiam exprimit. Quæ figuræ una cum calculis triangulorum in Tabulario Academiæ sunt confignatae.

De continuanda hac Linea D. De Louvois die 3 Martii cum D. Cassini verbi fecerat, sed ea res nondum fuit ad exitum perducta.

IV. Mensis Februario D. De la Hire inchoatam Galliæ Tabulam exhibuit, in qua principi portus & eorum situs sic delineantur, ut differentia inter vetrum cuiuscunque situm, & cum quem Geographi in tabulis designarunt, conficiatur. Hæc Charta in Operæ nuper edito de Astronomicis observationibus æri incisa est: atque ejus mentionem supra fecimus.

V. Multas quoque de conicis Sectionibus demonstrationes easque nouas exposuit D. De la Hire, sextum imprimis Librum sui Operis, quod tum pialo subiectum fuit, pene integrum demonstravit.

D. Rolle animadversiones suas in quandam Cartesii regulam p. 79. Geometrie exarata protulit. In qua quidem regula hoc docet videtur Cartesius cognosci posse quot sint veræ radices, quot falsæ, idque ex sola dispositione Signorum quæ plus & minus exprimunt: sex animadversiones in eam regulam proposuit D. Rolle, ac tamis generalem eam esse

ANN. contendit : quæ res viros in ea scientia eruditos commovit, & quibusdam
1684. disceptationibus occasionem præbuit.

V I. Aequationum structuram proposuit D. De la Hire die 7. Julii.
Aliam quoque die 5. Augusti Geometricam dum instructionem exposuit cum
priori conn. xvi.

V II. Die 18 Novembris D. Siuvcur nunc Ma. h. sos Prof. slot Regius,
& Academiæ Socius regulum & p'eam calculis conficieadis aratam exhibi-
bit, quæ ad om̄ni nouum & que salienti j' etis ex certa aquæ alti adire &
tubuli per quem ext' i' stituere, & accommodata : cum tabulis à D. Ma-
tiotte in hanc rem dispositis optime canere venire, & ad plures alios usus,
ut ad monetatum differentias ex folioruas adhiberi eam posse vixum est.



SECTIO SECUNDA.

De Actis anno 1685.

I Neunte hoc anno D. Thevenot, cui Bibliotheca Regia cura commissa
fuerat, inter Academicos alcitus fuit : in ipso pene hujus Operis exor-
dio illius mentionem fecimus, plura deinceps de ejus in promovendis dis-
ciplinis studio & opera dictuti.

Cum P. de Fontenay unâ cum quinque Societatis Partibus qui pro-
fecturi erant in Orientales plagas, in Academiam convenisset, de iis quæ
ad Astronomiæ & Physices amplificationem observaturi erant, cum Aca-
demicis sunt collocuti. Multa quidem in longa & periculosa peregrinatio-
ne passi sunt incommoda.

CAPUT PRIMUM.

De Physicis Observationibus.

I. C Ujusdam animalis amphibii pellis portio ex America Septen-
trionali allata est à quibusdam Americanis incolis qui nostrotum
stipendiis militant, & ad D. Thevenot missa. Hi quidem Americani in-
colit cum versus Septentzionem longius quam antea unquam excutissent,
magnum subiere flumen & lacum aquæ dulcis, in cuius ripa ignotæ fei-
vestigia deprehenderunt ; mox ex iis dux conspectæ, quæ in lacum se re-
cipiebant. Ex iis una longiore fistula setacea aut scelopeto intertexta, altera
in aquam se conjecit. Atque hæc erat hujus animalis forma, corpus Uti
seu Bubali magnitudine aquabat, nigrii pilo 15 aut 16 digitis longo ve-
stitum, cruta & brevia & crassa ut in bubalo v. *Buffle*, pedes anterini,
caput aprino non absimile ; nasi loco erant duo foramina, auriculæ bres-
ves, oculi angusti, in fundo capite utrinque cornua s're ut in Cervo ex-

stabant, extrema erant instar lapidum ovi anserini magnitudine, qui la-
pides instar chalybis erant tesi, caio admodum rubra, quæque adeo mos-
chum olebat, ut eam gustare non potuerint. Barbaris sono fistularum territi-
tis & in fugam veisim mulier quedam ex iis capta est quam D. Theve-
not vidit, quæque erat corporis habitu fimo & justæ magnitudinis, cru-
ribus solito crassioribus.

II. Circa idem tempus quoddam sacchari genus exhibuit D. Marchant
ex aqua palato graffissima extractum. Nam exhalata aqua velut gummi sac-
charini saporis in fundo subsidit. Haec aqua ex Acere v. Erable in horto
Regio veris tempore per incisionem educta fuerat; utrum ea vi purga-
trice donetur, experii licet.

III. Illud quod ex occasione quadam, cum de vertucatum curatione
sermo haberetur, D. Bourdelin tum admonuit, eas sanari levi tactu spiri-
tus vittoli bis in die facto, succum portulacæ huic rei optimæ esse re-
medium nos docuit D. Perrault. Horum peticulum facere grave non erit.
Sic punctiones apum adhibitis lauri foliis contulsi statim sanari subjecit;
eadem curari pulvere cornu Rupicapræ v. Chamois asseuit D. Blondel,
eumque pulverem optimum esse alexipharmacum. Sic D. Thevenot robis
enarravit duos homines cum Euphorbium degustassent, & pessimè se ha-
berent, sumpto mali citri succo sanatos fuisse.

IV. De Infectis intra durissimos lapides conclusis jam supra mentionem
fecimus. Ab illustri viro qui Constantinopoli Legatus egerat, se accepisse ait
D. Cassini plura animalcula, quæ Dactylos vocant, in axis prædu-
ris reperi; è mola pistri in mare demersa, tum fracta hujus generis ani-
malcula prodire: ea venum prostare Telonis D. Blondel jam ante mo-
nuerat.

Durissimum lapidem in agro Catnutensi reperit D. De la Hite prope Cana-
lem qui tum Regis jussu fodiebitur. Hunc fuisse piscescum quem Castaneum maris
vocant, seu Echinum marinum, atque ejus concham limo obductam fuisse
verisimile est. Sic plura conchilia in vico Issy prope Lutetiam à D. The-
venot reperta jam innuimus; & majores conchas, quales ad Divi Jacobi
occurserunt in sua Abbatia agro invenit D. Galloys. Quæ tamen loca pro-
cul à mari sunt diffusa.

V. Cum alii ex aliis, ut saepe fit, sermones de rebus Physicis sere-
rentur: quæsumus est cur è tormento bellico plus satis incalecente pars
pulveris Pyri non inflammata erumpat. D. Blondel hujus effectus eam at-
tulit causam, quod flamma citius quam par sit, concipiatur. D. De la Hite
id subjecit, pulverem qui lateribus tormenti adhæret, celerius in flaminati
quam partes interiores.

V I. Die undecima Julii D. Rolle inter Academicos fuit aggregatus. D.
De la Monstre animalculum exhibuit è sinu Mexicensi asportatum, Scu-
rum volantem un écureuil appellant; pelle ab anterioribus cruribus ad po-
steriora protensa donatur, quæ tres pene digitos patet. Hujus ope è loco
superiori ad inferiorē volando se demittit.

V II. Circa Junium mensem ignis è terra erupit in quibusdam vicis tra-
Etus Eburovicensis. Idque mihi cum iter facerem per ea loca confir-

ANN. 1685. matum fuit, quod D. De la Hite à D. Etienne Canonicō Carnutensī paulò ante acceperat: qui addidit idem accidile in vico vulgo *La Berchere* dicto, atque eum ignem extingui non posse.

VIII. Eodem mente speculum metallicum à nobili viro D. De Catouze sapius probatum fuit. Hoc quidem reliqua magnitudine superat, sed ubique non est æquabiliter expolitum, focus ad 5 pedes producitur, & plus æquo patet pro speculi magnitudine; in Observatorio id asseruntur.

IX. Siliquam Cacao, ex quo liquor vulgo *Chocolat* paratur, ostendit D. Blondel, & Domino Marchant asservandam deavit. In ea erant 25 amigdala quæ liquoris *Chocolat* saporem piæ se ferebant.

X. Exacto induciarum tempore testu linem marinam exhibuit D. Mery, in qua complura observatione digna annotavit. Illud imprimis lobum, aut saccum pulmonum vesiculis plenum esse, hunc per septum membranosum in duas partes esse divisum, quæ in basi ipsa inter se communicant per interjectas vesiculos: In testudine terrestri pluia quoque demonstravit D. Du Verney quæ idoneo loco proferentur.

C A P U T I I .

De Rebus Astronomicis.

I. **H**AECENUS à D. Cassino obseruati fuerant Saturni satellites ipsi proximi, isque usus fuerat objectivo 100 pedum collocato in fastigio Observatorii, quod nullo erat tubo instructum, sed tanum machina ipsum dirigente, quando in ea altitudine *Saturnus* erat constitutus, ut prope Observatorii arcam inferiorem incidet *eius* focus, qui *Saturni* radios colligebat. Hi quidem excipiebantur oculari vitæ supra aliam machinam constituto qua oculare ipsum atolliri & deprimi, atque ad motum *Saturni* transferri poterat, donec in situ observationi commodo *Saturni* species ab objectivo efformata sisteretur, quod nonnisi per breve temporis spatum fieri poterat. Opus quoque etat ingenti malo, aut turri, ut objectivum ad varias altitudines attolleretur. Cum autem turris lignea Marliaci prope Versalias altitudinis 120 pedum fuisset constructa, ad hunc usum facilè eam accommodari posse insinuavit D. Cassinus, si Rex ad Observatorium eam transferti iuberet. Postquam igitur à D. Cassini eo ipso in loco ubi adhuc erat, per aliquot noctes ejus rei experimentum factum est, id agente apud Regiam Majestatem Illustriss. Marchionem de Louvois, in Observatorium translata est. Quæ illius futura esset utilitas Domino de Louvois à D. De la Chapelle ante fuerat explicatum, nempe Telescopiis quæ longissimè patent in summo hujus turris speculatoria cacumine aptatis, fore ut facilius nova deprehenderentur in cælo Phœnomena, & ante inventa comprobarentur. Quamobrem D. De la Chapelle illum rogavit Academia nomine ut hanc ab ea iniret gratiam; quod brevi post effectum fuit. Tum vero de longioribus tubis conficiendis multum diuque cogitatum. Varios tuborum typos

ACADEMIÆ HISTORIA. LIB. III. 237
proposuerunt D. D. Perrault, Cassini, de la Hite & P. Sebastianus Or. Astro-
dinus Cœnclitatum Vir solerti ingenio, & in machinatrice peritisissimus. *nomica*
Machinae huic rei accommodatae descriptionem, qua tubus 160 pedum di-
rigi & moveri facile possit, ita ut à recta linea non discedat, cum Acade-
mia communicavit, quæ in Courmentarios relata est. Aliam D. Cusset non-
dum in Academiam ascensum proposuit huic rei statis idoneam.

II. Sed D. Cassini longe faciliorem inierat rationem, qua vitra in res
objectas, seu in cœlo, seu in terra positas dirigantur, idque citta tuborum
aut machinatum apparatus: quam in tem magno usui postea turris ipsa
fuit.

Lumen illud quod superiori anno deprehenderat, quodque post Solis
occasum in conspectum veniebat, nempe mense Februario, magna cura
est perlecutus & in ejus causas inquisivit diligentius, simul & conjecturas
Domini Facio exposuit. Quæ tum ab eo in eam tem sunt observata & exco-
gita, in volumine Observationum Astronomicarum publici juris sunt facta,
eaque variis in consellibus lecta sunt & examinata.

Insignis illa Jovis macula, de qua identidem ver'a fecimus, incunite
Martio sui copiam fecit ante sexennium non visa. Hæc utique locorum
longitudeibus inveniendis utilis esse potest adhibito tubo optico 16 aut 18
pedum.

IV. Plerique Luna Eclipses Gœ in India & aliis in locis factas pro-
tulit: ex quibus conclusum ab eo fuit, hanc urbem minus saltem 23 gra-
dibus à nobis abesse quam tabula Geographicæ designant.

Medium Eclipsis Lunatis quæ die 21 anni 1684 Parisis contigit hora 10
57 min. 50 sec. eodem die Gœ hora 15. 43 min. 30 sec. fuit observa-
tum: adeo ut Meridianorum differentia sit 4 horat. 45 min. 40 sec. seu 71
gr. 35 min. cum charta universalis hydrographica Auctore D. Du Val anno
1677 publicata eam faciat 23 gradibus justo majorem.

Quæ à Patribus societatis Gœ facta est postremæ hujus Eclipsis obser-
vatio, ab ea quæ in Observatorio habita fuit, 4 tantum minutis in sua
duratione dissidet: quod magno est argumento illam observationem fatis
accuratam fuisse. Nam sc̄epe evenit, ut ejusdem Eclipsis observationes eo-
dem in loco habitæ aliquot minutis inter se dissentiant, cum ob alias ra-
tiones, tum ob id maxime quod vera umbra à penumbra vix discerni
queat. Cum autem 4 minuta temporis unius gradus differentiam afferant,
ubi error, si quis sit, ultra 4 minuta non excutrit, non amplius quam unius
gradus aut 25 leucarum hic futurus est. Idem fere ex variis observationibus
Eclipsion aliis in locis, ut in Balearibus insulis anno 1650, & Leodii
anno 1612 cum iis quæ Gœ tum factæ sunt, collatis conclusum fuit,
quantum melioris nota tabulae à vero aberrent.

V. Cum futura esset eclipsis Lunæ die 10 Decembbris anni 1685, ac
permagni interesset si per tempus liceret eam diligenter obseruare, quod
apogœo tum Luna foret proxima, ubi nulla pene est æquatio: adeo ut
facilius ex ea mediis Lunæ motus determinari possit, quod Lunarium ta-
bularum primum est elementum: quæ ante essent animadvertenda die 24
Novembris D. Cassini admonuit in hunc fere modum.

ANN. 1685. Apogœum Lunæ in Zodiaco juxta signorum seriem intta 6 annos per-
iodum suam absolvit ; cumque nodi , à quibus prope tum abest Luna
cum deficit , intra 8 annos integrum revolutionem conficiant contra signo-
rum seriem , hinc sit ut Apogœum & nodi unoquoque sexennio sibi
mutuo occurrant , variis quidem in locis Zodiaci , & in diversa Lunæ à
Sole distantia : quod conjunctiones & oppositiones quæ eodem quidem
mense , sed non eadem hora dici contingunt , eodem in loco non semper
observentur.

V I. Quæ duobus his postremis sæculis fuerunt obseruatæ eclipses Apo-
gœo propiores , vix cum tabulis conciliari potuerunt à D. Cassino , quin
unius hora quadrantis differentia incurreret : tamen id sibi persuasisset
facilius eas conciliati posse quam illas quæ longius ab Apogœo aut à peri-
gœo evenerunt. Nec explicatu facile est utrum id ex ipsis observationibus ,
an ex occulta quadam nec satis bene cognitâ inæqualitate motum accide-
rit. Quamobrem occasionem expectabat Apogœi locum certius definiti
ex observatione quam fieri posset accuratissimâ. Interim tamen hanc eclipsim
ex suis tabulis ad comp'ures annos exactis ad calculos exegit. Ac mul-
tum ab aliis Astronomis , præsertim in durationis spatio calculum suum
abesse deprehendit. Eam quippe ex suis tabulis paulo minus quatuor horis
duraturam competit : cum ex aliis tabulis supputata 4 horatum & 18 min.
spatium huic tribuatur.

V II. Die 15 Decembris D. D. Cassini & de la Hite prædictæ eclipsis
observationes suas legerunt , quæ sibi mutuo admodum consentire visæ
sunt. Initium ejus à D. Cassino ante definitum setquaminuto tantummodo
anteverrit. Quæ à D. Chazelle Massiliæ , à D. Gallet Avenione ; à P.
Bonfa eodem in loco , à D. Regnault Lugduni factæ sunt observationes ,
parum à se invicem dissentiebant : 12 minutorum cum semisse Massiliam
inter & Lutetianam ; trium circiter minutorum inter Massiliam & Avenio-
nionem differentia longitudinum ex iis observationibus colliguntur.

In hac eclipsi obseruavit D. Callinus circa ejus medium umbram reliqua
multo densiorem Lunæ discum percurrentem , quam censuit esse umbræ par-
tem minus à Solaribus radiis in aëre retractis dilutam , quam sit umbra reliqua
quæ uberiores excipit hujusmodi radios refractos , quibus tribuebat colorem
languineum qui in hac eclipsi conspectus est. Existimat autem huic umbræ
densiori radios intercipi potuisse à montibus in circumferentia Terræ à Sole
visæ tunc temporis extantibus & altius se se in aëris regione attollen-
tibus.

V III. Sub idem tempus D. Thevenot Epistolam 21 Januarii anni
1684 Goa missam , & Litine scriptam exhibuit , cuius hæc est summa.
Eos qui ab Occidente in Orientem navigant , ex avibus quæ iis in locis
occurruunt , conjicere an prope absint à certis locis sibi cognitis : sed multo
certius ex acus nauticæ declinatione id colligere. Cum enim novetint sub
initium profactionis v. gr. è portu Ulissiponensi , acum magneticam tot
gradibus declinare , tum ex observationibus antea factis conjectant , quan-
ta eo anno futura sit declinatio compluribus aliis in locis , per quæ iter
facturi sunt.

Exemplo rem illustrat. Dum acus nautica in capite, seu in promontorio *Afro-*
Das Agulas, seu acuum, neque ad ortum, neque ad occasum deflecte-*nom*,
 bat, sed fixa erat ad utrumque mundi polum, Ulyssipone versus Orientem $7 \frac{1}{2}$ grad. declinabat. Cum autem Ulyssipone 6 gr. $\frac{1}{2}$ tantum nodo à
 Borea deflectit, uno gradu circa promontorium acuum versus. Ortum ea
 declinare incipit: sed singulis post annis ea crescit. Ab eo loco ad Insula-
 lam Sancti Laurentii augeatur illa declinatio, quæque 13 grad. ante fuerat,
 jam est 14 grad. Hinc ita minuit ad Mosambicum litus; fere gradibus,
 eaque ad Socotoram usque pene eadem manet: sed Goam usque semper
 minuit, ea quidem ratione. Cum acus fixa erat in Promontorio acuum,
 tūm Goæ declinabat 17 grad. ubi illuc cœpit ad Boream vergere, tūm
 Goæ decrescere incepit. Quando in capite acuum fuit 4 grad. in Goæ lit-
 tore tantum 13 graduum erat, & ita deinceps.

Cum eadem est acus magnetica, nec vites suas perdidit, annua illius
 variatio est fere 10 minutiorum, nec suum absolvit circulum, sed ubi ad
 certum petvenit gradum versus Orientem, tum reddit ad Septentrionem.

I X. Circa stellas australes Auctor multa animadvertisit, illud imprimitis
 Canopum nulli alteri cedere nisi cani majoti, cui similis est colore & scin-
 tillatione.

X. Quod ad ultimam eclipsim spectat, eam incepisse ait hora 2. 13
 min. post medium noctem, & desuisse hora 5. 14 min. adeo ut tota dura-
 tio si erit hor. 3. 1 min. Qua de re cum uno sūx societatis Patre coequo
 Mathematico Italo collocutus, in ea sententia fuit confirmatus, insig-
 nem in mappis errorem in constituendo urbium situ inveniri. Negabat eani Mer-
 idianorum differentiam Romam inter & Goam majorem esse 63 grad.
 idque se compserisse aiebat ex observationibus eclipseon quas ex Ephemerid.
 Argoli computaverat, dummodo illæ contigerint temporibus per tabulas
 præscriptis.

C A P U T III.

De Mechanicis & hydrostaticis.

I. **D**ie decimo Martii cum D. De Louvois per D. Thevenot poslu-
 lasset ab Academia ut eum Julii Frontini librum Gallicè redderet,
 qui de aquæ ductibus inscribitur & perobscurus semper visus est: plures
 ex Academia volumen inter se partiti brevi temporis spatio illud sunt in-
 terpretati. Tum suum quisque labore in medium contulit, & Domino
 Sedileau earum rerum admodum perito quidquid fuit elaboratum, ut ex-
 poliret & cum exemplaribus interpretationes conferret, traditum est.
 Quod quidem operis non inutile fortassis nec indignum publica luce fu-
 turum est.

II. Interea D. Perrault linearem machinæ descriptionem proposuit qua
 plani declivitas ad profluentem aquam requisiti dignoscitur. Hanc machi-

ANN. nam in horto suo suburbano parandam curavit, ejus descriptio commentata Academie est consignata.

Cujus rei occasione D. Cassini chartam nobis exhibuit, ubi Padi prope Ferrariam divortia delineantur, cumque alius annis v. Reno, Ferrariam pervenit, cives ad 7 usque milliaria ejus cursum derivarunt, qui inde Ferrariam per aliam viam temeat, tametsi declivitas sic tantummodo pendit quinque.

III. D. De la Hite Sequanam ex urbe labentem libravit, inta mille hexapedatum spatium in longum porrectum decem tantummodo pollices declive flumen reperit.

Id quoque ex librationibus accuratis à medio Xisti vel ambulaci v. *Le Cours de la Reine* ad vicum usque Passiacum factis collegit, decem pollicum declivitatem mille hexapedis respondere.

IV. Jam ut ab Hydrostaticis ad artem machinatricem veniamus, D. de la Beaune horologiorum opifex industius portatile horologium exhibuit, cuius libramentum magnas edit vibrationes, quod in complutes agatur gyros. Hoc D. Cassini probavit, idque cum pendulis bene coherente primis diebus comperit, & octava tantum horæ parte post octo dies tardari.

V. Die 21 Julii machinæ figuram exhibuit D. Perrault, qua rudentes sustuntur cum magna firmitate, & liberi dimittuntur non minori facilitate. Quam machinam permagni usus esse docuit ut vis potentiae trahentis aut impellantis per repetitos conatus magis expedita reddatur. Nam potentiarum actiones sunt in duplice differentia constituta, alia continuato impetu & minime interrupto exercentur, ut elateria & pondera: alia impetu aut motu intermissio. Hæc mora aut quies potentiam ipsam trahentem suspendit, eamque distinet, adeo ut nisum suum nequicquam consumat, ut in eo statu petat idipsum quod trahitur, & in contrarium nitens aut retrahentis potentiae conatum vincat. Quinobrem si quid potentiam tractrem ab eo, ut ita dicam, labore sustinendi aut sustendi in eodem statu corpus ipsum quod trahendum est, vel propellendum ipso quietis tempore eximat, multo maiores ei vires & magis expeditas impertiet. Tum huius machinæ fabricam quæ non admodum est opetosa, descripsit, atque illius typus in Observatorio cum aliis bene multis attestatur.

Incunte anno 1666 D. Blondel qui ab anno 1669 inter Academicos ad classis fuerat, quique multis ante annis Regius erat Matheseos Professor, ex hic viti decessit pene septuagenarius. Vitæ erat belli & pacis artibas apprime doctus, Lazine & Graecæ lingua inter paucos periuss. Humaniores litteras sic ab adolescentia coluerat, ut in studium Mathemetatum potissimum incumberet. In quibus tantos fecit progressus ut à Ludovico Magno selectus fuerit qui Serenissimum Franciæ Delphinum eas disciplinas edoceret. Id quidem in eo fuit singulare ut inter anima, & bellicos tumultus jum à primâ aetate educatum nihil à studio litteratum potuerit divellere. Nam & copias duxit, & Eutopiam pene totam peragrat, & publica tractavit negotia missus idemidem a Rege Christianissimo ad Principes Germanie; in rebus agendis & in optimatum artium cognitione dissipati

dispari studio, sed pari laude versatus. Multa edidit opera, quorum idoneis locis mentionem fecimus. Nullam fore Matheseos partem intactam reliquit; in Architectura militari & civili excelluit. Cujus rei fideim faciunt substructiones quedam post bellum Batavicum factæ quæ urbi magno sunt ornamento. Ejus opera in designandis & perficiendis his operibus usus est vir Illustrissimus, qui postea facili aerafii præfectus fuit, & Regni Administer, sed animi præstantia, & pietate illustrior.



SECTIO TERTIA.

De iis quæ anno 1686 acta sunt.

CUm suscepit labores in Botanicis, Chymicis & Anatomicis hoc anno & iis qui consecuti sunt, eodem tenore & studio suciunt continuati, & majorit ex parte, scriptis consignati, qui suis temporibus in publicum prodibunt, summatis eos perstingere satis fucrit. Non possumus enim citra aliquod s. studium omnes stirpium descriptiones & analyses, animalium dislocationes & alia ejus generis jam fuse explicata retexere.

CAPUT PRIMUM.

De Physicis & Chymicis experimentis. & historia animalium.

I. **Q**Uæ igitur ad historiam naturalem spectant, si forte quedam occurserint, velut in transitu ea perstringere contenti, reliquæ fore sciat. omittemus. Die 25 Maii lecta est Epistola Veluntione a D. D. ^{l. 1. 1. 1.} L. de Renpiæ, in qua plerique erant sciunt digna quæ ad naturalem spectant historiam.

1. Quasdam in Comitatu Burgundiaæ speluncas oblongas occurrere sexcentis congelationibus plenas, quæ prom securas formas referunt.

2. In quodam exiguo colle foramen patere sepius omnino siccum, ex quo ter aut quater unoquoque anno torrens aquæ erumpit, quo vicius & patens campus inuidatur.

3. Quod singulare est & admiratione dignum jum supra memoratum, quinâ ab urbe Veluntione leuca naturalis quedam est velut glacia reposuisse ostineat. Amplum est antrum in clivo montis arboribus opaci sicut. Ilujus aditus portani urbis refert, fornicis admodum excelsis, adeo ut locus talis illustretur lumine, quadrato cœnaculo non assimilis, glacie velut crystalllo stratus. Sepè glacies ad 4 pedum altitudinem afflurgit, atque è formice pendente complures velut encarpi v. Festons.

Hiberno tempore fornicis oppletur densis vaporibus, in medio fluit rivulus.

ANN. lus : cum in aditu quædam arbores reiectæ fuissent , multo minorem glaciei
1686. copiam antrum per complutes annos dedit.

II. Extremo Julii die lecta est altera Epistola ad D. Abbatem Nicasium ,
Vesuntione ab amico qui in ea urbe degebat missa . Haec utique quæ mox
protulimus confirmat , mulos & carios undeque co confluere qui gla-
ciem in circumjectas urbes & Atarum usque asportent : nec tamen hanc
specum exhausti ; plus glaciei fervidior astatis dies suppeditat , quam octo-
nis diebus detrahatur .

Antrum 35 passus profundum , sexaginta latum , fornix ultra 60 pedes
attollitur . Rivus qui partem antri occupat , estate conglaciatur , hieme fuit.
In hujus fundo lapides reperiuntur qui mali medici cotticem apprime
referunt.

III. Qui hanc scripsit Epistolam cum antrum adiisset una cum magna
hominum multitudine , certior factus est quosdam vapores suos in specu
efferti ; idque futuræ pluviae certum esse indicium , quod utique non fecel-
lit . Ac rustici cum opus in agris faciendum est , hoc naturale Calendarium
consultum , atque ex sereno aëte aut vaporibus an cœlum serenum futurum
sit , vel secus , judicant .

IV. Vir nobilis & eruditus D. Cocheret die 27 Januarii ossa quædam ,
in veteri sepulchro , ubi viginti quinque jacabant cadavera , reperit in agro
suo prope oppidum Paſſiacum in Notmania . Quidam capitibus lapides subſ-
trati erant in formam secuus incisi , qui cum cervi cornu erant commissi :
ita ut admodum sit verisimile tum temporis nondum iis in locis ferrum in
usu fuisse .

V. D. Pettauſt lapillos quosdam ostendit admodum terros e Delphinatu
allatos . His utuntur abstergendis sordibus , quæ casu quodam in oculos
illapsæ magnos ſæpe dolores creant . Cujus rei in ſeipſo periculum fecit :
nam reſecti unguis ſegmen , quod in oculum forte inuerat , ad moto lapillo
cecidit , quid autem de hoc lapillo qui admodum erat exiguis , tactum fuerit ,
ſcire non potuit ; alium postea maiorem adhibuit qui oculum subiit , &
post trium horarum ſpatium ultro decidit .

VI. In fonte vici Roquencurtii prope Versalias phœnomenon quod-
dam inuisitatum proposuit D. de la Hire , cuius rationem ex Academia quaerit
volut Illustriss. D. De Louvois . Fons ille motu admodum irregulati ma-
nat . Interdum enim nulla ex eo aqua profluit ; Decimo aut duodecimo
post largotem imbre dic uberior fluit . Id viſum est D. de la Hire ſolum
pungus à pluvia paulatim penetrari : sed ubi ad terram arenosam pene-
nit , citius illam pervadete . Unde in magna ſiccitate fons nihil aquæ sup-
peditat : idque non diſsimili modo evenire conſiciebat , ac videmus in fac-
charo expurgando ſatitari : nam basis ſaccharini comititia typum ligneum
contenti creta humidiori obducitur ; aqua ſenſim per eam terram aut mar-
gam percolatur , quæ ſecum partes viſcoſas ſaccharo circumfulſas defert ,
eaque per angulum foramen in typi apice aptatum defluit .

VII. Neque id ricendum puto à D. Thevenot commemoratum , mar-
chalitatis quæ in vico Iſiaco prope Lucretiam , & in vicinis locis paſſim oce-
currunt , lixiatiſ , virgaſ ſerreras immersas cupreā crux obductas aliquando
viſas à ſe fuſſe .

VIII. Multa circa stirpium analyses fuerunt proposita, ex quibus *Hif.*
nonnulla selecta sunt. Illud imprimis, ut fabæ illius nunc adeo pervagatae
Anim.
v. *Café* dictæ diligens fieret analysis: quod præstítit D. Bourdelin. Pri-
mum e tribus libris 20 uncia liquoris sunt exstallatae, in quo plutimum
erat acidi cum sulphureo intire permitti, ut ex usitatis probationibus ex-
ploratum fuit, oīc quoque magna copia est educta, & nempe unciae & 2
diachmæ, idque non liquicium, sed concretum erat, falsi fixi uncia cum
60 grani.

Iudem phascoli & ejusdem ponderis, ut moris est, rosti, atque ad
duas libras cum semisse redacti, liquorē 10 unciatum & paulo amplius
præbuciuunt ex acido itidem & sulphureo ita permittim, ut utrumque ma-
nifesto se proderet. Sed in ultima hujus liquoris portione 2 unciarum cum
semisse uberior sal volatilis inctat: nam una cum spiritu salis multum
efferbuit, olei 7 unciae cum sex drachmis, salis fixi 9 drachmæ cum
semisse.

IX. Illud pene mihi excederat, quod D. de la Hite circa ventos tum
temporis animadverterit, astate sèpe evenire ut sereno cœlo cum aliquæ tan-
tum nubes glomeratae & sparse videntur. exque mediocri aguntur vento,
ubi una ex iis Solem tegit, aut quod eodem recidit, cum illius umbras
subimus, tum ventus accessu nubis plutimum augeatur. Cujus effectus hanc
probabilem causam afferebat, subiectum nubi aëra densari, dum circum-
fusus calore Solis magis dilataatur. Sed promota nube aër antea illumina-
tus, & ratiō condentari incipit, ac minus occupat loci, quique ante
opacatus fuerat aër jam distenditur, & majorem affectat locum, cumque
is vicinum circa aëra iridem dilatatum offendat, neque adeo valeat cum
repellete, non aliud ei patet aditus, quam ubi aëris accessu frigidior
fit, & contractus. Hinc aëris motu suo venti flatum juxta nubis directionem
auger; idque linea figura adhibita exposuit.

X. Nunc ad historiam animalium stylum vertamus. Hanc D. Perrault
varijs in congressibus ita est persecutus, ut animadversiones suas & notas
D. D. Du Verney & Mery proponerent; quidquid erat clucubratum D.
Gallois recognoscet, idque quantum fieri potuit climatum typis mandari
coepit.

Interim animalia, ut ea fors obtulit, dissecta sunt, pauca è multis prefe-
remus. Die 2 Januarii D. Du Verney in Linnaeo Peiicardium deesse &
illius vicem obire mediastinum, ac quedam alia huic animanti propria
animadverterit.

XI. Aha deinde incidit animalia, avem imprimis Versaliis allatam
quam Gruem Africam vocant, mustelam quoque & simiam. In Gru
id observavit trachæam in tics diductam arfractus instar tubæ bellicæ esse
convolutam, quæ coactæ in sterni sinu continentur: nam in his evibus
sternum est excavatum. In mustela odorata duos sacculos prope anum de-
prehendit liquore admodum penetrante oppletos, hinc forte excrementorum
fragrans odor.

XII. D. Thévenot licetum viridem exhibuit die 12 Junii. Illius
cauda resoluta quasi renasci visâ est: seu nova illi cauda succreverit, seu

ANNO. callum inductum fuerit ; illud additamentum intra 12 dies pene 8 lineis 1686. auctum fuit. Die 3 Julii idem lacertus allatus est , atque i'lius cauda plurimum auctam siccile compertum. Hieus caudam post aliquot dies resectam increvisse deprehensum , sed eo in loco cartilago tantum etat cava pelle obducta. Dissertationem ea de te conscripsit D. Perrault.

XIII. Die 31 Julii D. Theroude Parisiensis Chirurgus petitissimus aortam hominis subita morte extinti protulit , in qua concretiones lapidæ inventæ , quæ spatium inter valvulas signoïdes compiebant impletabant.

XIV. D. Mery felicem odoratam vulgo *une Civette* , quam una cum D. Du Verney inciderat , preculit. Fœmina erat , in qua piæter alia multa sunt observati tubuli , qui lac ad mammatum papillas subvchunt , quaque , ut veritabile est , è glandulis quæ sub sensu non cadunt , originem dicunt suam.

XV. Facta sunt experimenta quadam circa materiam quæ in ventriculo columbae invenitur : ventriculus ipse aquæ tepidae immixtus fuit , quæ succum heliotropi rubeo colore tinxit. Ex quo id suspicari licet succum digestionis opificem in iis acidum esse.

XVI. Lupum quoque Cervarium afferendum curavit D. Mery , liquor injectus in intestina parte ramos pervasit ; musculos , ligamenta , annulos aut trochleas , quæque ad motus pedis anterioris conspirant , idem demonstravit.]

C A P U T II.

De rebus Astronomicis & Mechanicis.

Die 13 Julii P. Tachard Societatis Jesu observationes à se factas in Promontorio Bonæ Speci circa Jovis satellitum eclipses exposuit , quæ collatae cum tabulis D. Cassini differentiam Meridianorum ab ea quæ in Mappis est designata , non multum dissidentem dederunt.

Exeunte Februario conjunctio Jovis & Martis à P. Le Comte qui tum in Siamensi regno degebat , & ab aliis sive Societas fuit observata. Hanc unam etiam illis anno valde animo obseriabat Rex Siamensis , quod illi persuasum esset hanc planetarum conjunctionem sibi infastam fore , neque ab ea persuasione deduci potuit.

II. Dissertationem de Saturni satellibus hoc anno elucidatam legit D. Cassini quæ typis mandata fuit. Duos satellites ante bicunium deprehenderat , quorum motus in hoc tractatu definiti. Usus est vitris à D. D. Campani , Borelli & Hallouquer elaboratis. Tubo autem imposuit vitrum Campani 70 pedum , fulcro in eam rem parato à D. Culet aptaverat. Id fulcillum scula triangulatis formam exhibet.

III. Inter alias observationes illa insignis fuit , qua Jovis & satellitum ex interjectu corporis Lunaris visa est defectio , quæ cum eodem tempore Panis , Avenione , & Matilie sicut observata cum aliqua varietate ob-

longitudinum & latitudinum differentias, hæc distantia Luna à terra de-
terminandæ utilis fuit.

I V. Nonnulla quæ ad doctrinam temporum spectant, D. Cassini suæ
præfationi adjecit, illud imprimis quod ad periodum 600 annorum anno-
tavit. Illud etiam advertit easdem recurrie Lunæ eclipses post 669 mensem
revolutionem juxta veterum observationes; priorem periodum Jo-
sephus in primo antiquitatum libro magnum annum appellat, qui non
nisi post 600 annos perficitur, ad quem inveniendum Auctor ille afferit,
primum parentum vitam ultia hunc terminum à Deo finisse productam.
D. De la Hire eclipses Lunæ post 2148 menses edidit animadvertis.

V. Die 4. Maii D. D. Cassini & De la Hire observationes maculae
in Sole postremum vise collatas invicem exhibuerunt Hinc D. Cassini de-
prehendit ad medium Solis pervenisse die 29 Aprilis hora 8 vespertina,
& descripsisse parallelum declinantem à Solis Äquatore grad. 27 ad Au-
strum.

Eandem maculam contulit cum alia quam obseruaverat mense Maio an-
ni 1684 in eodem Solis parallelo, mediumque Solis tenuit die 11 Maii,
hora quartæ ante meridiem. Intercessit ergo inter mediationem Solis
utriusque maculae intervallum dierum 714, horarum 12, quod distributum
in 26 revolutiones dat unicuique revolutioni dies 27, horas 11, 32 min.

Id uero quæsivit inter observationes Scheineri, si forte ex iis aliqua eas-
dem sere hiberet cum his duabus conditiones, atque id deprehendit ejus-
modi maculam fuisse, quæ ab eo fuerat observata anno 1625, quæque me-
dium Solis tenuerat die 16 Maii hora quarta vespertina Romæ, quæ sunt
tres hora 18 min. Parisii cum simili declinatione Australi. Injecto tem-
poris intervallo hanc inter obseruationem & eam quæ anno 1686 habita est,
inuenit revolutiones 810, diuum 27, horarum 11, min. 32, & hanc periodum
censuit accipi posse in modulum Solarium revolutionum è terza apparentium.

VII. Quæ mense Decembri Lunæ eclipsis contigit, à D. D. Cassini &
De la Hire fuit obseruata. Pars Lunæ obscurata ornatio excolor erat,
ita ut à celo circumfuso secerni vix posset.

VIII. Hic annus novarum machinarum proventu felix fuit, quas
cum Academicci, tum exteri proposuere, atque earum typi aliqua ex par-
te in Observatorio affervantur. Insignes pīx cæcis videntur illæ due ma-
chinae quas in principio hujus anni proposuit D. Perrault, & fusi des-
cripsit die 20 Aprilis. Hæ magnis ponderibus attollendis inferviunt, quod-
que in machinis compositis pluimūm nocet, attritus nempe partium in
his pene omnis absit. Nam in simplicioribus quibusdam organis, aut nul-
lus est, aut modicus, ut in simpliciis vēctis usū qualis in bilance usupat-
tur, aut in scytle vel palanga v. Ronneau. qua uti solent in volvendis su-
super planum horizontale aut paululum inclinatum corporibus: non enim
ad alios usus adhibetur; sed medium invenit D. Perrault, quò illud or-
ganum viam sum exerat citra ullam fore pressionem, vel partium affi-
ctum: nam æquabilis utriusque motus est in his machinis quas dilucide ex-
posuit, & figuris adumbravit.

Idem alterius machinæ non tollendis oneribus, sed incundis calculis ac-

ANN. commodatam excogitavit. Eam Abaci Rabdologici nomine appellatam, 1685. verbis & figuris apte explicans dedit, quæ Commentariis fuit confignata.

I X. Die 4 Maii D. De la Brosse quasdam proposuit machinas à se excogitatas. Inter alias una erat pluribus tubis & cistis instructa, cuius usus in attollenda aqua positus est. Aliae agricultuæ & inserviunt; atque catum machinarum typi in loco prædicto fuerunt repositi.

X. Eodem Mensi D. Roüillon Barreducensis machinas linearibus descriptionibus adumbratas proposuit. Prima ex iis aquæ sursum tollendæ beneficio inclusi aëris in aliquot vasis destinata, difficultis in executione fuit judicata.

Secunda magno usui esse potest in salinis: nam aqua salsa ejus ope è puteis purior extrahetur, quam per Antillas, ut fieri solet: quæ cum plus satis aquam commoveant, aqua dulcis quæ saltæ supernatat, cum salsa permiscetur. Sed aqua salsa commodè per fistulas quadratas, & ut moris est, concatenatas, vulgo *en Chapelet*, extrahetur, si cujusque fistula fundo appetatur assarium, seu valvula, v. *Souffape*. H.ec enim aperitur aqua tubeunte, cum è puto emergit fistula, tum proprio pondere rclapsa, valvula fistulam ocluder, & aquam retinebit, quandiu totæ beneficio fistula invicem connexæ sursum attollentur. Quantum compendit allatura sit hæc machina experiri non erit difficile, si dæ lagenæ impleantur aqua salsa: quæ enim vulgari modò extrahitur, multò minus salis datura est, quam quæ per hanc machinam educetur.

Tertia est torcular ex duplo arbore compositum, utraque vestis manus obit, & pressionem multum auget.

X I. D. De la Hire demonstrationem mechanicam exposuit Bilancis, cuius alterum brachium est horizonti parallelum, alterum est inclinatum. Ex ea demonstratione pendent ea quæ de cochleariæ virtibus tradi solent.



SECTIO QUARTA.

De Actis Academicis anni 1687.

Q Uæ ad Plantarum analysis, & Chymica spectant elementa, priori loco exequuntur.

C A P U T P R I M U M.

De Plantarum Analyti, & Chymicis laboribus.

I. **H** Erba cochlearia quæ aduersus scorbutum adhiberi solet, fuit exstallata, liquorē ex acido & acri mistum dedit. E sex libris dux

fere unciae olei, sex lixivialis salis drachmæ sunt extractæ.

Chy-

II. E Lactuca silvestri liquores omnes acidi prodierunt, extrema pottio-
ne excepta, quæ multum effervescit cum spiritu salis; olei uncia duæ cum
semisse è 5 libris; salis fixi 9 drachmæ cum semisse admodum lixivialis
educentur; adeo ut hæc planta inter frigidas minimè censenda videatur, ut
vulgaris fert opinio.

mica.

Hoc utique exempli loco protulimus ut manifestum fiat vires plantarum
ex analysi, si minus accurate, saltem longè perfectius quam ex Aucto-
rum traditione exploratas haberi posse, quæque ut frigidæ interdum ha-
bentur, plerumque inter calidiores referri debent. Nam plantæ in quibus
uberior est liquor acer & sulphureus, sal fixus, olei itidem major copia,
non dubium est quin in calidiorum censu sint reponendæ.

III. Fellis suilli quinque libræ subjecto igne expressæ varios itidem li-
quores, eosque sulphureos, olei 5 uncias cum semisse præbuerunt. Ex qui-
bus sesqui-uncia instar Colophoniae, aut bituminis crassæ erat & compacta.
Hi liquores sine sedimento manserunt, nec mutati, nec fœtidi. Unâ di-
gesti leni ignis calore per 31 dies 4 aut 5 uncias pellucidi liquoris in
fundo reliquerunt.

IV. Nova quam & expedita magis Bononienses lapides calcinandi ra-
tio prolatæ fuit à D. Homberg nunc Academiæ Socio. Limata superficie
& terra peregrina detracta lapides aliquot aquæ vivæ communi paululum
sunt immersi, & aliorum lapidum pulvere involuti; lapilli pellucidi &
minutiores selecti qui in pulverem contriti furnulo prunis pistorum ad spi-
racula usque oppleti sunt impositi. Is carbonibus usque ad summam super-
positis, ac prunis ante accensis in craticula subjectis operculo testaceo oc-
clusus est: Igne consumpro lapides jam refrigetati sunt educti. E pulvere
variae factæ sunt figuræ in obscuriori loco tadiantes. Furnulus supra crati-
culam 7 pollicibus cum simile in latitudinem patebat, quatuor in eo erant
spiracula duobus digitis alta & sesqui-digito lata; craticula fere sex digitis
infra spiracula collocata.

V. Mensis Junio D. De la Chapelle concretionem lapideam admodum
densam in aquæ ductibus vici d' Argentil inventam exhibuit. Ejusmodi con-
cretiones singulis annis per strata alia aliis superposita augeri testantur Ope-
rarii. Astre tantummodo formantur, quando hieme ubiores pluviae aut
nives deciderunt. Ejusmodi concretiones ad pedis usque crassitatem aquæ
ductum saepè incrustant. D. De la Hire ejusmodi lapides calcinatos aqua
perfudit, qui instar gypsi induruerunt; sed exactis diebus 15 aqua pene om-
nis exhalavit.

VI. Marmor faciliter in oleo vitrioli aqua diluto quam in puto exsolvi
ostendit D. Borel, contra atque in aqua forti evenit, quæ pura solvit
citius corpora. Spiritus nitri pulverem marmorem citra precipitationem
& cum medicamentis calore dissolvit; Spiritu aceti lentius quidem, sed tamen
solutus fuit; in concretiones lapideas aquæ ductus vim suam fortius ex-
eruit; spiritus salis marmoris solutionem turbidam effecit.

VII. E duabus ciudi Cacao libris varii liquores utroque sale acido &
acri permixti exierunt; sed multum olei, 14 videlicet uncia cum semisse

ANNO ex eo prodierunt, salsi semi-uncia. E libra tosti Cacao cortice detracto cum i
1687. eodem sacchari ponere, 2 Cinnamomi drachmis & semi drachma illius
atomatis quod Vanillas vocant, per vulgata mistura vulgo *Chocolate* dicta
conficitur.

Plantarum descriptiones à D. D. Dodart & Marchant prætereo, quas
cadem diligentia sunt persecuti.

C A P U T I I.

De Rebus Anatomicis & Animalium Historia.

I. **Q**UÆ ad historiam animalium spectant, à D. Perrault primùm elu-
cubrata, tum à D. D. Du Verney & Mery discussa typis mandata
& recognita sunt eodem quo antea studio.

Dic 15 Februario Avis Regia Vettalis allata dilecta sunt à D. D. Du
Verney & Mery.

II. Avis illa exteriori fūa formā est insignis, collo & cruribus præ-
longis, caput subtilibus plumis quasi holosericō pileo instructum. Sed præ-
ter cæ.era in occipite conspicua est penna ex pluribus in fila alba diduc-
tis, & umbellatum disparsis, qualcm fere pileis ornandis adhiberi solent.
Atque hinc nomen suum Avis Regiæ naēti est, quod eam pennam instat
coronæ g.ster. Quæ in forma extiori, & in paribus interioribus sunt
animadversa, in descriptione ipsa cum publici juris facta fuit, intuci li-
cebit. Ista enim velut in transitu delibamus.

III. Cum D. Mery aquilæ, casuclis & corvi cadavera allata curavis-
set, in iis omnibus circulum osseum circa cornicem ostendit, qui pars est
interior sclerotice membranæ.

IV. D. Du Verney, quod paucis ante diebus acciderat, codem die no-
bis enarravit. Cum in cane venam cruralē aperiuīset, ut circuitum san-
ginis demonstraret, mortuo cane, aqua frigida in venam injecta mouit
in musculis tremulū effecit. Idque extinctis animalibus ubi nervi pun-
guntur, plerumque observatur: nam spiritus sic moventur, ac si animal
adūc spiraret. Frustulum dutæ Menyngis in osseam consistentiam conver-
sa ostendit; hominis erat mente capti.

V. In oculo Struthionis D. Mery sclerotican ex duplii membrana com-
positam exhibuit: exterior opaca est, interior pellucet, r.que cum cornice
continuat. Duos quoque parvos musculos subjecit oculis, qui interiore
palpebram versus majorem angulum retinahunt; unus ex parte intima oibi-
te, alter è sclerotice opaciore membrana suam ducit originem. Inter sclero-
ticam & cornicem circulum osseum, cuius membranæ, in avibus ex-
ploravit, isque quasi ex variis ictiū squamis co flat, quarom aliæ ahis
incumbunt; palpebram quoque superiorem tribus muscleis instructam ostendit,
quorum duo ab orbita linido versus majorem angulum, tertius à sclero-
tice opaca suam ducit originem.

VI. Pisciculum qui est instar Buometri coram exhibuit D. Cassini. Hic in lagena quæ aqua limpida plena est, alitur, caput extra aquam idem-tidem efferre visus est, cum sudum erat tempus, & aëris bullas ex parte sui inferiore emittere.

VII. Ac de iis quæ ad historiam animalium & anatomiam spectant ha-
c etenim, nisi forte eo quoque referantur, quæ incunabulo hoc anno circa sali-
vam & ventriculi liquorē à D. Du Verney sunt observata. 1. Jumentum
salivā heliotropii succum non rubet: cum in seniorum & maximè in scor-
buticorum saliva res aliter se habeat, quod in his sit acidior. 2. Qui in
tubis primis ruminantium ventriculis inest liquor, nihil fere est præter
salivam: sunt enim glandularum expertes. Quarti ventriculi liquor helio-
tropii succum tubo colore tingit. Avium ventriculi glandulis substituti vi-
dentur, rameti acido succo abundant. 3. Quæ à D. Bourdelin circa vi-
tulinum coagulum fuerant observata, comprobavit: nam lota & exsice-
ta membrana lac tepidum coagulavit, & succum heliotropii rubro colore
inficit. 4. Id quoque animadverxit chylum, qui supta bilis in duodenum
ingressum colligitur, in varia granula divisum apparere.

C A P U T III.

De Rebus Physicis.

I. **Q**UÆ sunt Physicæ contemplationis non indiligenter fuerunt pertra *physi-*
ctata, & ea maximè quæ ad magnetem spectant, multa de h *c ea.*
argumento sunt agitata. Tum vero in signia quadam Lugduni facti fuerant
à D. Puget experimenta, quæque ad D. Thevenot miserat, ac typis pos-
ster excula sunt, & nuperim Lutetiae iterata. **U**lus est magnetæ mole par-
vo, sed virtute magno. Hujus diameter est unius pollicis & armati quin-
que fere libras sustinet. Quædam ex iis experimentis q. & majorem admira-
rabilitatem habent, temo s. Philot. veteris & novæ allata sunt, & ra-
tiones ipsæ ex D. De la Hire pag. 363 redditæ, quas hoc loco repetere
nihil necesse st.

II. Complura quoque è Physicis sunt ab extetis preposita, quæ usui
esse possunt. Sic die 19 Martii D. Michouer duo vitra terti & cava corani
exhibuit, quorum unum erat 17, alterum 7 pollicium, quæque stanno in-
ducti ut specula metallica radios Solares colligere, & ignem possunt ac-
cendere. Idem affirmabat se palam ostensarum aquam fontanam aëri expo-
sitam innumeris animalculis plenam existere, cum quibus aëris itidem ani-
malcula copulantur, & mirum in modum propagata in volatilia abeunt. Hoc
ipsum postea multis experimentis fuit comprobatum.

III. Die 2. Aprilis D. Peiro R. Regiae vitrariae officinae Aurelianensi
præfectus, novi operis specimen Academæ exhibuit, quo vitium fulvi sic
excavatur, ut omne figurarum genus, inscriptions & ornatum excipiat,
& in amplam molem diducatur.

IV. Die 7 Maii cum D. Homberg machinam suam pneumaticam af-

ANN. portitam curasset, multa in ea fecit experimenta. 1. Globus vitreus cuius 1687. di meter erat 13 pollicum, exhausto aëte levior uncia factus est, quam antea aëre plenus.

2. In vase exinanito sclopetum explosum nullam pene emisit flammarum, quæ in aperto aëte magna fuit.

3. Phos̄ horus siccus, tubo vitreo inclusus, ad globum applicatus, omni luce destitutus apparebat inter exhaustendum aëta, quo tubeunte irgenitam lucem recuperabat.

4. Lachryma vitrea in vacuo diffracta est.

5. Limatura chalybis aquæ forti imposita cum ebullitione fuit dissoluta, sed non ea vi qua solet in aperto aëte.

6. Magnetis experimenta non aliter in vacuo quam in aperto aëte facta sunt.

V. Cum de variis aurii generibus sermo habetur, D. Galloys admonuit aurum Siamense nostro flexibilius esse ac minus distumpi, fides clave cymbali ex eo ductas graviorem edere sonum. Sic aurum Guinense in folia dividui, aut in perforata lamina illud in stamina tenuari facile posse docuit D. De la Chapelle.

Dic 23 D. Gallois epistolam ad se ex Italia missam legit, in qua de puella quæ noctu per aliquot tempus videbat, mentio habebatur.

V I. In Epistola quam die 27 Junii anni 1686 P. De Fontenay Siamo misi ad D. De la Chapelle, inter alia scripsit lignum quoddam in ea cœle regione, id vocant lignum *de Solon*, quo sanandis febribus utuntur, nec cortici Peruviano hujus ligni corticem multum absimilem judicabat, Ibi esse malum aureum v. *de Soncher*, cuius fructus est exquisiti sapotis; hanc atborem in Gallia coli & educi posse existimabat. Alios fructus palato gratos commemorat, duriones imprimis peponibus similes. Alium fructum memorat iustar pomi rotundum *Mangoustan* vocant, pelle foris nigra, intus rubra, fructus est candidus, ab uvæ spore non alienus. Hos fructus & arbores in quibus nascuntur, descripsit P. Beze in *Physicis & Mathematicis observationibus editis* à P. Gouie anno 1692.

Inter Physicas observationes P. De Fontenay, illa postremo loco non est habenda, qua notatum fuit mari aquam tepescere, & aera sulphureo odore perfundi, antequam typhones formentur, adeo densum esse aera ut stellæ cœlo sereno non videantur, aliaque subtile indicia. Ex igne subterraneo ejusmodi tempestates excitari justa suspicio est.

V II. Incunite hoc anno D. De la Chapelle observationes à P. De Fontenay & aliis sive Societatis factas in Premonotorio Bonæ Spei, cum epistola ad Academiam scripta exhibuit. Has observationes in itinerario suo tum edito magna ex parte expesuit P. Taschard.

V VIII. Die 12 Novembris D. De la Chapelle duas litteras à P. De Fontenay Siam datas accepit, cum observationibus Astronomicis, quas P. Taschard piaelo mandari curavit. Ex primis observationibus eadem metidianorum differentia eruitur, quæ ex postremi Lunæ eclipsi definita fuerat. In posteriori Epistola mentionem facit Observatorii, quod Rex Siamensis tum extriuere cogitabat, & cuius fundamenta jeccerat; illius adiuncti forma fuit delineata.

Sub idem tempus D. de la Hire litteras à D. Hugens accepit quibus *Cly*,
eum certiorcm fecit objectiva vitra, eaque optima Telescopiis 150 & 200 mica..
pedum aptanda à se parata esse & polita.

I. Nonnullas dissertationes de rebus Astronomicis à se elucubratis legit
D. Cassini. Prima historiam Astronomiæ complectitur, q'æ Operi nuper
edito præfationis loco præfixa est, atque eo anno mandati typis capta.
Secunda theoriam Jovis continet, que postea ad exitum perducta est, Ter-
tia novam methodum observandi Planetaryum conjunctiones continet. Quar-
ta est dissertatione de Solis deflectionibus.

X. D. Cusset penduli cuiusdam hydraulici formam exhibuit aquis exhaui-
riendis destinati. Figura hujus machinae commentariis infesta est, & typus
illius in Observatorio cum aliis machinarum exemplis aservatur.

Hæc cursum attingimus, quod longiorem & difficilem explicatum ha-
beant, neque nobis illud sit propositum quæ acta sunt omnia, aut cogi-
tata minutius describere, summa rerum fastigia decurrere contenti.



SECTIO QUINTA.

De iis quæ acta sunt anno 1688.

A Chymicis duccimus exordium, tum ad Anatomica, Physica & Ma-
themistica progrediemur.

CAPUT PRIMUM.

De Chymica Analyſi.

I. **E** Andem pene brevitatem in iis exponendis quæ ad Chymicos labo-
res spectant, sequemur, qua usi sumus in superiori sectione. Nam
res efficiunt plena per singulas ire observationes, quæcumque è mixtis cor-
poribus prodicte partes aut principia singillatim expendere. Illud satis fue-
rit admonere, hoc anno materiam ex qua medicamenta componi solent,
igni subiectum suum, gummi imprimis, resinas & ea potissimum quæ ma-
gis sunt nūcata.

Ex iis præcipua fuere lacca, gummi balsaminum, asla fetida, opopo-
nax, sagapenum, euphorbium, olibanum, mastyche, myrra, thus
commune, storax liquidum, sarcocolla, labdanum, pix Burgundica, pix
nigra, thericintina, colophonia vulgaris, resina communis, & nonnulla
bituminum genera.

Id pene omnibus commune fuit ut parum liquoris, multum olei ex hoc
pingui mixtorum genere expressum fuerit: liquores pene omnes acidi; olea
quoque rectificata heliotropii succum rubeo colore imbuerunt. E duabus

A. N. libris v. gr. Læcæ vix 4 unciaæ aquæ stillatæ, sed 22 unciaæ olei sunt 16*§8.* eductæ ; caput mortuum 3 unciaæ cum semissæ calcinatum ad unam redactum est diachmam. Idem materiaæ pondus in omnibus fere servatum est, & nempe libratum.

I I. Tres aut circiter terebinthinae Venetæ libræ, tres tantum uncias cum semissæ liquotis, 39 & semis olei præbente. Ead in suis ratio colophoniae ; nihil sere talis ex utrisque prodiit, sed è reliquo 2 libris quatuor talis drachmæ cum semissæ eductæ ; 26 unciaæ cum 4 diachmis olei, & unciaæ acidi liquoris : qui primum exxit liquor, folia picceæ arboris sapore & odore resebat.

III. Ex bitumine quod asphaltum vocant, vix una aquæ stillatæ uncia, sed olei 14 sunt extractæ. Sic gummi Ammoniacum, & Elemi codicim modo resoluta. Ex Bdellio major aquæ copia elicatur, que acido & sulphureo sale imprægnatur & una cum oleo stillat.

Interea D. Borel experimenta quedam circa mutuam acidotum & salium quos Alkali vocant, quique sulphurei sunt, pugnam proposuit. Aqua utsi est communis in qua salis Alkali pars minor quam milchima erat, unciam vitrioli in octo aquæ communis uncisi exsolvit. Hanc vitrioli aquam prior illa cui tantillum salis Alkali addiderat, turbavit. Idem in sublimati solutione experimentum fecit ; in solutione vitrioli præcipitatio non subito, ut in sublimati solutione, sed paulatim efficitur. Unde quæ sit salis Alkali vis, melius ex vitriolo quam ex sublimato dignoscitur. Quin & Alkali magis debilitato & in dupla aquæ quantitate, nonnihil sublimato & vitriolo visum est accidere sensibilis mutationis ; tanta est hujus salis vis, & in partes minimas divisio.

I V. In urinæ analysi hæc fere animadvertisit D. Botel 1. urina iteratis distillationibus, ter minitum rectificata adhuc turbatur : adeo ut partes ejus in jugi motu posita videantur. 2. Utina in fermentatione per aliquot dies relictæ, ita ut dimidiatam tantummodo, non plena effet fermentatio, spiritum nihilominus dedit, qui cum spiritu vini coagulatur, sed is fluiditatem suam facile recuperare potest. 3. In distillatione primum spiritus, tum phlegma copiolum, necum spiritus exit eisdem cum priori natura, quique consimili modo cum spiritu salis effervescit. 4. Liquores sub fine sunt educti ; liquori rubeo innatabat pinguedo inflammabilis quæ videtur esse materia Phosphori.

V. Urinæ Mercurium melius quam saliva sistit, atque, ut ajant, amalgama ex utrisque firmius efficitur. Negabat ex eo effectu salivam acido vel Alkali sale imprægnatum concludi posse : cum urina heliotropio rubecum colorem impertiat. Cum autem ea præcipitet quæ ab acidis sunt dissoluta, hinc colligitur eam ex acido & Alkali constire ; spiritum urinæ cum tartaro exsuletum, ut spiritum salis ammoniaci in frigido loco coagulati, uti & eam spiritu coiu Cervi & spiritu vini, non item si cum calce distilletur, tum enim non concretescit. Illud quoque subjecit sale tariati licet acerrimo lac coagulatum fuisse.

V I. Plantarum quoque analyses sunt continuatæ & eatum maximè quæ à D. Marchant primum, tum à D. Dodart jam erant descriptæ, &

præter eas nonnullæ ex usitatis, quæ vulgo inter refrigerantes habentur, *Chynæ* sunt tamen. Exempla sunt, ut diximus, folia cychorei sylvestris cuius *mica*, folia per analysis explorata multum salis tum volatilis, tum fixi, nec parum olei præbuerunt. Qui postremus exitit liquor, una cum spiritu salis valdè effeibuit. Quinque foliorum libræ olei unciam cum semisse, salis lixivialis septem drachmas suppeditarunt, tantumdem fere olei & salis fixi è radicibus prodidit.

C A P U T II.

Anatomica.

I. Cum in hujus anni principio vir Illustrissimus quodam apoplexiæ genere, ut credebatur, percussus obiisset, D. Du Verney aperito cadavere cerebrum sanum, interiora quoque viscera invenit integra: sed inverso corpore magna sanguinis copia è spinalis medullæ regione profluxit: is adçò conjectit eruptione sanguinis ex ea parte, unde nervi oriuntur plurimi, qui nervi intercostalis ramis præbent originem, partium interiorum motum cessasse, cum cerebrum ipsum videtur præter aliquot sanguinis extravasati guttulas, ac mens illi constaret. Hinc complures apoplexias aut certè lethales morbos qui hoc nomine censentur, otiri magna est suspicio.

II. Mense Januario quædam animalia Versaliis allata sunt & incisa, quæ antea descripta fuerant, ut avis picta v. une *Pintade* in qua Pericardium una cum pulmonum vesiculis inflati non appauit: in *Cercopitheco* v. *Marmote* triplex Epiploon antea visum fuit confirmatum. In felis odo-ratæ pedibus tumores quædam observati, qui canum carcaria utcumque referunt, lingua non ita levis atque in canibus, sed minus aspera est quam in felibus. Sultana quoque, seu porphyrium, & avis quam *Aven* appellant, scalpello subj.etc.

III. Cameli bina tubera D. D. Du Verney & Mery aperuerunt, in uno quasi congeries pilorum quædam visa, alterum nihil aliud videtur esse quam quæd. in vertebratum apophysis.

IV. In quædam ave que ex præda vivit, Gryphum vocant, ingluviem v. *Le Jabot*, exhibuit D. Du Verney, contra atque in avibus carnivoris observatur; ventriculus inferior, v. *Le Gesier*, tenuis admodum crat, sed eadem illius erat conformatio que in aliis avibus que scilicet granis vescuntur: nam & fibris canosis & tendinibus eodem plane modo instrutus erat.

Et quidem duo Gryphi variis temporibus sunt incisi, quorum historiam in opere nondum edito accuratè habemus descriptam. Illud admodum verisimile est hinc avem majorem esse vulutem, cujus meminit Aristocles lib. 8. cap. 3. histor. animalium. Rostro aduncu fere instar aquile donatur, longiore quidem quam in Aquila, sed minus inflexo. Inferioris rostri extremitati margines acuti & secantes subeunt superioris excavatum limbum;

Avv. in extremo rostro duo extant rotunda tubercula, in iis duo sunt parva fo-
1683. ramina per quæ ductus salivales se te exonerant.

In rostri hujus basi quæ instar squamæ pattem alteram tegit, duo in-
sunt narium foramina, quæ ampla sunt & dorsum tendunt: lingua dura
est & Cartilaginea, in utroque latere instar serice sic dentata, ut cuspides
verbis guttur dirigantur, aurium foramina extetius patent.

Collum insigne est, longum, etasum, & implume. Hujus basis pla-
mulis tenuibus candidis & longis instar amictus linei & corrugati, vulgo
Fraise, ornatur. His plumis in fila diductis & contortis pars colli infe-
rior cingitur; quæ multum discrepant à mollioti plumâ, vulgo *Le Duvet*,
qua corpus ipsum penè totum munitur. Nam hi villi multò breviores sunt
& confertiores. Hinc pellis villosa calorem auget, quod halitus è corpore
erumpentes coërcant, ac tremulo motu villorum una coacti calorem in-
tendant.

Quæ sunt partes exteriore, rostrum imprimis & pedes valde adunci,
avis carnivoræ, quæque ex prædâ vivit, speciem præ se ferunt; interio-
res tamen partes videntur iis convenient avibus quæ granis pascuntur: nam
& ingluvie, & ventriculo carnofo, ut in gallina & columba donatur.
partis musculosæ fibrae in hoc ventriculo conspicue erant, quæ in duo
velut centra, seu in musculorum tendines dincabant. Nec tamen ventri-
culus adeò solidus est & crassus, atque in gallina, nec rubet, sed candidus
est: oviductus anfractuosus est ut in Galinis.

V. Ensem pisces quem spadum vocant, irostro affixum ostendit D. Per-
rault. Fasis utrimque aculeis aut seu is quasi totidem dentibus valde acutis
armatur. Hi dentes membranæ ipsi inseriti cum osse non cohaerent. Idem
animalium historiam est persecutus & varias eorum descriptiones, ut felis
odoratæ, Tigitis utriusque scâus, Pantheræ, sic Onocrotali leæ sunt &
discutit.

V I. Cameli distincti partes distinctis exhibeboit D. Du Vernoy, scabiosus
erat, qui que ei victimæ præbebant Versalibus, eadem labe infecti sunt.

Paucis post diebus in morbum lethalem incidit D. Perrault, cuius inge-
nium & etudionem quæ extant ejus opera ipsa declarat. Non in Physi-
cæ modo, & in medendi scientia, sed in omni pene artum genere, & in Ar-
chitectura nō axime excelluit. Luparæ frons, *La Façade du Louvre*, atque trium-
phalis typus, & alia publica monumenta, quantum in hic arte praefuerit,
magno sunt documento. Homo erat indefessi laboris, abundans doctrina
& incredibili quadam varietate rerum & copia; in cogitando & in-
veniendo acutus & promptus, in differendo subtilis, memoria posteritatis
dignus.

VII. D. Sedileau Epistolam à Carthusiano scriptam accepit, in qua
cyprinum pisces non iaro! Etiam in ventre pulpam, simul & ova conti-
nere testatur. Idem in alia Epistola mentionem fecit pvti ex alio procreati,
quale D. Perrault cùm exhibebat, & ovi intra alia conclusi. Carcariae
pisces dentem exhibunt D. De la Hire, qui prædurus erat & solitus. Hic
prope uicum cui nomen *Lahan*, quarta ab urbe loca inventus est, in terra
sui decem usque pedes effossa. Vis quedam lapidifica mette videtur hujus
loci aqua.

VIII. Die 20 Novembris P. Gouie confessus Academici locum in *Phy-*
gressus , cuiusdam animalis ex genere *Erinaceorum* , quod à P. Taschaid *sic.*
è Siamensi regno allatum fuerat , uti & cuiusdam Lacerti à P. Beze mis-
sam descriptionem exhibuit : huic *Toquet* nomen inditum , quod duas illas
syllabas articulatim & distinctè pronuntiet.

Exeunte hoc anno alterius Lacerti pellem attulit D. De la Chapelle quem
Indiarum incolæ expugnatorem urbium vocant.

C A P U T III.

De rebus Physicis.

I. Illud circa calorem à D. De la Chapelle propositum primo loco po-
nimus , chalybem in aqua fervida eo temporis spatio relicturn quo
Oratio Dominica recitatur , tum ex ea eductum manibus contrectari posse :
sed paulo post ita incalescit ut manibus tangi amplius vix possit. Hoc ad-
debat , frusulum chalybis codem temporis intervallo inter priunas ardentes
positum non adeo incalescere , atque in aqua bulliente collocatum. Illud quo-
que codem die subjicit , iis qui argillam subigunt , saepe accidere ut minutis
silices pedes vulnerent , neque aliud esse huic malo aptius remedium quam
terram ipsam.

II. D. Borel Epistolam ad se missam legit , in qua mentio fit cuius-
dam fontis falsi in Comitatu Burgundie , cuius aquæ quotidie crescunt &
decrescunt , sed nulla certa lege ; alter aquæ dulcis in eadem Provincia sua
quoque incrementa habet & decrementa.

III. D. De la Hire de fonte in agro Mirapincensi *Mirepois* , quem
Fonteston vocant , hæc retulit : aëstu reciproco , seu fluxu & refluxu per
tres anni menses agitatur , dummodo aëstas non fuerit imbrifera , per tres
horæ quadrantes fluit & per idem tempus refluxit.

IV. Die 3 Aprilis D. de la Chapelle Academiæ verbis D. de Louvois
nuntiavit , id ab ea postulari ut quantum pluvia in vas singulis annis de-
cidat , quantum exhalet , experimentis in eam rem factis exploratum ha-
beatur , idque D. Sedileau faciendum suscepit.

Die 27 Septembris D. de la Hire experimentum à se factum in Obser-
vatorio exposuit , ex quo liquet quantum pluvia in terram occidentis in
vapores diffletur & quantum temporis impendat in terra penetranda.

V. Inter alias observationes Physicas quæ à P. De Fontenay misse
sunt , illa est insignis qua duas magnas rupes magneticas , qua su-
pra terram extant , commemorat ; varias quoque declinationes Verlorii
quæ omnes ferè à Borea versus Occidentem deflectunt , in itinere ob-
servavit.

VI. Exeunte Novembri D. Vatignon in Mazarinæ Matheseos , nunc
in Regio Galliarum Collegio Professor , inter Academicos ab Illustrissimo viro
D. De Louvois adlectus fuit.

VII. Die prima Decembris illius terræ motus , qui die decimo Julij

ANN. Smirnami & vicinas regiones conculerat, historiam nobis exposuit D. 1688. Galand vir candidus & Doctus. Paulo ante meridiem cœpit, ab occasu in ortum progrellus, arem primum, tum urbem evertit, quatuor illius muri dehiscentibus & in mare ad sex usque pedes demersis, quiq[ue] antea Isthmus erat, versus est in insulam. Qui ab occasu Solis ad ortum muri erant portecti, omnino sunt diruti; reliqui à Borea in Austrum adhuc sunt incolumes. Variis in locis hiatus vissi, mutmut intus auditum. Quintus aut sexies terræ fremitus ad noctem usque levit. Quæ à Tuncis incolitur urbis regio, ab Incendio immunis fuit, quod tum solennis jejuni tempus esset, nec ignis in caminis arderet, quo absumpta est pars urbis magna. Per horæ quadrantem domus ruina sepulta fuit D. Galand, inde extractus in mare se recepit, ubi quasdam succussions sensit, uti & complures alii, qui tum in mari navigabat, quiq[ue] existimabant navem in terram impeditile. Urbis solum duos pedes depresso fuit, quarta illius pars corruit, q[ui]æ rupibus insistunt domus, omnino illæse permane- runt. Quædam extant in littore loca, in que antea ascensus erat, nunc ad ea descendens.

In ea regione ventus æstate circa decimam horam ab occasuflare incipit, ad quattuor usque horam crescit.

Die 11 & 12 hora 8 alias terræ tremor isque vehemens, & die undecima Augusti eadem protus hora rediit. Die 10 Septembris sulphureus odor nates feriebat, juxta maris littora. Idem temporibus insula Chio, Metelina, Sacalina terræ motu itidem agitatae fuerunt, novos fontes eru- pisse ex aliis audivit. Cœlum turbidum erat & aër fervens, 15 aut 20 hominum millia urbis ruina sunt oppressa. Hic quidem terræ tremor cum horrendo motu qui nuper Siciliam pervasis & multas eis insulae ubes evertit, nec diutinitate temporis, nec uitium & hominum strage est confe- rendus.

C A P U T IV.

De rebus Mathematicis.

I. **H**oc anno D. Cassini Dissertationem de quinque satellibus Saturni in Academia legit. D. satellibus quoque Jovis alium tractatum elaboravit & horum motus in tabulas digessit, priores correcti. Ita quidem inter opere Astronomica nuperim in lucem prodicunt. Variis in congressibus hoc opere disculpi sunt, de eis utilitate ad Astronomia, Geographia & Hydrographia studium sepe diximus. Ac nescio an is sit hujus nobilis scientie, quæque prima fronte merita contemplationis vide- tur, nec quicquam admodum utile generi humano polliceti, fructus longe libertius. Quæ ratione satellitum numerationes ex tabulis inveniantur, idem demonstravit.

II. Die 7 Februarii 5 satellitum Saturni configurationes uti ab eo p[ro]ducis

paucis ante diebus fucrant observatae, in figura delineatas exhibuit. Differ- *Afro-*
tationem quoque de solenni Paschatis die ex scripto legit; uti & alteram *nom.*
in qua respondet Clariſl. Vossii Epistolæ de longitudinum scientia. Quæ
quidem Epistola Bibliothecæ cruditorum in Batavia editæ inserta fuerat.
Hujus rei occasione D. Thevenot advertit navium Rectores qui à Premon-
torio Bonæ Speci ad Indias usque navigant, 900 Leucas ab Occasu in Or-
tum conficere, idque estimatione quadam judicant, & ex Versorii variata
declinatione. Nam in medio itinere variationem esse 28 gradum, tum
senſim immutui aiunt, adeo ut quo in Icco versentur, hinc conjecturam
capiant.

III. D. Cusset machinæ cuiusdam typum protulit, qua marmot fecari
facile potest multipli ci ferri, uno & eodem tempore, idque moletrix &
ope cuius molas aut ventus aut aqua verlat, eam usui esse posse viuum
fuit.

IV. D. Couplet pontis qui fluvio imponi potest, structuram proposuit,
quique ad 20 usque hexapedas facile constitutur & dissolvitur; 40 homines
non junctim, sed partitis oneribus, quod magno ſape eſt uſui, cum al-
portare poſſunt. Idem scalarum munus obire potest, ſi forte in muros ir-
ruptio fit facienda. Illius fabrica eo ntitur fundamento, quod ferri aut
ligni ſecundum ſuam altitudinem collocaſi viſ fit infinita; pontem illum à
duobus hominibus brevi temporis ſpatio edificari poſſe atebat, nec fulcro
opus eſſe quo in fluvio, aut falude irritatur.

V. Induciarum tempore D. Cassinus iter habuit in partes Galliae Boica-
les, ubi aliquot Urbiū positiones ab eo ſunt obſervatæ: Ambiani pia-
ſertim altitudinem Poli invenit intra aliquot ſecunda candem protritus cum
illa quæ à D. Picard illiē ante annos inventa fuerat, cum unius in terra
gradus dimensionem caparet. In Abbatia Blatgiaci in Artesia prope H ſitum
Poli altitudin m adiuenit gr. 50. 26 min. 15 ſec. Abbavillæ gr. 50.
6 min. 55 ſec. Deppe una cum D. Dionyſio Hydrotegraphia Profefiole tam
comperit gr. 49. 55 min. Rothomagi 49 gr. 24. min. 40 ſec.

VI. Cum Abbavilla altitudines Solis Oœſtanti pedum trium ſu-
meret, die prima Octobris obſeruavit naulas prope ejus Oœſtentali marginem recens obortas, eas D. Ma altius confixerat Patisis in Ob-
ſervatorio die praecedenti 30 Septembris vespere, cum hora decima ma-
tutina, & in ipſa meridiie nullæ appauiffent: iti ut minirè abiuim fit quin
inter meridiū m & hotani ſecundam à meridiie prope Solis Occidentalem
natiuam ad quem properabant, formatae fuerint. Octobris die 10 nec
D. Meraldus Patisis, nec D. Cassinus Deppe ullam carum invenerie veſti-
giom, ideoque j. m. in ſuperiis Solis hemiſpherium de la as eſſe palum fuit.
Post dies autem 17 D. Cassinus ex itinere rēdux tam Solis marginis pat-
tem ex qua emeig te debuiffent, ſi ſuilleri ſupertutes, perluſtans has non
repente: inde eis evanuisse censuit. Primo autem Novembribus die obſer-
vavit eis a Solis medium aliam maculam ex duobus conflatam, qua
intacta dies evanuit, deinde alias duas vidit prope Solis Ortiv in marginem, & dies piaſeratam inter ſe diſtantiam magna irregularitate va-
tebant. peripicum fuit harum motum apparentem non ſuffit

ANN. simplicem, sed compositum ex Solis revolutione circa suum axem regulari, 1688. & motu proprio macularum irregulari instar nubium terrestrium. Die autem decima Novembri cum medium Solis vix essent prætergessæ, evanuerunt, & in eatum locum die 14 prope Solis marginem apparuit facula rotunda, quam nonnullæ minores, sed clariores sequerantur, intermixtis obscuris ateis quæ è Solis disco bievi excederunt.

VII. D. De la Hite Geometricas demonstrationes exposuit, quibus propositionem à D. Tschirnouse propositam de linea curva, quæ in quadrante circuli per reflexionem radiorum generatur, expendit.



SECTIO SEXTA.

De Actis anno 1689.

C Hymicas operationes cum Physicis decurremus, tum ad historiam animalium, & Anatomen gradum facimus.

CAPUT PRIMUM.

De Physicis experimentis.

I. Q Uæ superiori anno cœpta fuerant gummi analyses, hoc anno fuerunt continuatae. Bællum, Gutta gummi, Tragacanthum, Gummi Ammoniacum & alia ejus generis in sua quæque Principia sunt resoluta.

II. D. Marchant observationes suas circa Sycomorum f. etas abhinc quadriennio commemoravit. Incito trunci cortice, magnam aquæ vim ex illa arbore stillare ipso Äquinoctii die comperit. Illud inter alia ab eodem animadversum video, è Cycnorco vulgari lac exprimi admidum acte & corrosivum, ac radicem Petalites optimum esse sudorificum.

III. Inter Physicas observationes illad primo loco à D. Sedileau circa nivem & glaciem obseruatam ponimus, nivem quæ sùb idem tempus decidet at liquatam ad sextam sere sui voluminis partem redire: adeo ut sex nivis non pressæ aut densatæ pollices ad unum aquæ digitum redigantur. 2. Nix ipsa non ut butyrum au. oleum & alia corpora que calore solvantur, liqueficit; sed priusquam fluat, in scipsum quasi contorta, & volume suo, seu mole multum immunita certinat, neque ut in glacie pars summa primum liquatur.

IV. Tum temporis D. de la Hite hexapedam ferream sic pavimento conclavis Observatorii lapi bus complanatis struendo aptaverat, ut altero sive extremitate nivum attingeret, tum ejus longitudinem in pavimento accu-

ratè notavit, ardoribus Solis in sequenti aestate per tres horas postea expo *Physicam* à unius linea productam invenit. Mense Maio candom regulam *sua*. Solis calori in fenestra per aliquot horas expositam, tum ad eum locum cui rigente hieme admota fuerat translatam à linea longiori invenit. Quare parte 1300 aut circiter aucta est. Ex quo illud conclusum ab eo fuit tubos ferreos gelido aëri expositos sic contrahi, ut tubus 18 hexapedas longus, unius pollicis, 216 hexapedas in longum portectus, pede integro brevior fiat, si gelido aëri exponatur.

V. Paucis ante mensibus D. Faber Germanus novi & rari phænomeni quod anno superiori die 17 Aprilis Heilbronæ ad Necrum visum est, hora post medianam noctem secunda, linearē descriptionē ad Academiam misit. Cœlo admodum sereno visus est globus igneus instar fulguris lucidus, per Cete & septimum gradum Arietis occurrere, quiq[ue] inter Pegasi alam & caput Cassiopeæ progressus evanuit intra quadrantis horæ s[ic] arium, relicta cauda nonnihil verius ortum arcuata.

V I. Calculum è vesica hominis post ejus obitum extractum exhibuit D. Dodart à libtatum & unius uncia pondere, in medio velut nucleus erat tersus, crux vero instar gypsi erat candida.

V II. D. De la Hire arenosa granula quæ in urina per microscopium conficiuntur dispersa delineavit. Hæc magna ex parte denticulis incisa alia aliis inserta, & inuicem velut hamulis implicita in lapides formati satis est verisimile. Idem die 4 Junii dissertationem de æris pondere & quantum sit aqua levior è scripto legit: sed ea de re infra fuisse.

VIII. Cum exente anno superiori dissenteriae grassarentur, ex D. Dodart accepimus complures sanatos esse per emetica aut purgantia. Quærum temporis à D. Helvetio radix huic morbo feliciter dari cœpta est, *Ipecacuanha* apud Guillelmum Pisonem & Margravium ut singulari p̄fissium & Brasiliensibus usitatum commendari D. D. Thevenot & Mairchand monuerunt. Vit Clariss. pleuritidi buglossi succum utiliter adhiberi ab aliis accepit: cum de spiritu teichynthine sermo haberetur, nonnulli vestium maculas hoc spiritu elui, postquam spiritu vini leviter sunt perfusa, docuere: infectores feile bovine uti solent.

Tum à Chirurgo Parisensi accepi hydropem curatum fuisse beneficio plantæ quæ in locis humidis invenitur, *Eupatorium Cannabinum* vocant.

C A P U T I I.

De Historia Animalium.

I. Hæc fere de Chymicis & Physicis rebus excerpta à nobis fucie, pluribus omissis quæ longum esset & ab instituto alienum hinc operi intencere. Sequitur ut per pauca de his quæ ad animalium cognitionem spectant, summatis brevitique dicamus. Multa hoc anno vertente animalium cadavera Versaliis allata sunt, quæ magna ex parte jam incisa &

ANN. descripta fuerant. Descriptiones autem factas relegit D. Galloys & annotationibus suis illustravit.

II. D. Du Verney circa dentium formitionem observationes suas proposuit. Pruisquam foras prodeant dentes, in quadam mucilagine plurimis valis conspersa jam esse delineatos ostendit, fibras cœmplures per strata disponi, ut & alia multa quæ peculiariter dissertatione postea vulgavit.

Tum similiæ descripçio fuit recognita. Musculos caudæ separavit D. Du Verney. In hac cauda 280 musculos invenit D. Mery.

III. Mense Augusto musculos avium respirationi destinatos preparavit D. Mery, quæque antea in dissectione Anseris vivi observata ab eo fuerant, ex scripto legit. 1. in ipsa inspiratione pectus dilatari, sternum à vertebribus removei, costas sursum sublatas à se invicem recedere. 2. Quo motus ille magis conspicuus foret, rostrum & nares brevi tempotis spatio sunt occlusa, tum iis apertis abdomen intus compressum, sternum sursum magis clatum, & costæ itidem sublaæ magis inter se distantes apparuerunt. In expirazione contra erant omnia, abdomen extrosum intumscere, costæ sibi propiores & sternum vicinius vertebribus visum.

Tum ventre dissecto ut vesicæ in eo positæ oculis subjecerentur, in expiratione sterno depresso abdominis sacculi aëre impleri & duo septa seu diaphragmata, quorum pars carnosa vertebribus adhæret, à costis recedere; contra inter inspirandum eadem ad costas accedere videbantur. Deinde pectore aperto ut sterno discesso superiores sacculi in conspectum venient, costæ sic nudatae sunt, ut musculorum intercostalium motus cernerentur. Tum vero id palam fuit superiores sacculos impleri & exinaniti unum sacculis abdominis.

Quo autem innoteſceret quando fiat respiratio, altera narum occlusa; alteri objecta est plumula, tumque id observatum, elato sterno pilos plumulae narum intus subire, eo depresso has repelliri, adeo ut animal depresso sterno respirare videatur.

IV. Post hæc Leonis cadaver dissectum fuit, musculos & tendines caudæ demonstravit D. Du Verney, etrum quoque & pedum musculos separatim paraventum D. D. Du Verney & Mery, corum fabricam & usus expulerunt, quave ratione digitorum motus efficiant.

V. Quæ à D. de la Hire incunite hoc anno f. s. tæ sunt observationes circa vesicæ structuram, silentio premi non debent: hinc enim quædam non scitu modo digna, sed & magni usus erui posunt. Vesica sullæ & recentis vento distensa, aperto orificio velut ultro subtilit: tum ea statim inversa est ut pars exterior fieret interior, aqua hinc affusi est, sic tamen ut non omnino impletetur: statim perflueret multis in locis visa est, adeo ut intra 12 horarum spatium pars illius dimidia effluxerit, quæ tubeo colore tincta apparuit. Id vero satis est verisimile, è vesicæ valis cum aëre distensa fuit, tanguinem inter membrana fibras expicuum fusile, quæ in aqua inter eas fibrillas effluens abiit: nam membrana ipsa admodum erat candida post aquæ effluxum.

Quamobrem vesicæ membrana innumeris foraminulis videtur pertusa, quæ suis forte valvulis sunt munita, ut aqua libere subeat; eaque

V I . Vix ullas aptiores huic rei valvulas excogitare licet , quam eas quæ ex papillis constant continuo ductu ita formatis , ut ductus ipse versus interiora vesicæ sensim decrescat , & libetum liquoribus circumfulsis aditum praebant in meatus ; sed iisdem negent per eandem viam redditum , quod corporis vesicæ incumbant. Coli intestini valvula in quibusdam piscibus sic conformata reperiuntur. Ex quo quidem experimento hanc circa hydropis genesisi conjecturam fecit , hunc morbum ex vesicæ poris occlusis interdum prodire , quod aquam in abdomen effusam non admittant , quæ per ventriculi membranas continentem exsudat. Hoc enim expertus est D. Mery aquam ventriculo animalis effusam cœcos membranæ meatus penetrare. Hinc forte aquæ minerales epotæ tam citè redduntur.

2. Huic vesicæ lac aquæ loco effusum est , ut hinc liquoret an liquor crassus & pinguis membranam penetraret. Id sane effluxit , sed lente admodum : nam intra 22 horas vix pars lactis decima exiit , sed liquor instat aquæ erat limpidus. Circa vesicam plutes guttae crassiores apparebant , cum reliqua vesicæ partes siccæ viderentur. Unde suspicio aliqua hinc otiri possit in iis tantum locis membranam esse pertusam.

V II . Interjectis aliquot diebus D. Sedileau vesicam suillam & recentem aqua implevit quæ guttatum bidui spatio stillavit , tertio die aqua quæ supererat detracta , aëre vesicam implevit quem illa retinuit. Vix tamen credidetim aquam vesica contentam per membranam transmitti. Hæc sane experimenta iteranda mihi videntur.

Ingluviem quoque Galli Indici vulgatis aqua replevit , sed ea non effluxit , seu ingluvies in naturali statu , seu inversa aquam exciperet.

V III . Illud pene mihi exciderat , nec tacendum tamen , quod exeunte anno superiori à D. Mery in publica domo militum qui in bello membris mulierati sunt , fuit observatum. Nam militis 72 annos nati aperto cadavere partes omnes thorace & abdomen contentas suis locis emotas invenit ; ita ut quæ in dextro latere extate debuerant , siostrum latus occuparent , & vicissim. Cordis basis medio loco posita erat , & sinistrorum versus , corpus ipsum & Mucro in dextram partem promota. Dexter illius sinus , auricula ejus major , vena itidem cava ad sinistram cordis partem , minor auricula & aorta ad dextram sita erant. Sic pulmonum arteria sinistra cordis parte egressa dextrosum deflectebat , ita ut & pulmones quoque situm naturalem commutaranter : nam dexter in duos tantum , sinister in tres lobos divisus erat contra consuetum naturæ ordinem.

Eadem erat Oesophagi , ventriculi & intestinorum invertio. Pylorus in parte sinistra , unde & duodenum initium capiebat. Jecur itidem in parte sinistra positum , lien in dextra ; vena quoque & arteria naturalem suum situm commutaranter.

C A P U T III.

De Mathematicis.

I. **C**Um Astronomicæ observations nuper in lucem editæ ea complectantur quæ postremis his annis in Academia acta sunt, nihil est cause cur in iis recensendis diutius immoremur quæ magno studio & incredibili diligentia fuerunt elaborata.

Omitto id quoque Cometem in Indiis visum fuisse à P. P. Societatis, qui in iis locis versantur, cuius motus, magnitudo, iter, cauda productio descripta sunt in observationibus Physicis & Mathematicis editis à P. Gouie anno 1692: visus est à P. Richaud in regione Pontichery circa diem 8 Decembris à P. P. de Beze & le Comte Malacæ. In his locis sub conspectum non venit, quod initio Soli esset propior & sub finem ad Polum Australem nimis accederet.

D. Rolle opus suum Algebraicum examinandum dedit D. Gallois qui rogatu Academæ illud petigit, ac typis postea id mandatum est.

II. Sub idem tempus Serenissimus Princeps Dux Meduanensis Orientalis Astronomie Fragmentum Siamo à D. De la Loubere Regis Legato allatum ad D. Cassinum misit, qui in ejus interpretatione studium suum posuit, & rei difficultatibus magna lucem intulit, camque in volumine nuper edito publicis juris fecit.

Illud præter cetera competit, Sincrismum Epocham in annum salutis reparatæ 638 incidere, quinto ante Persianum Epocham anno. Et est Astronomica Epochæ novilunii quod in die Äquinoctiu verni contigit, cum eodem die Sol deficeret, & dies esset Sabbathus. Quatuor hæc nota nulli alteri quam pælieto anno convenientiunt.

III. De isoperimetris figuris demonstrationes suas legit D. De la Hire, quæ longè faciliores vise sunt, quam quæ à Clavio sunt usurpatæ. De projectione quoque corporum actum est ex occasione quæ rūndam operum D. De Roberval quæ D. De la Hire cura tum prælo mandabantur.

Post hæc Tractatus à D. Picard elaboratus de ponderibus & mensuris lectus est, qui anno 1693 inter opera posthumæ Academæ in lucem prodidit: huc insertæ sunt observationes D. Auzout. Pes cuiusque regionis a l pedem Parisicum est redactus. Is vero in partes 720 divisus quinum Londinensis v. gr. est $675 \frac{1}{2}$ Romanus Capitolii 652 & ita de ceteris. Consimili ratione liquorum mensuras cum antiquas, tum recentiores omnium per e regionum persequitur uti & pondera.

IV. In codem opusculo aquarum effluentium rationem examinat. Illud præmittit experientia comprobatum, corpus in aqua stagnante natans primum à pondere velocitate æquabilis tractum ut 1, deinde trahi velocitate ut 2, seu dimidio tempore à pondere prioris quadruplo, ita ut velocitates sint ut ponderum radices quadratae. Tum quæ sit necessaria aquæ

fluentis declivitas, simul & mensuram aquæ effluentis ex vatiis experimentis colligit. Opusculum est paucis paginis comprehensum, sed quod multa scitu digna complectitur.



SECTIO SEPTIMA.

De Actis anno 1690.

QUæ ad Botanicam spectant, descriptiones nimirum plantarum quæ ex vatiis regionibus & ultimis orbis terrarum oris D. Matchant cura sunt allatae, ab eodem in horto Regio excutæ, à D. Dodart descriptæ, ac demum à D. Chastillon delineatæ & ari incisæ silentio p̄æcer-eunda arbitramur: nam hoc operis Deo dante suo loco & tempore in lumen prodibit.

CAPUT PRIMUM.

De rebus Physicis & Historia animalium.

I. **Q**Uæ ad Physicam spectant, vel meræ sunt speculationis, vel ad *Physi-* *sum* vitæ aut corporis sanitatem referuntur, quæ ut tulit occasio, ea collegimus, si forte nonnihil utilitatis afferre possint.

Inter Physicas observationes primo loco reponamus Iridem quæ Ardega-vi anno superiori die 4 Julii fuit observata; hujus descriptio à D. De la Hite missa est. Sol in horizonte positus, in occasu rubeus apparebat, Iris itidem tum visa omni ex parte rubeo colore tincta.

II. Die 11 Martii D. Varignon systema suum de gravitate corporum exposuit, quod postea publici juris factum est.

III. Cum die 15 Aprilis de fontium origine sermo haberetur, D. De la Chapelle illud à se obseruatum ait, aquam pluviam ubi pingue offendit terram, in eam velut in craterem aut lacum coire, quæ paulatim intumescit, & saxe ad extimam usque sufficiente attollitur. Unde & alveoli in formam pedis anterini ducuntur aquis colligendis, sed multis in locis, ut in Belsia aquæ colligi nequunt, quod terra sit levior & poros per-via: ita ne nulla aquarum congeries, nullus crater efficiatur: ubi est aliqua declivitas, eò saxe aqua confluit.

IV. Eodem confessus die idem vir clariss. quasdam à D. le Brun p̄æstantissimo nostra ætatis p̄æstori, lineates humani vultus adumbrationes factas coram exhibuit quibus omnes animi affectus & perturbationes pulchre exprimuntur. Magnum queque succini frustum protulit quo musæ quoddam genus concludit.

V. Hoc in vegetatione plantatum animadvertisit D. Gallois, radices in

ANX. phiala aqua plena ante diffundi quam caulis crescet, ac ramos ea ex partibus, te esse etiamiores, qua radices sunt vegetiores.

V I. D. De la Hire dissertationem de plantatum, nutritione legit simul & quedam experimenta à se facta circa aëreas bullulas quæ in phialis aqua plenis emergunt, cum iis plantæ ad vegetandum fuerint impositæ. Lagenam vitream & amplam aqua impleverat per complures dies Soli expeditam: sed cum id tempotis cœlum nubilum foret, nullæ in imo vasis bullulae visæ sunt: ubi sereno aëre lagenæ calore Solis incaluit, magna bullatum multitudo quæ in fundo lagenæ formabantur, circa horam diei undecimam emersere. Cum autem præ solo aquæ calore tot bullulas sursum efficeri non facile sibi persuaderet, ac suspicaretur subjecti lapidis calore eas commoveri, lagenam loco movit, & ligno adhuc calidiori impo-
suit, tum vero bullæ fere ut in lebete cum aqua mediocriter ebullit, turmatum eruperunt. Deinde lagenæ fundum sic intra vas aqua frigida plenum aptavit, ut non amplius quam unius digiti latitudine mergeretur, sed nullæ esse bullæ tum prodierunt, tametsi lagenæ Soli esset exposita, & aqua multum caloris contraxisset. Et quidem ubi primum lagenæ extra aquam posita est, tum bullæ aëreas quæ prius parti infimæ vasis adhaerabant sursum elatae sunt.

V II. Hoc experimentum alteri occasionem praebuit, quo muscum superficie aquæ innatantem in fundo aquæ formari competit: nam patum limi in fundo hujus lagenæ visum subdidere, quod forte aquæ pluviae cum fontana admisit tribuendum; atque id advertit plantulas instar musci è fundo lagenæ sursum nisi, quæ ab aëris bullulis una coœuntibus secebantur. Haec bullulae filamenta in fundo retinuerant, sed cum aliis, quæ circa eas plantulas prodibant conjugatae, satis validæ factunt, quæ radices musci disiuniperent, & secum ad superficiem usque abiisperent. Unde aqua incalefaciente & partibus ejus vehementer commotis, aëris particulae in eucis illius meatibus antea conclusæ una coëtere & audiæ sunt. Cum autem pars vasis infima satis incaluit ut bullæ dilatentur, tum ex sursum emergunt & mole sunt majores, quâm ut prementi aquæ resistant: itaque super aquam efficeruntur.

VIII. Cum D. Le Brun inter pictores nostræ ætatis per celebris mense Februario obiussel, D. Du Verney aperito ejus cadavere cysticum canalem lapidibus plenum & vase multum dilatata reperit: tunique D. Dodart illud adverxit eos qui ex Istero motiuntur, majori ex parte profluvio sanguinis extingui, quod præ bile effusa sanguis fiat ultra quam par sit fluidus. Ego ipse tunc narravi quod nuper videram, Nulliaci tercia ab nube leuca, hominem hydrope vehementer laborantem, quem multum levavit Zona linteæ sale bene exsiccato & contuso repleta, circa lumbos appositi: Is per biennium adhuc vitam protaxit, cum antea ex tumore abdeminis pene moriturus videretur.

IX. Illud quoque mihi narratum fuit duos homines rusticos & ætate provocatos ex hydrope convaluisse, postquam se se in clibanum post panem extractum immisissent.

Ne id quidem prætereundum existimo à D. Du Verney testimoniū aquam

His subjecit D. Sedileau gemmas rosarum aquæ ardenti vini cum faccharo & cinamomo infusas, Soli per tres hebdomadas expositas, vulneribus, incisionibus & contusionibus mederi; alii balsamum Perisinum in eundem usum commendarunt. Illud in universum fuit judicatum utile esse vulneribus remedium, quod vi leniter astringente donatur, ut sanguinem sistat, & satis est volatile ut extravasatum sanguinem resolvat ac difflet, quod demum quodam vernice, ut loquuntur, seu liquore splendido & tenaci sic linit vulnus, ut acri occidat aditum.

Cum ea æstate cimices solito essent molestiores, idem D. Sedileau hos parietariam herbam querere, eique adhæreere monuit. Sublimati solutio-
 nem huic insectorum generi infestam esse uti & pediculis comprobavit. Ista quidem omittere nolui quod usui esse possint: tametsi non ignoro ejusmodi remedia à multis contenim.

IX. In id potissimum incubuit Academia, ut quæ jam publicatae olim fuerant animalium descriptiones, ubi se se dabat occasio & eorum copia aderat, accurato examini subjicerentur, ac si quæ forte decessent, supple-
 rentur.

D. Mery Cystim felleam Leonis exsiccatam subjecit oculis, in qua 7 ve-
 lut sepimenta quasi totidem tabulae erant, suo quæque foramine perviae,
 superiores vesiculæ se se in inferiores per illa foramina exonerant.

X. Die 17 Maii D. Teroude Chirurgus cujus jam fecimus mentio-
 nem, memorem informem extra uterum puerilæ 18 annos natæ repertam at-
 tulit, in qua erant capitis rudimenta quedam; nam duæ velut palpebræ
 pilis & glandulis instigatæ appatebant, frontis quoddam specimen linea
 nigra quæ supraciliï loco erat distinctum; plures capilli satis longi in fu-
 niculum contorti supra frontem exstabant, qui funiculus cum fasciculo
 capillorum erat implexus. Sub majori angulo oculi, duo dentes duri &
 candidi molarium cum gingivis, 3 lincis longi eminebant, tertius,
 isque major sub prioribus natci videbatur. Duo alii dentes velut maxilla
 inserti videbantur sub quedam foramine co fere loco ubi aures collocantur,
 hæc meles informis membranæ duobus in locis adhærebat, hoc mon-
 strum à D. De la Htre fuit delineatum.

XI. Locustum quæ magnas Poloniæ & Lituaniæ regiones vastaverunt,
 formam & historiam typis excusam legit D. Galloys. Paucis post diebus
 vir clariss. D. S. Uffan ejusmodi infecta ad se è Polonia missa coram ex-
 hibuit. Vulgaribus locustis non adinodum esse dissimiles existimabat D.
 Sedileau; sensis alis munichantur, terminis ex unoquoque latere.

CAPUT I I.

De iis quæ ad Matheſim ſpectant.

I. **D**ie 28 Januarii D. D. Desbilllettes , & Hebert in supremo Sena-
tu patronus pontis Versatilis , *Pont tournant* , quem in Sequana
conſtructum curaverant , ſimul & machinæ exhauiendis aquis deſtinata
tipos attulerunt. Pons ille à D. Hebert , machina hydraulica à D. Desbill-
lettes fuit excogitata. Utraque machina ingeniosa & utilis viſa eſt.

II. Quasdam Heronis Alexandrini propositioſes ex libro de ſpiritalibus
deceperat , propoſuit D. De la Hire , quæ minùs vera ab eo fuſt judica-
tae , eaſque correxit. Hujus libri examen in aliquo congreſſibus continua-
vit. Inter ea quæ annotavit plurima , machinam quæ ab Herone gutta vo-
citur , explanavit , quod aquam guttatum per Syphonem emittat , ubi ca-
lore Solis vitrea ampulla incaluit. Atque hujus machinæ occaſione qua vi-
quave ratione ſuccus per fibras plantatum ſurſum eluetetur , explicare in-
gressus eſt. Quod argumentum poſtea uberius pertractavit.

III. Die 5 Martii D. Cominiers horologij portatilis figuram linearem
dedit , cujus Auctorem ait eſſe D. Harquin in eo genere opificii valde in-
dutriūm ; ſtructura ſimplicior & à vulgaribus diverſa viſa eſt.

IV. Ut à Mechanicis ad Astronomica veniamus , D. Cassini theoriam fa-
tellitum Jovis perpolivit , & in variis congreſſibus legit. Systema ſuum
circa inæquales ſatellitum motus expoſuit , novas obſervationes circa Jo-
vem , illius maculas & ſatellites , atque eorum umbras protulit.

Nova in Jove macula ſe videndam præbuit , cujus revolutio ſix minutis
tardior quam primæ jampridem cognitæ inventa eſt. Multa circa hujus
macula ſitum , & motum necnon circa recentes Jovis Zonas obſervata ab
eo fuere.

V. Cum die 2. Auguſti Rex magræ Britanniæ Il'ustriss. Auguſtodenun-
ci Epifcopo inſinuauerat , ſe Regium Obſervatorium inviſere velle , id ipsum
à D. De Louvois D. De la Chapelle nuntiatum eſt , ut Academici omnes
die conſtituto , nempe 23 Auguſti cō convenienter circa horam decimam.
Principibus Angliae viris comitatus Rex aduenit. Tritis Orientalis partem
inferiorēn prium inviſit , ubi quæ nocte proxiما ſtātē fuerant obſer-
vationes circa Saturnum & illius ſatellites , eſt contemplatus. Illud impri-
mis obiter notatum ē quinque Saturni ſatellitibus quatuor in hoc Obſerva-
torio fuſile repertos , præter eum qui multis ante annis à D. Hugens Aca-
demiae ſocio unā cum annulo ejusdem Planetæ deprehendens fuerat , adeo
ut nunc quinque illius Planetæ comites in confpectum veniant , qui aſtra
Ludovicæ appellantur , iisque cum Jovis quatuor comitibus , & leptem er-
rantibus ſtellis ab omni ævo cognitis juncti ſumnum 16 Planetarum ef-
ſiciunt.

VI. Placuit M. B. Regi horum ſyſtema & magnam motuum varietatem in-

tento animo contemplati : qui postremo detectus est & Saturno proximus *Astro-nomica* intra diem unum & 21 horas periodum suam absolvit , quam quintus , quique à D. Cassino primo fuit deprehensus , intra dies 80 conficit. In quo illud est singulare quod in unaquaque sua revolutione cum partem suæ orbitæ Orientalem peragrat , per mentem & amplius sui copiam non faciat. Vix aliam hujus Phænomeni causam afferri posse præter extimæ sufficiet in hoc Planeta dispositionem , ita ut pars illius lumen Solis quoquo versus regetat , ex altera non item. Illud quoque est animadversum hoc Phænomenon nulli ex Planetis convenire ; sed , hoc illi esse commune cum stella fixa quæ sita est in collo Ceti , quæque per 7 menses conspectum fugit , & per 4 menses oculis subjici potest ; ita ut 11 mensibus exactis consimili splendore recurrat,

Nocte praecedenti secundi satellitis Jovis eclipsis observata fuerat , quæ causam sermoni dedit de utilitate harum observationum cùm ad Geographiam , tum ad Navigationem. Hunc satellitum Jovis usum , ubi primum à Galilæo sunt detecti , prospectum fuisse monuit D. Cassinus , sed ante constitutam Academiam illum exequi non datum , priusquam Ephemerides & tabulæ motuum magno studio eissent elaboratae. In id potissimum incubuisse Academiam , ac Regem Christianissimum , quantæ id foret utilitatis gnatrum misisse Academicos in varias orbis terrarum plagas , qui satellitum immersiones & emersiones explorarent , & suas observationes cum iis quæ iisdem temporibus hoc in loco fiunt , conferrent. Nam inter se collatas inveniendis longitudinibus seu meridianorum differentiis magno usui futuras noverat.

VII. Rex magnæ Britanniaæ se jampridem ea de re cettiorē factum ait , observationes ab Academia factas quæ navigationi sunt pertinentes , cum D. Flamsted (cui Observatorii Anglicani cura est demandata ,) & cum quibusdam aliis Regiæ Societatis viris fuisse communicatas , D. Halley per integrum annum in Insula S. Helena commoratum , id compensisce , chartas maritimas magois erroribus esse vitiatas , locorum situs & distantias non mediocriter à veris aberrare.

Id verò à D. Cassino confirmatum fuit ex differentiis longitudinum quæ in tabulis Geographicis sunt designatae , quaque ab iis quas satellitum eclipses tum in hoc Observatorio , tum in Siamensi & in Sineri regno observarunt Patres Societatis Jesu à Rege Christianissimo cō nassis ut Mathematici Regii , mirum quantum disident. Cum Rex M. Britanniae vehementer assensus adjectit , in id quoque Angliae Astronomos studium suum contulisse , ut tabulae Geographicæ ex differentiis meridianorum per satellitum eclipses emendarentur.

VIII. Id operis in hoc Observatorio suscepsum fuisse innuit D. Cassini , atque instar ejusdam sp̄cimini planis herium terrestre in pavimento turris Occidentalis fuisse delineatum quoad fieri potuit accuratissime. Placuit Regi illud intueri , cumque ex una in aliam turrim se conserteret , D. Cassinus qua ratione vitra optica sic aptati possint , ut res objectæ cùm in cælo , tum in terra citra tubos conspiciantur , exposuit. Qua quidem methodo usus fuit in detegendis novis Saturni satellitibus. Vitium objectivum

ANX. 100 fere pedum, fenestrae quæ ad Septentzionem dirigunt à D. Hartouz
 1690. ker Batavo elaboratum, sic possum fuerat, ut per oculare vitrum in
 Australi porta erectum res objecta eminus sita in urbe ipsa cerneretur.
 Negavit illud esse necessarium, ut radius visualis ab uno ad alterum
 vitrum productus objectivo perpendiculariter insit; sed multis cum
 gradibus inclinari posse, nec quicquam de perspicuitate rei objectæ, aut
 distincione ejus visione propriea decidere: adeo ut in ea quam dixi-
 mus vitrum distantia, oculare per totam porticus Observatorii lati-
 tudinem moveri loco possit, quod diversæ res objectæ dextrorum & sin-
 strorum positæ objectivo vitro penitus immoto cernantur.

X. Illud etiam Regis Majestati inserviatum, quante sit utilitatis hæc
 vitra disponendi ratio in ipsis fiduciarum observationibus. In hunc usum tur-
 ris lignea alta 120 pedibus Regis Christianissimi Iusti Marliaco translatâ est,
 ubi attollendis aquis inserviet. In ipsis turris angulis tigilla sunt disposi-
 ta per quæ machina ducitur, qua vitrum objectivum ad Astri locum diri-
 gitur, dum oculare manu tenetur pedi suo insistens, in quo liberè move-
 tur penes foci ab objectivo distantiam.

X. Planisphaerium terreste à D. D. Sedileau & Chazelles primum de-
 lineatum juxta ejus emendationem ab Academia factam Rex contempla-
 tus, simul & loca, eum ab Academicis in diversas orbis partes Regis Chri-
 stianissimi Iusti missis restituta, nimirum à D. D. Picard, D. la Hite,
 Richer; Item à D. D. Vatin, Du Glos, & Deshayes qui in Daniam, &
 in extremas Galliæ oras, in Promontorium Viride, Antillas; tum à Patri-
 bus Societatis qui in Bonæ spei Promontorio, in Siamensi regno, & Orien-
 talibus plagiis veras longitudinum differentias multò minores esse quam quæ
 in tabulis sunt delineatae, compererunt.

XI. Hæc ita se habere Rex ex eo ipso comprobavit, quod cum in An-
 glia exploratum esset, quantum spaci gradus unus circumferentia maximæ
 in terra circuli occuparet, multo id majus quam ante creditum fuerat,
 inventum sit. Nam 72 Angliæ milliarum uni gradui respondere compre-
 sum est, cum antea ad 60 tantum milliarum patere vulgo persuasum esset.
 Quæ hac in re sunt usurpata milliaria quæ 5000 pedes Londinenses continent,
 Ad hæc à nonnullis qui tum aderant, responsum fuit, jam ab exordio pe-
 ne nascentis Academiæ anno 1669 id negotiū ab ea suscepimus, ut quam
 accuratissima unius gradus terræ mensura haberetur. Quod per magna trian-
 gula sibi mutuo connexa factum fuit, atque ea ratione conclusum, unum
 maximi terræ gradum circuli 57060 hexapeds Parisienses contineat.

XII. Cum autem Rex illud postulasset ut hæc mensura cum ea quæ in
 Anglia reperta fuit, consenseretur, id se fiduciarum recipit D. C. Sini. Illud quo-
 que subiecit hoc Academiæ fusile propositum, quo certior & magis explo-
 rata habetur terra dimensio, quantum patet Galia regnum à Boreâ in
 Austrum dimetiri; Jamque lineam Meridianam Observatorii Dunkercom
 usque ex una parte, & in Borbonium tractum ex altera productam, &
 per triangula sibi mutuo juncta quam diligentissime dimensam. Qæ quia
 diem ratione octo circumferentia gradus explorati habebuntur, n. que in ea
 dimensione major iuvenerit error quam in uno gradu. Id vero primi magni-

esse momenti ad Geographiam & navigandi artem, ut certa & fixa habeatur *Astro-*
mensura, quantum fieri potest, accurata, qua gradus in leucas & millaria, *nom.*
 ac vicissim leucæ in gradus reducantur. Id quoque Rex M. B. subjecit jussu
 suo distantiam inter montem trium rupium prope Dublinum & montem
 dictum Promontorium Sanctum in Anglia per triangulum, cuius basis nota
 erat & anguli ad tres usque rupes, distantiam præbuerunt 46 milliarium
 cum semisse. Tum verò subjecit D. Cassini distantiam Caleum inter &
 Dubridis arcem à D. De la Hite indagatam quoque fuisse, eamque in-
 ventam esse 21360 hexap. tameti majorem tabulæ exhibeant distantiam.

XIII. Rex M. B. in Planisphærio loca designavit quibus navium gu-
 bernatores Angli iter in Indias tentauint inter Boream & occasum Solis;
 nihil magis obfusse quam nebulas que in iis regionibus de die cœlum &
 terram subducunt oculis; ita ut nocte tantummodo ad stellas fixas naves
 dirigi possint. Id visum esse D. Vossio hibernum tempus navigationi oport-
 unius fore discussa caligine. Anglotum itinera per fretum Magellanicum
 commemoravit, & alias vias in mari pacifico tentatas, ubi in æquali ab
 Äquinoctiali distantia longe acrius frigus experti sunt. Sic bihemem magis
 favere in Canadensi regione quam in Gallia sub iisdem parallelis animad-
 versum: adeò ut aëris tempesties ex sola climatis positione non sit repe-
 tenda.

XIV. Tum forte quadam de Insula Taprobana veteribus non inco-
 gnita sermo incidit. Hanc à nonnullis Geographis recentioribus in Insula
 Ceilan, ab altis in Sumatra reponi. Situm illius qualis à Ptolemæo descri-
 bitur, cum Maldivis insulis magis convenire existimat D. Cassinus: hæ
 sunt insularum congeries de quibus nulla apud veteres fit mentio. Tapro-
 banam insulam juxta Promontorium Cori Ptolemaeus collocat, quod in
 mare longius proiectum inter Indum & Gangem vix aliud esse potest
 quam Promontorium quod Commorinum nuncupatur in eodem situ pos-
 tum. Idem Taprobana sub Äquinoctiali constituit ab eo in duas partes
 inæquales sic divisam, ut pars major ad Boream, minor ad Austrum de-
 fluet. Atque hæ insulæ ab Austro ad Septentriones eo fete modo porri-
 guntur, quo Ptolemæi Taprobana. Ille referente Picardo vehementi maris
 profluenti sunt expositor, qui in rupes illis us interdum quasdam secum abripit,
 ex quo per angustos canales à se mutuo sunt disjunctæ. Sic auctore Linscotio,
 Malabaricæ insulæ olim continentí cohærentes, vi currentium, ut vocant,
 sejunctor fuerunt, ac forte ex iis potuit Taprobana insula coalescere.

XV. Planisphærium deinde ex aigento conflatum Rex M. B. inspexit
 quod D. Cassini olim jusserrat faciendum industrio artifici D. Butterfield Anglo,
 quo Astronomici calculi & operationes majori compendio & facilitate fie-
 rent. Machina triplici systemati Ptolemæi, Copernici, & Tychonis ex-
 plicando in parte posteriori sic aptatur, ut iisdem phænomenis exponentis
 omnino inter se convenient. Rex primum hæc considerans ad planetarum
 circulos advertit animum, qui in vero situ & in justa proportione positi lon-
 gitudines à Sole & terra visas, distantias quoque à terra indicant, idque
 ope regulæ in plures partes divisæ, cuius usum simul & unum systema-
 tum concentrum approbayit. Cum annulum vidisset Astronomicum ejus

ANNO. diametet est unius pedis, quique horarum minuta simul & magnetis declinationem exhibet, huic consimilem à se visum ait, Rex M. B. neque aliud esse instrumentum indagandis horarum momentis in ipso itinere magis idoneum.

XVI. Ex occasione Magneticæ declinationis quæ per annulos tam facile innotefecit, cum de iis quæ Lutetia & altis in locis factæ sunt observationibus circa illius variationem sermo habetur, quædam in Anglia regulis circa illas deviationes inventas esse Rex M. B. admonuit, atque Ephemerides hujus variationis ad decennium usque fuisse descriptas, quæ cum observationibus satis apte consentiebant. Has utique observations in magno hemisphærio excavato, quod in palatio Regio v. Vrithal, est collocatum, factæ fuisse, in quo hemisphærio regnante Jacobo I. Linca Meridiana summa cura fuit delinata. Illud quoque subjecit, ex hoc hemisphærio cum pendulis comparato nonnullis discriminis inter horas matutinas & vespertinas animadverterum fuisse, quod refractionibus quæ mane paulo majores sint quam vespere, tribui posse suspicatus est D. Callinus, qui illud judicabat difficultimum certas variationum quæ in acu Magneticæ contingunt, regulas statui posse: cum permagna inæqualitas Parisis observata fuerit, ac longissimo temporis spatio opus sit, quo variationum leges comprobentur: hanc tamen tentare viam laudandum arbitrari.

Cum multis ea de re sermo haberetur, tum Rex D. Neuton & aliorum, qui terræ figuram non omni ex parte rotundam ex variis circa Versorium experi hentis esse judicabant, opinionem retulit. Hanc utique D. Cassini ex quibusdam observationibus circa Jovem factis ottam esse existimabat. Nam Jovis discus non undique rotundus interdum apparuit: sed tamen umbrae telluris pars illa quæ in eclipsibus Lunam obducit, cum sit circuialis, id fere persuadet terræ figuram à Sphærica non multum abesse. De telluris figuri non perfectè Sphærica conjecturam ex observationibus quas viri crucis ab Academia missi in Antillas, & in Vitide promontoriū fecerunt confirmari utcumque posse: nam pendula quæ secundis quibusque minutis vibrationes suas efficiunt, contrahere iis in locis oportuit. Sed fors est ut discrimin illud in aëris temperiem sit recipiendum, cum eadem in regione aliquantum discriminis hicmis & æstatis temporibus observetur. Illud vero quidquid est discriminis, constituendum foret, ut pendula essent certiores tantorum mensuræ.

XVII. Hæc pendula permagni usus esse posse in navigatione exceptit Rex M. B. Argum nonine Holms navis gubernatoriem duobus pendulis inter se collatis usum esse, atque id bene processisse. Hujus rei in Galia factam esse experimentum, à nonnullis qui tum aderant, insinuatum. Hoc cum D. Hugens faciendum proponuerat: eis multe incurvant difficultates, id tamen fatendum est, ex multis pendulis inter se collatis quiddam utile longitudinibus locorum in medio Oceano inveniendis excipi possè.

XVIII. His utrumque circa pendulorum usum dictis, Rex in eum locum ubi machinae reponuntur descendit, ac præter cæteras illa quæ à D. Romer excogitata fuit & à perito artifice D. Thureto fabricata, Regis

oculos in se convertit. Eclipses omnes qua futuras qua præteritas nullo negotio in Noviluniis & Pleniluniis demonstrat. Alteram quoque Planetarum motibus explicandis juxta sistema Copernicanum ab eodem auctore inventam non sine admiratione quadam est contemplatus : nam planetæ unius & ejusdem motus vi circa Solem circuitus suos absolvunt.

XIX. Hinc varios earum machinarum typos oculis lustravit , Rex M. B. quibus graviora tolluntur pondera. Ex iis aliquot in navibus sunt usitatæ & ad utiliorem formam redactæ , cujusmodi est illa machina vulgo Cabestan dicta , qua ad Axem in peritrochio revocari potest : qua ratione illæ machinæ cl. sibus quibus præfuerat , aptatae essent , quave arte fuisse fabricatae exposuit , simul & docuit non raro id accidisse ut ejusmodi machinæ male constitutæ homines interficerent.

X. Hydraulicas quoque machinas aquis sursum tollendis Rex M. B. conspicatus , de iis quæ ab Equite Morland fuerunt excogitatae , ac de aliis quæ ab Anglo nomine Gourdon inventæ fuerunt , quasque ceteris anteponebat , disseruit.

XXI. Hinc varia machinarum genera subvehendis ponderibus accommodata contemplatus , & illam maxime à D. Perrault repertam , qua pondera libramine quodam sursum tolluntur ; deinde illam quoque intento animo conspexit quæ tum temporis ab Architectis adhibebatur in construendo illius ædis concamerato fastigio , quæ Regis Christianissimi solita munificientia in usum militum qui in bello membrorum capti regis sumptibus aluntur , est exædificata , idque singulari studio Marchionis de Louvois cui publicæ hujus domus cura fuit à Rege demandata. Hæc machina est ejusmodi ut vis motrix longissime à pondere subvehendo applicetur.

Pontis quoque portatilis à D. Couplet excogitati formam Rex M. B. expendit : hujus pontis supra mentionem fecimus. Illius partem aut lignum miles defert & in momento temporis figit , dum in fluvii tipa sumum sit solum aut saxum.

XXII. Rex M. B. occasione data cum de machinis ab Equite D. Morland sermo haberetur , duas protulit aigenteas laminas , fere ut duo numismata , quæ per multas ætates & quolibet anni die proprie , hebdomadae diem indicant , una juxta Julianum , altera juxta Gregorianum Calendarium. Sed ipsemet advertit posterioriem usum esse non posse , elapsò hoc præsenti sæculo , quod illius diei qui exente sæculo subducendus est , habita ratio non fuit. Idque D. Cassino præbuit occasionem de tabula ab eo constructa disserendi , quam in usum perpetuum Calendarii Gregoriani pertexuit , hanc postea Regie Majestati obtulit.


XXIII. Cum Meridiana instaret hora ad Turrim Occidentalem secundæ partis ædium itum est , in qua erat speculum ustorium ab industrio artifice D. Villette fabricatum , aigentum in foco speculi in momento pene fusum est.

XXIV. Instrumenta à D. Sedileau præparata Rex M. B. invisit tumque altitudine Solis Meridiana explorata , ad eam portatilia sua horologia excgit ; unum ex iis quiddam singulare habet quo hora & quadrantes horarum circa strepitum iterantur , ubi certo in loco dígito premitur.

ANN. XXV. Libella qua D. Picard usus fuit in libiandis Versalia locis 1690. considerata , Rex in planam fastigii superficiem condescendit , ubi erant vasa quædam quadrata , quibus D. Sedilean ex mandato D. De Louvois jam ab aliquot annis pluviae decidentis , & illius quæ in vapores dissipatur quantitatem dimensus fuerat. Isque pluviae quæ abhinc biennio majore copia intra 24 horas decidit , 14 linearum altitudinem non superasse ostendit ; vertente anno ad 17 aut 18 pollices sublatam , ac maximam quæ 24 horarum spatio exhalationem contigerit , ultra 2 aut 3 lineas non excurrille.

In his colloquiis tantam Rex M. B. etuditionem & peritiam in magna rerum varietate ostendit , ut nos omnes qui tum adsumus , admiratione simul & veneracione ob singularem ejus humanitatem & comitatem impleverit.

XXVI. Mense Decembri nova in Jove macula visa est , quæ per aliquot dies à D. Cassini fuit observata , ut & novæ fascie quæ in hoc planeta visæ sunt ; postea observationes suas cum aliis ante 24 annos factis , cum Jupiter in Perihelio versaretur , contulit , ac phæses satis consimiles appuerunt : Verum ea de re redibit sermo. Die 10 Novembris Mercurius à P. le Comte visus est in Sole instar nigrae maculae , intra tres horas cum semipse discum Solis peragravit.



S E C T I O O C T A V A.

De iis quæ gesta sunt , anno 1691.

AB iis ordiamur observationibus Physicis , quas miserunt patres Societatis : nam ex sunt si quæ alia , speculacione dignæ.

C A P U T P R I M U M.

De Physicis observationibus.

I. **P**Atres Societatis ex Indiis Orientalibus suas observationes cum Physicas , tum Astronomicas miserunt quæ anno 1692 cum annotationibus P. Gouie in lucem prodiere & eorum summarium in Acta Academiae die 31 Junii ejusdem anni collatum. De his quæ ad Physicam spectant hoc loco di. endem.

Primum illud fuit observatum à P. Beze non omni ex parte verum esse , quod vulgo creditum est , calorem acriorem esse in locis que lineæ Äquinoctiali sunt viciniora ; 2 liquorum in vulgaribus Thermometris cuiusmodi à D. Hulin elaborantur , non ultra 78 gradum Siam ex parte ascendeat , & ad 52 usque gradum Hiberno tempore interdum deprimit . 3. Mensibus Martio,

Mattio , Aprili , Maio , Octobri , Novembri & Decembri actior est *Phy-*
ætus. Nam mensibus Junio , Julio , Augusto , & Septembri ær in ea
 imbretem soluitur . Aquilo cum fere dominatur , Augusto impensis &
 Septembri qui assueta præseruit huic cœlo corpora majori frigore af-
 ficit.

II. Malaca quæ duobus gradibus à linea distat , satis temperato frui-
 tur cœlo : idem pene calor & moderatus semper viget , adeo ut per 7
 menses spiritus viu in Thermometro inter 60 & 70 gradus pene semper
 consistere visus fuerit. Illa tempestes hinc oritur , quod unaquaque h. b-
 domada semel aut bis largior imber decidat. Huic finitima Sumatra hanc
 vaporum cepiam suppeditat : nam & imbres & procellæ ibi crebrae sunt.
 Unde & tempestates inter Tropicos frequentes quæ non diu seviant , sed
 cum ventis actioribus : conjunctæ sunt : Circumjectæ Malacæ regiones
 amoenitate sua ac soli ubertate commendantur ; omne genus fructuum
 profertunt qui bis in unoquoque anno renascuntur.

III. Bataviæ calor actior est ; isque circa Promontorium Coromandel
 & in finitimis regionibus arenosis urit fortius , præseruit Junio & Julio
 mensibus. Januario autem mense cum remissior est calor , qui Thermome-
 tro continetur liquor , ad 60 usque gradus ascendit , cum mense Junio ad
 84 usque gradum elatus esset. Solum plane stile foret , nisi anniversarii
 imbres qui per 4 menses decidunt , terris fertilitatem affirment. Incole in-
 gentia aquarum receptacula aut lacus effodiunt , ex quibus rivi ducuntur in
 subiectas terras , ubi præ siccitate que ex iuxta 7 mensibus durat , valde inani-
 muuntur. Unum ex his receptaculis obseruauimus Societas , cujus am-
 bitus tria passuum milia patebat ; per tenuas reseptas estis aqua singulis
 diebus vicinas terras altuebit.

IV. Illud in cœlum statu potest , calorem in Indijs non sumpsi mo-
 dum molestum esse : certeque enim assuci homines hunc faciliter fe-
 runt , ventus lenis conuictus inter fluvia ab Aquilone , vel ab Austro. In his regio-
 nibus qui ab Aequinoctiali Râca ad Boream declinant , Aquâlo ab Octobri
 mense ad Mattii extremitateque dies spirat. Tunc ab Aprili ad Septem-
 brem usque fluvia Austræ ; vix Motiones v. *Les Moussons* , satis regulares
 recurrunt. Unde pluviarum cœla sunt tempora , nec tamen in diversis re-
 gionibus , istud pluviae terribilis decidunt. In Siamensi regno à mense
 Junio ad Octobrem continuantur : Bataviæ à Novembri ad Mattium & quæ
 extra hac tempora raro sunt pluviae , raro in Malaca.

V. Malacæ sereno cœlo & liquore in Thermometro ad 69 gradus
 subtilio , hydriægryus ad 26 pollicum & 6 linearum altitudinem in Bi-
 rometrio suspensus erat. Atque illud universum ab his observatum sicut
 in maiore æstu hydriægryum nonnihil deprimi , etiam si eadem sit æris se-
 tercas. Multa alia circa vim electricam æris in Buometro facta sunt ex-
 perientia , quæ in publicum sunt emissa cura & studio Doctissimi viri P.
 Gouii , Mæthæsos in Collegio Ludovici Migni Professoris.

VI. Mitto varias observations Physicas quæcumq; mentio facta est in Actis
 Academæ , aut Miscellaneis quæ Gallico scilicet anno insequenti edita
 sunt ab Abbe D. Galloys. Nam ea diligentia & perspicuitate sunt ex-

ANNO. prelata ut operam nostram minime desiderent. Hujus generis ea sunt quæ
1691. D. Sedileau circa pluviae quæ uno quoque anno decidit quantitatem obser-
vavit. Eam Lutetiae singulis prope annis ad 19 pollicum altitudinem effetti
comperit. Intra 24 horarum spatiū non ultra 12 aut 13 lineas visa est
ascendere.

Vertente anno ad 32 usque digitorum altitudinem in vapores difflati so-
let; major sit ejus resolutio in angustioribus vasis quam in amphoribus
cum omnia sunt utrobique patia; maxima fuit exhalatio intia unius dici
spatium 3 linearum cum semis, cum mense Junio calor esset aceritus.
Sceno & gelido cælo sequi linea fuit immunita intra 24 horas: ad.ò
ut tandem pene omnis aut calore teret & infestibili exhalatione diffletur.

VII. Hinc multa ciuantur circa fontium originem & illuminum lapsus;
circum vaporum qui è mari effertuntur & in pluviam concrescunt, copiam,
quæ in memoratis actis & in iis maxime quæ die 31 Maii anni 1693 data
sunt, copiosè explicantur. Qua Methodo, quæve ratione usus fuerit D. Se-
dileau in iis omnibus explorandis, acta mensis Februarii anni 1692 dilucide
exponunt.

VIII. Cum aliquot ferreæ rubiginis frusta Carnuti in eisdam turris
ruina reperta essent in Magnetem conversa, quæ ad D. De la Hire sunt
missa: circa vim magneticam ab ea rubigine contractam conjecturas suas
proposuit, quæ in lucem tum prodierunt. Multa quoque à P. P. Fontenay &
Richard circa declinationem Magnetis & ejus varietatem sunt observata.
Ex quibus suspicari licet hanc ab universali causa oriri, quæ cum analogia
quadam ubique vim suam exeret, nisi cause particulates intercederent:
nam ab anno 1686 ad annum 1688 Lutetiae & Siam ant potius in oppido
Lucca eadem pene ratione est immunita. D. Varignon suas de duritate con-
jecturas proposuit quæ in Actis anni 1692 continentur die 14 Februarii:
D. Dolar gemmas, quales tum temporis sunt in arboribus, suis cibductas
in volucris palmam exhibuit, fructus quoque attulit, qui ex una parte mala me-
diata, ex altera erant mala aurea.

D. De la Hire quorundam fructuum qui florum expertes vulgo habentur,
delineatas ostendit figuræ, in quibus flores omnibus suis partibus instructi
conficiuntur.

C A P U T I I.

De iis quæ ad Anatomiam & historiam Animalium spectant.

I. **C**irca historiam Animalium & Anatomen complura in Academia à
D. D. Du Verney & Mery sunt animadversa, caue speculatione
digna. Hic partes generationi destinatas in histriæ feminæ, fibras cutanei
musculi & aculeorum motrices novo examini subjecit.

Sic D. Du Verney in stuthione eadem discussit organa quæ procreatio-
ni serviant, caue delinquit D. De la Hire, structuram oculi, trochlearum
& faniculi quæ velo subducendo ante cornicem inserviant, artificium ostend-

dit, quave ratione glandula lachrymalis inferior liquorē suppeditat ex. *Phyt.*
timus oculi partibus abluendis. Illud quoque ab eo fuit observatum pīces *sic.*
ova sua non projicere nisi postquam facta est sexuum conjunctio, quæ in
momento temporis efficitur. Ac simul id admonuit, glutinosum humorem
quo ratiū ova intet se devinciuntur, in oviductu anteā contentum
fuisse, ac per patrum hujus liquoris in aqua diffundi insit gummi Traga-
canthi quo ova intet se agglutinentur.

I. Multa à D. Mery circa tres cordis ventriculos in testudine marina,
& communicationem dextri cum sinistro situ per foramen ovale animad-
vertit, unde pleraque deduxit circa usum ovalis foraminis in fœtu quæ in
Miscellanea Academice anni 1692 mense Martio collata sunt. Hinc quo-
que varias misit conjecturas circa fœtus & testudinis respirationem, quæ
inter peritissimos Anatomicos nonnullis disceptationibus usque eruditis lo-
cum dedit, unde lux aliqua huic scientiæ afferti potest.

III. Die 1 Decembri D. D. Tournefort & Homberg ab Illustriss.
D. De Pontchartrain selecti sunt, qui inter Academicos cooptarentur, inque
ab Illustriss. Abbe D. Bignon sunt in consilium admissi.

IV. Sub finem anni 1690 insecta quæ mali aurei ramis & foliis adhæ-
rent D. D. De la Hite & Sedileau obseruare cœperunt, quæque postea
sunt diligentius prosecuti. Primum macula nigra visu sunt, microscopio
subiecta viva animalcula pedibus & antennis instructa apparetur : sub
finem Decembri jūm quædam ex iis ad unius pene lineæ longitudinem ex-
creverant. Ineunte vere multum aucti sunt & arbori per exilia quædam
stamina sic agglutinata, ut vix avelli possent : squamosa erant, nec facile
dignosci potuit quia parte alimenta sumerent, subrubrum quoddam punctum
inter anteriores pedes, idque depresso videbatur. Quod oris loco esse sus-
picatus est Dominus De la Hite : trium & amplius linearum longitudinem
assecta in cuncte Junio ova excludere cœperunt quæ inter se
erant connexa. Intra unius horæ spatiū 12 fere ova emittunt. Post-
quam magnam ovorum multitudinem excluderunt haec animalcula quæ v.
Cimices appellant, paulatim absescunt : squama durior facta haec ova legit,
& ab iniunctis aëris tuerit. Quo tempore cœnit, vix exploriam haberi
potest. Nam ab initio veris arbori per filamenta adhaescent, adeo ut par-
va admodum cœnire necesse sit. Horum diversos status & figurās in actis
Academie mensis Januarii anni 1692 invenies.

C A P U T III.

De rebus Math. et. phys.

I. **H**ic annus novis observationibus Astronomicis insignis fuit. Anno
1690 mense Decembri D. Cassini novis in Jove maculas & fascias
componerat, quas brevi post tempore publico scripto descripsit. Unde he-
catae & macula in Jove prodeant, quidve haec phenomena cum iis
quæ in terra certimmo habent communē, quantum lute subiecta materia

ANN. aucto abstusa, exposuit. Quod si, inquit, è cœlo telluris orbem con-
1691. tueri licet, Oceanus terræ circumclusus fere ut major illa australis fascia
qua globum Jovis integrum cingit, Mare Mediterraneum, ut alia Jovis fasciæ
intercisa, reliqua maria ut majores quædam maculae, sed obscuræ viderentur.
Insulæ speciem macularum, sed splendidiorum præ se ferrent, omnes eadem
semper apparent. Nives quibus maximæ terra partes interdum teguntur,
splendidius quidem lumen, sed instabile regerent; æstus matis recipro-
cus & etebiæ exundationes alias subinde maculas intermixtæ exhiberent, in-
terim oculis subducerent: postremo nubes & vapores atmosphærae nostræ
fascias illas Jovis ac maculas fugaces & incertæ figuræ variis agitatas mo-
tibus utcumque adumbrarent.

Ac fortè omnes illæ mutationes quaæ in Jovis globo ecriuntur, singulis
Jovis circa Solem revolutionibus, hoc est, 12 annorum spatio, aut saltem
certis temporibus periodi 83 annorum, qua Jupiter cumdem cum Sole si-
tum & itidem in Zodiaci punctis obtinet, eadem quoque mutationes re-
currerent. Quemadmodum quaæ in terra mutationes contingunt, certas
habent revolutiones, quique à cœlo terram conspicere, eadem statim
temporibus reduces conuenerent. Quæ fortitan conjecturæ temporum lapsu
his phænomenis nonnihil lucis affuerint.

II. Vaiue ejus generis mutationes hujus anni decursu in Jove conti-
gerunt quas summo studio observavit D. Cassini. E tribus fasciis qua pro-
pior est centro a Boream deflectens semper sui copiam fecit, non sine
aliqua sui mutatione. Duæ in illa macula à D. Cassino observatae mense
Octobri, eæque splendidiores: sub finem ejus mensis duæ aliae sibi mu-
tuò opposita visæ sunt, quaæ 9 horarum spatio & 51 minutis suis absolu-
tebant periodos. hæc fascia paulatim contracta est, cum duæ hinc inde
postea fuerint ampliores, quasi media fascia in alia se se effundere &
exundaret. Sub finem ejusdem mensis 7 aut 8 versus Austrum obscuræ &
ibi proximæ fascie sub conspectum venere.

III. Qubus ex causis eæ fasciæ predite potuerint, simul & alia in
Jove phænomena, novas itidem maculas & eatum revolutiones conjectu-
ris est persecutus, que pulchritè exponuntur in Actis mensis Januarii anni
1692, ubi carum figuræ aptæ sunt delineatae: satis nobis fuerit ista leviter
attigille.

IV. Illud unum subjiciam eo loco annotatum, ante annum 1690
Iovis in Jove visis non esse maculas. Tum vero Jupiter erat Perihelius,
sui Soli viarius, & tamen oppositioni cum Sole proximus. In aliis hujus
planeti periæclisis D. Cassini quædam mutationes in fasciis depicthendit:
sed eæ non erant tam variae & multiplicies quam qua anno 1690 visæ sunt:
forte id contigit quod Jove longius à Sole distito que in ejus globo acci-
derunt, ea conspicere non licet, quemadmodum anno predicto cum Ju-
piter esset Soli pene oppositus & simul perihelius. Expectanda est consimilis
Jovis oppositio, si forte cadens macularum multitudine te prodat.

V. Majores in maculis quam in fasciis mutationes acciderunt. Quæ
erim macula die 5 Decembrii anni 1690 inter medium & Australem fas-
ciæ apparuit, die 23 eisdem mensis in tres divisa est. Quæ medio erat

loco, periodum suam intra novem horas & 51 min. absolvebat; eadem *Ajra-nomica* macula & in eodem situ mensibus Januario & Februario se videndas pia- buere. In hemisphærio altero nova adhuc macula inter duas fascias centro viciniores & obscuras prodiit, cuius revolutiones eodem temporis spatio 9 hor. & 51 min. peractæ. Eodem mense aliae due prodiere iis consimiles quæ die 13 Decembbris, & iisdem in locis positæ, adeo ut easdem fuisse persuasum habuerit D. Cassini. Quatuor maculas initio rotundas, tum sensim in longum portæas mense Februario conflexit anno 1692. Aliae centro Jovis propiores vise quarum motus erat celerior. Nam intia novem horas & 50 minuta revolutiones suas absolvebant; atque hæ posteriores macula in Äquinoctiali Jovis sitæ erant, cum antiqua macula quæque anno 1690, & initio anni 1691 visa est, in parte illius Australi, ubi hiems sex annorum viget, cernentur.

V I. Observationes Astronomicæ à P. P. Societatis in Orientalibus plagiis magna diligentia factæ, & ad Academiam missæ, postea publici juris factæ sunt, quæ multa complectuntur ad Geographiæ instaurationem, & navigationis scientiam perutilia. Quantum Chartæ Geographicæ etiam accuratiores à vero aberrant, liquet ex observationibus factis à P. P. Richaud, Noël, Camille, Beze. Nam tabulæ vulgares Indias & Sinense regnum quingentis leucis longius quam pat sit, ad Orientem promovent; Regnum d'Ava quod Gallia altero - tanto majus est, in tabulis adeo est deformatum, ut vix agnosciri possit. Unde & peculiarem illius Chartam rudem adhuc & nondum absolutam P. Du Chatz delineavit, sed multò accuratorem, quam que vulgo habentur: urbem *Syriam* Metropolim regni *Pegou* ad latitudinem 16 gr. collocat. Ava regni ejus nominis caput 300 leucis ab urbe *Syriam* distat, latit. 2 gr. in medio inter utramque urbem itinere est civitas *Prom* ejusdem magnitudinis cum *Syriam*; proprius *Ava* est Bakan, ubi aqua fluminis *Ava* per decem leucarum spatium vi lapidifica donauit, reliqua videri possunt in observationibus editis anno insequenti.

V II. Quæ à P. Martini anno 1654 & à P. Couplet ante sex annos sunt publicatae Sinensis imperii tabulæ, longè omnium quæ hæcenus prodierant, sunt accuratissimæ: & tamen patrem Orientalem hujus regni plus æquo 150 nimis leucis proferunt, ut ex satellitum Jovis eclipsibus in civitate Hoaingan à P. Noël factis colligitur.

Per multa observationes hoc libro continentur, ex quibus locorum latitudines & longitudines sic eruuntur, ut Sinensis Regio non mediocriter cognita & explorata videatur.

VIII. Ex occasione harum longitudinum D. Cassini in suis notis ad observationes P. Noël, quò usque ab Incarnatione Salvatoris progreßa fuerit Geographia, pruicis exposuit. Nam Strabo qui imperante Tiberio Geographiam scripsit, Indos Hispanis Antichitas ponit. Maximus Tilius Neronne imperante Sinensi regno 225 gradus longitudinis tribuit: Ptolemaeus ex iis 45 gradus detraxit; recentiores adhuc 45 gradus et tabulis Ptolemaei subduxerunt.

IX. Multas quoque in hoc opere circa motus satellitum Jovis difficultates propositas, & à D. Cassini solutas, multa circa Siamensium æram,

ANNO. Calendarium, & Astronomiam ab eodem enodata invenies. Duo Comete ibi
 1691. sunt observati ; priori anno 1686 mense Aug. in Siamensi regno ab Austro in
 Boream progressus Äquatorem secans in 111 gradu Ascensionis rectæ, motu pro-
 prius ad Solem accedens tandem illius radis immersus, conspectum fugit.
 Alter Malacca & Pequinii mente Decembri anni 1639 observatus motu
 priori contrario versus Austrum incedens, inuenire Januario videri desit.
 Dux itidem ingentes miculae circa Polum Antarcticum, prater duas albas
 velut nubeculas jampridem deprehensas. Nonnulla quoque circa lumen il-
 lud quod post Solis occasum , & ante illius ortum à D. Cassini obser-
 tam fuit , quodque Siami interdum post Solis occasum hora sub ocul-
 los venit , ac pleraque alia scitu digna in eo libro continentur.

X. Neque illud prætereundum quod ad Astronomiae illustrationem maxi-
 mè pertinet , & à D. De la Hire mense Novembri hujus anni fuit di-
 ligenter obseratum circa Veneris cum Sole conjunctionem , dum minimam
 haberet latitudinem. Id enim perraro contingit , & tamen vix certa Vene-
 ris cum Sole positione habeti facis accurata potest citra hujus generis obser-
 vationes. Superiorum quidem Planetarum situs cum Soli opponuntur, facile
 consil quimus ; sed inferiorum conjunctiones cum Sole vix haberi possunt.
 Anno 1631 Gassendus Mercurium in Sole conspexit , uti Keplerus anno
 1621 ante monuerat ; Veneris conjunctionem quam eodem anno futuram
 promiserat , siuistra expectavit. Horoccius Anglus die 24 Novembri an-
 no 1639 paulo ante Solis occasum ex tabulis Rodolphinis Venerem in So-
 le conspexit. Cum autem Sol ad occasum vergeret , vix per semi horam
 observiri potuit , neque adeo Veneris latitudinem & nodi locum accuta-
 tè hinc potuit deducere.

X I. Cum spes nulla esset Veneris in Sole ipso conspicienda , D. De la
 Hire tempus captavir , quo idem Planeta supra Solem positus cum eo con-
 junctus foret. Quod a hac tentatum non fuerat , neque id atque qui potuissit
 nisi loco pinnulatum Dioptra quadrantis circuli , tubum opticum , uti
 jam ab ipsa Academia origine usurpitum fuit , aptasset. Hac etiam ratio-
 ne stellæ etiam de die obseruantur , D. De la Hire fixas jam ab anno
 1681 etiam in ipsa Meridie conspexit.

Ea quidem methodo conjunctione Veneris cum Sole ex illius altitudine
 Meridiem sèpe ab eo fuit observata ; sed cum major esset illius latitudo ,
 non omnis erroris aberat suspicio. Mense demum Novembri cum minima
 esset ejus latitudo , & prope esset ut Soli jungetur , magno studio verum
 conjunctionis tempus & veram latitudinem tandem est ascensus. Obser-
 vationes ab eo factæ in Actis mensis Februario anni 1692 sunt consignatae.
 Ex quibus veram conjunctionem Veneris & Solis die 15 Novembri col-
 ligit , ac nodus illius suæ intersectio orbitæ Veneris cum Ecliptica tum fuit
 in 13 gradu 19 min. Sagittarii , minus 52 min. quam in tabulis Rodolphini
 assigatur.

X II. Die 9 Junii D. Cassini hæc in Jove post conjunctionem cum
 Sole observavit , ellipticæ figuræ viuis fuit : ita ut major ejus diameter
 ab Oriente in Occidentem porrecta alteram superaret parte circiter deci-
 mæ quantæ. 2. Quod maculae ptope centrum citius revolutiones suas

absolvere visæ sint, quod Jupiter prope Perigæum citius uno minuto quam *Affra.*
prope Apogæum revolutionem circa centum conficeret, cum antea differe-
nientia aliquot tantum minut. sec. apparuerit: alia nonnulla animadver-
tit circa Lunam & stellas fixas. Medium Lunæ motum à Veteribus defi-
nitum cum suis observationibus, uti & latitudinem Spicæ Virginis & que-
rumdam aliarum apprime convenire.

Paulò longiores fuimus in his quæ ad Astrorum speciem spectant, breviores
in aliis futuri.

XIII. Problemata quedam Mechanica & nova D. Varignon propon-
sunt. Die 14 Martii structuram machinæ cujusdam exposuit, in qua æquili-
brium inter duo pondera quamcumque inter se habeant rationem, fieri
nequit. Ex hujus machinæ constructione & demonstratione aliud deducit pa-
radoxum, duo pondera quæ in se se mutuò agunt, sic disponi posse, ut
unum ascendat altero non descendente. Machina delineatio cum demon-
stratione conjuncta in Commentariis Academiæ asservatur: uti & aliud pro-
blema Geometricum & Opticum quod est ejusmodi: Oculo dato & ædis
alicujus fronte, seu directione quavis data, in ea fronte locum invenire in
quo quævis magnitudo æqualis apparebit cuivis alteri magnitudini minori
in eadem fronte aut directione ad libitum sumpta.

Sub idem tempus D. D'Aléme excogitatatam à se machinam aquis attol-
lendis & magnis ponderibus subvehendis proposuit.

XIV. Quedam alia tum Geometrica, tum Mechanica demonstrarunt
D. D. De la Hire & Varignon, atque ille quasdam hydraulicas Heronis
machinas confusè admodum à Commandino delineatas restituit. Novam ex-
trahendæ radicis quadratae in majoribus numeris & faciliorem methodum
exposuit; multa demum observavit circa aquæ ascensum in tubulis vitreis
quibus charta bibula imponitur, eo, ut videtur, consilio, ut succi nutritu
in arboribus ascensum explicaret.


XV. Die 30 Junii demonstrationem suam circa liquorum æquilibrium
exponere incœpit D. Varignon, quam postea est persecutus. Hæc adeo visa
est digna quæ Actis Academici mensis Januarii anno 1692 editis infi-
retur. Theorema jam à multis annis propositum & variis experimentis
comprobatum est ejusmodi. Si duo sunt tubi æqualis altitudinis & ejusdem
basis, quoium alter cylindricæ, alter conicæ pene sit figuræ, in basi nem-
pe latior quam in summo, iisque aqua repleantur, ac tubis cylindricis ex.
gr. 200 aquæ libras, conicus 20 tantum capiat: hic tantum pondereis,
quantum est in priori sufficit, quandiu aqua manet liquida. Nam ubi
in glaciem concrèverit, tum quæ majore tubo continetur, longè majus su-
stinctabit pondus.

De re ipsa constat, sed de hujus effectus ratione non inter omnes con-
venit. Sunt qui eam causam afferant, quod aqua in utroque tubo fundum
vasis ex aequo premat; alii tubi in apicem desinentis latera partem pondere-
ris ferre opinantur. Hocum sententia accedit D. Varignon, & nova qua-
dam via hoc theorema demonstrat.

Post ejus anni irducens D. Cassini quam mente conceperat conti-
nuandæ lineæ Meridianæ rationem proposuit, simul & in variis regio-

ANN. 1691. nibus observatas longitudines qua Geographiæ & navigandi arti promoto-
venda admodum utilis judicantur, exposuit. Animadversiones quoque suas
in tabulas Geographicas emendatas legit, simul qua ratione ad primum vel
usum hæ redigantur, ostendit.

D. De la Hire Tractatum legit Emanuelis Moschopuli quem è Græco
in Latinum vertit : de quadratis magicis inservit. Die 24 Novemb. D. Va-
rignon ostendit qua ratione fiat ut qui in orbem currunt, corpus inrror-
sum inclinent, & cù magis quò leviùs aguntur : ex quo firma obequi-
tandi ratio cruitur.





R E G I A E SCIENTIARUM ACADEMIÆ HISTORIA. LIBER QUARTUS.

Anno superiore, mense Aug. Franciscus Michaël Le Tellier Marcho De Luvous Regi ab intimis consulis & secretoribus mandatis, atque ejus in rebus bellicis fidissimus Administer, morte non immutata modò & præcipiti, sed & Gallia luctuosa abreptus gravi nos & acerbo dolore percussit. Is cum metitotum suorum magnitudine, tum Regis æquissimi judicio collocatus in altissimo dignitatis gradu fuerat. Cum autem fortissimi animi vir etat, maximi laboris, & judicii acertimi, si quid in re bellica deliberandum erat, in ejus consiliis multum, si quid perficiendum, in ejus vigilancia plurimum Rex Sapientissimus ponebat. Hoc multo nomine ostendita est Academia, quam auctoritate sua & præsidio semper tutatus est, etiam sanguine bello, quo nullum à condita Monarchia majus commenmorari potest, nec majori virtute gestum.

Tanti viri desiderium paucis post mensibus non mediocriter leniit nuntius ad nos ex publico rumore perlatus, virum illustrissimum Ludovicum Phelypeaux D. De Penthotrain Regi item ab intimis consulis & secretoribus mandatis, ac generalem aerati moderatorem in suam clientelam accepisse Academiam. Hinc enim certa spes fuit, fore ut non decesset honestis artibus summi viri patrocinum. Et certè difficillimis temporibus, cum omnes pene Europæ Principes coniuratione factâ extrema quæque Gallæ minarentur, quantâ valet apud Regem gratiâ juvare Academicos non destituit. In quo quidem Academia benevolum in se animum perillustus Abbotis Bigornii, atque egregiam in litteras & literatos voluntatem, quasi hereditario jure à majoribus acceptam non semel expetta est. Jam enim anno superiore ab Illustrissimo avunculo designatus, qui huic Eruditotura cœtu præfuerit, eorum unumquemque comitate sua sic sibi devinxit, & benignitate sic concordit, ut sub ejus oculis Academia multò maiores, quâni antea progressus fecerit, Id sane singulari studio & auctoritate apud avuncu-

ANN. lumi est consecutus, ut in tanto bellorum tumultu nemo ex Academicis 1692. expertus id fuerit, quod quetitur Tullius litterarum studiosis usuvenerit: *Omnia, inquit, nobis studia de manibus excutiuntur, simul atque aliquis motus novus bellicum canere caput.* Sed ne in beneficentissimi viri laudes excutram, neve ingenii lumen, vim prudentię, doctitiam, eloquentiam, ceteraque animi ornamenta commemorem, modestia ejus facit, & stylo quasi manum irjicit. E semita igitur in viam redeamus.



S E C T I O P R I M A.

De Actis anno 1692.

QUæ ad historiam animalium & anatomen spectant, simul & Botanica, Chymica, Physicæ demum generalis variæ theorematæ non minori studio quam annis superioribus prosecuta est Academia, idque maximum postquam in locum eorum qui ex hac vita deceperant Illustriss. D. De Pontchartrain novos Academicos in his disciplinis admodum exercitatos suffecit. Cum autem illud optaret, ut unoquoque mense, quæ forte quadam occurrent, aut recens sunt inventa, vel ex usu publico excoigitata promulgarentur: hanc Provinciam clariss. Abbas D. Gilloys suscepit, qui omnium primus in Gallia Etuditorum Ephemerides delectu, brevitate & elegantia omnibus nota per complures annos confecerat.

Cum igitur præter usitatos Academiac labores, tum in Physicis, tum in Mathematicis disciplinis, qua majoris sunt momenti, & Etuditorum animos magis ad se convertunt, in acta publica relata fuerint, nihil est cause cur in iis referendis tempus teramus, summi tantum rerum capita decurremus. Hoc itaque faciendum.

C A P U T P R I M U M.

De Rebus Anatomicis.

I. **S**uperiore anno die 29 Decembris D. Du Vctnev de bilis & succi pancreatici ductibus scriptum legit, quod mensis Februarii anni 1692 Actis publicis insertum fuit: hujus sere ea est summa. Quinque hysterices à se diffictos in Academia fuisse, in his omnibus observasse ductum biliarium non in duodenum intestinum, sed in ventriculum ipsum desinere, ut in uno & in altero struthione. Istuc verò omnibus struthioribus communis est, ut cysti sellæ careant, & duplice ductu hepatico dorentur. Major ex iis juxta pylorum intestino sic inseritur, ut extrellum illius versus pylori in dirigitur. Ex quo illud videtur consequens bilem non merum ei-

se excrementum, sed eam digestioni plerumque inservire. Illud etiam est in iis observationibus suspicari licet, ventriculi fermentum non esse succinum, omni ex parte acidum, sed illud sepe ex acri & amido esse temperatum. Nam amara, quæque coctionem ventriculi juvant: unde in his animalibus, quæ faciliter cibos digerunt, bilis in ventriculum effusa in alimenta ventriculo contenta viam suam excutit.

II. In hystrice quoque id animadvertisit, Pancreatis ductum in jejunum intestinum definere fessi-pedis & amplius à pyloro intervallo; longius instruthione à pyloro removerunt; adeo ut vix duo illi liquores simul permisceri possint, neque adeo id necesse sit, ut unâ conjuncti in chylum vires suas exerant, tametsi in homine & in plerisque animantibus coniunguntur.

Tum temporis D. Mery brevem dissertationem de circuitu sanguinis in fœta legit, cuius facta est mentio in Actis 31 Martii.

III. Idem die 6 Februarii Pelicanus pelle coram exhibuit cellulis ubique resparsam, quæque anno 1686 p. m. ob eo fuerant animadversa, comprobavit. Illud imprimis, aëra per tracheam immissum omnes cutis implere cellulas; structuam pellis & membraræ in qui plumulae in hexagona dispositæ radices habent, accuratè descripsit, & alia bene multa quæ in commentarios collata sunt, & anno 1693 actis publicis inserta.

Avis illa est Quæcunque Plinii, sic nota, quod asinum rudentem voce sua immitetur; ab aliis Pelicanus appellatur, quod restre fidele aut scire vulgo creditum sit. Hisque Onocrotali notæ omnes à Plinio assignatae convenient, saccus imprimis amplius sub guttula, quod piscibus vocatur. Insignis quoque illius est moles, quinque pedum longitudo, vel casus ipse seu distinctio inter extrema alatum expansatum ad undecim usque pedes patet.

Rostri structura præter exterias partes corporis erat spectabilis: pars eius superior à radice sua ad extrellum usque plana erat & aquabiliter lata, inferioris restri latus uterque acuus & secans. Sed rostri & subiecti sacci conformatio ex ipsa descriptione petenda est. Ista enim ut reliqui pene omnia, figura ipsa & series retium oculis & animo subjiciunt. Illud peculiare in Pelicano, quod est: am pullis in sacco asservata præbeat, non ut aliæ aves, quæ ex præda vivunt, quæque pullis suis alimoniam vel restro, vel ungibus allatam subministrant.

Structa pellis, cellularum dispositio, & commensuratio aëris in cellulas, in Actis Academicis mensis Decembris anni 1693 accuratè sunt descripta. In his copioè & distinctè exponuntur quæ à D. Mery sunt observata anno 1692 circa plumatum radices, & fibras earum motrices in formam hexagonam sic dispositas, ut in centro tubis ipse aut calami basis collocent, ac fibiae ipsæ in membranam sub pelle positam definiant, atque omnes cellule hexagonæ per foraminula in membranis conspicua inter se communiceant; adeo ut hi parvi musculi seu fibrae in varias partes pelle ipsam inflectant. Cum autem molles plumulae in ea membrana quæ inter pelle & eos muscularos est interjecti, seu in ipsa pelle suas habeant fibrillas motrices, ab his quoque pelle moveri satis est verisimile.

ANN. Jam anno 1686 D. Mery pellis cellulas aëre oppletas repeterat inter 1692. dissecandum, fere ut caro bubula vento inflari solet, sed quo itinere aët in eas cellulas se se insinuet, nondum adverterat.

Id vero anno 1692 hac arte detexit. Primum asperâ arteriâ vento infitâ sacculos membranosos pectoris & abdominis, tum pellis cellulas impletivit aët: ita ut à pulmonibus in saccos, hinc in cellulas commicaret. Subducto majori musculo pectoris membranulam foraminulis pertusam prope axillas deprehendit, cui aptatus est calamus, & aët perflatus: tum vento sacculi pectoris & abdominis impleti sunt. Hieci potest ut aët aliis quoque viis in eas cellulas commigret, idque fieri in expiratione ipsa verissimum putat D. Mery. Nam in ipsa inspiratione dilatato pectore tantum subit aëris, quantum pectus capere potest, nec cum temporis in vesiculos pellis commicat, sed expiratione pars aëris in sacculos abdominis, pars altera per vesicularum membranam sub axillâ posita, spongiosam subit membranam quæ corporis musculos involvit, atque inde in pellis cellulas per foraminula membranæ, in quani fibri plumarum desinunt, quæque inter pellem & spongiosam membranam est interposita; ac demum ex una cellula hexagona in aliam commicat; cum cellularum membranulæ libertum aëri praebant aditum: ingressu aëris Pelicani volumen sic ampliatur, ut teste Culmanno apud Gestrum cò usq; in subline feratur, ut instar Hirundinis apparcat.

I V. D. Charas in Medicina & Chymia clarus, atque ex operibus editis, ex Pharmacopœa imprimis notissimus, inter Academicos cooptatus ab Illustriſ. viro D. De Pontchartrain. Paucis post diebus nempe 26 Aprilis novam corticis Peruviani parandi rationem proposuit, qua & uero facilior, & tutior curandis febribus intermitentibus à plerisque judicatur. Cumque mense Augusto ejusdem anni Tertiana laborarem, hujus periculum feci, & bene processit. Hoc remedium mense Maio in Acta Academiæ reatum publici juris factum est. Cum haec telegrem, anno 1698, Vir de Arte Medica optime meritus ad plures abiit.

V. Meribus Julio & Augusto circa viperatum anatomen D. D. Du Verney, Mery & Charas laborarunt. Quamplures dissecuerunt, ovaria, oviductus, partes nutritioni & generationi destinatas, structuram dentium & glandularum, musculum quoque qui succum flavum advehit, intento animo indagaverunt. Succum in promptuario quedam assertari, per inferiorem dentis partem & apicem propelli, foramen inferius operculo quedam ocludi, ilius vi quasi Syphone aut Syringe prottudi per dentem, qui à natura pertusus est, existimant.

V I. Ex duabus columbis unam viperæ momordit, altera sub ala scalpelō vulnerata est, tum succo flavo inuncta: utaque intra 2 horarum spatium extincta est.

D. Mery capitum & ossium structuram, luci flavi promptuarium è scripto legit, simul musculorum, qui ad reptionem & progressum motum sunt comparati, fabricam demonstravit.

Pici vulgo un Pivert lingua & admirabilem illius structuram D. Du Verney subjecit oculis: in Mechanicam lingua structuram D. D. De la Hilt & Mery intenderunt animum, de qua postea.

D. Du Verney ductus salivalis insertionem in viperæ dentem, oculi ^{Anc-} quoque structuram coram exhibuit. Tum varia facta sunt experimenta cir- ^{tomicæ} ca viperarum mortis, si forte ex iis liquere posset in quo positum sit ejus venenum. 1. Due viperæ ab aliis irritatis sunt vulneratae: Sed hæ postridie bellè se habuerunt. Rana viperæ mortis vulnerata nocte in sequenti mortua est. Felis post biduum extinctus, non item canis in ventre à viperæ lœsus; sed canis alter, cuius lingua viperæ dentes imprescerat, postridie mortuus est. Succus flavus vulneri canis in femore inficto affusus post se- mi-horam cum necavi. Vulnerus 4 aut 5 lineis patebat, idque admodum lividum apparuit, ac livor ille in carnes ad duos usque pollices potrectus videbatur. Sanguis in corde & in vasis ex patte fluidus erat, & ex parte concretus.

VII. Die 3 Septembbris idem experimentum iteratum fuit in duobus canibus, in fele & duabus columbis. Hæ quidem eodem die mortuæ sunt; postridie unus è canibus adhuc spirabat, qui vulneris lingua lambebat, al- ter mortuus est: Felis postero die extinctus fuit.

C A P U T II.

De Physicis Observationibus.

I. Necunte hoc anno D. Homberg varia circa Phosphorum experimen- ta fecit. Illius præparationem exposuit, quam ab Inventore ipso Kun- kelio acceperebat, queque in Acta Academiæ mensis Aprilis relata est & di- lucide explicata. Phænomena hujus ignis, & singulares effectus in Actis mensis Junio publicatis brevitè exponuntur.

Summa est, hujus ignis longè diversam à vulgari esse natutam: nam ea consumit, quæ alia corpora inflammata non invadunt, arque iis parcit, quæ ab aliis incenduntur. Quæ alios ignes extinguunt, hunc accendunt, & vicissim; fortius adutit quæm ligni flamma, subtilior quæm spiritus vi- ni accensus.

Cato Phosphoro combusta flavescit, & excayata indurescit instar cor- pi ex carentis ferri contactu adusti: sepe ampulla non atolluntur. Quod si loco ambusto unguentum adhibetur, crusta inta bidui spatium indu- citur. Ex iis Phosphori flammam ignis vulgaris flamma acriorem esse colli- gi potest.

II. Hujus flamma motus, ubi Phosphorum absunit, adeo est conci- tatus, ut persæpe matetiam concipiendo igni admodum idoneam non ac- cendat. Sic granum phosphori charta conclusi attitum incenditur charta illæsa, cui tantummodo coloris atri vestigium inuitut. Quod si frustulum chartæ aut lintei spiritui vini, aut aquæ vini ardenti immerseris, & ex- tremo alteri phosphorum impositum conteras, tum spiritus vini accende- tur, tanetq; phosphorum non tangit, & charta ipsa flammam concipit. Non idem eveniet, si chartæ aut lintei extrellum oleo terebenthina im- mergatur. At si inta linteum spiritu vini imbutum phosphorus obteratur,

ANN. 1692. is flammam non conceperit, quandiu aliquid spiritus vini superfluerit, cum aqua malido quam si vini spiritu imbuatur; adeo ut illi cum viu spiritu minus conveniat, cum in aqua communi diu conservetur, neque ea obstat, quoniam vim suam exerat.

III. Illud quoque est observatione dignum, phosphoro unde cum aqua per duas aut tres hebdomadas permisto, & postea in phialam vitream transfuso, ubi phiala concussi fuerit, aquam scintillas luminis vibrare. Idem contingit, ubi per duas aut tres horas phosphorus unde cum aqua in digestione positus fuerit: non ita eveniet, si cum spiritu vini permistus fuerit. Et tamen si in eum vini spiritum aliquot aquæ guttae conjiciantur, ille lumen instat fulguris & momentaneum emittent.

IV. Die 9 Februarii petillustris Abbas D. De Louvois truncum unde cum radice palmæ ex Africâ allatum, & in lapidem conversum afferri iusstic. Neque id dubium esse potest, quia ea sit vera & genuina conversio; uti D. De la Hite scripto in Acta publica postea relato demonstravit. Nam duo sunt ejusdem trunci frusta que cum aliis iudem duobus arboris collatae contumiliæ partium & fibratum strueturam oculis ipsis subjiciunt. Nec minor est horum silicium durities quam mirmotis; sono ipso & gravitate (nam decies graviores sunt eadem mole ligni) lapideam naturam produnt. Alterum ex his fragmentis duos pedes longum & quinque digitos lrum portio erat trunci suo cortice nudati. Fibra omnes in longum productæ, intus cavæ, parenchyma ipsum, seu pars carnea inter eas fibras interjectæ instat glutinis firmissimi induruit. Quod autem fibra tanquam tubuli sunt excavati, eam rationem attulit D. D. la Hite, quod corpora oblongi, mollia & densa, ubi exsiccantur, in extumis patibus paulatim instar fornicis concrescant induratae, dum interiores & molliores putes iudem exsiccatæ exterioribus adhaerescunt, atque à centro ad circumferentiam promota spatiū intus vacuum relinquunt. Sic caules & caudices stirpium, que medullam intus recondunt, & majores quam madam arborum sicculi instat tuborum excavantur. Itaque vetissimum est fibras ex quibus truncus ille coalescebat cum arbor erat, ubi lapidescere incœpit, intus exinanitas fuisse.

Alterum hujus lapidis fragmentum omnino est consumile parti inferiori trunci, qui ligni naturam conservat, fibratum capillarium eadem est in radice structura. Ex quibus id efficitur hanc genuinam esse ligni in lapidem conversionem, quæ cum ex multis aliis, tum ex eo quod à P. Du Chatz observatum fuit in libro eo ipso anno edito à P. Govie observationum Physicorum & Mathematicorum, confirmati pot st. Is enim testatur fluvium qui urbem Bakau in regno Ava præterfluit, per 10 leucatum spatiū eam vim habere ut ligna in faxa convertat, & magnis ab eo visis arbores ad summum usque aquæ lapidescentes, cum partes que exstabant, & exsiccatæ fuerant, ligni naturam retinerent.

Ac ne illud quidem silentio transcendum quod vir Religiosus & doctus Ordinis S. Benedicti P. Quesnay, & Prior Monasterii S. Georgii prope Ruthmugum scripsit ad D. De la Hite de Echo singulati, simul hujus

phœnomeni demonstrationem attulit, Res adeo visa est digna quæ in Acta Chymica Academiæ p. 158 referretur. Hujus rei occasione D. De la Hilt *mica*, alium soni aut moti aëris effectum satis memorabilem commemoravit, qui in ædo S. Nicasi Remis observatur: cùn altera è campanis quæ sunt in summa turris parte, commovetur, hic motus in anteridem v. *Arbouant*, quæ parte sui summa cum tutri non cohæret, se diffundit: adeo ut ejus vibrationes sensu ipso percipiuntur. Circa vim Elastican aëris multa fecit experimenta D. Homberg quæ in Actis Academiæ sunt publicata.

C A P U T III.

De Chymicis laboribus.

I. **P**lantarum analyses D. Bourdelin uti superioribus annis est persecutus. Novas suppeditarunt D. D. Marchant & Tournefort. Nonnulla quoque opera Chymica D. Honberg protulit, cujusmodi est famosissima illa Diana arbor à Chymicis adeo jactata quam brevi temporis spatio confecit. Hujus patandæ ratio in Actis Academiæ p. 146. perscripta est.

II. D. Honberg quædam annotavit citæ plantarum analyses hactenus factas, quas & stirpium numero & summa in iis resolvendis diligentia spectabiles judicavit. Habita quidem materiæ ipsius ratione plerique stirpium differentiæ ex varia principiorum temperatione & mistura duci videntur. Ex omnibus enim fere hæc elicuntur, phlegma, spiritus acidus, vel acer, sal volatilis, oleum, sal fixus, qui interdum tartari, interdum communem salem refert, caput mortuum modò in majori, modò in minori quantitate. Quin etiam in nonnullis quarum vires & effectus sunt admodum dissimiles, videntur analyses penè consimiles; adeo ut hinc concludi possit, ex sola analysi plantarum vires perspectas haberi vix posse, tametū nonnihil lucis Botanicae afferit & controversiæ complures de natura & diversitate salium in plantis hinc dijudicari possunt.

III. Illud etiam ex usu futurum existimabat, si materiæ ipse è plantis eductæ separatim excutentur, & variis experimentis probarentur. Placuit ab oleis fætidis quæ sub finem cujusque resolutionis se produnt, initium sumere, & experiri an forte ad usum adhiberi possent. Ac primum tetro odore exuenda sunt. Olei tartari semilibram cum duabus libris calcis vive permistam leni igne per retortam distillavit, multum phlegmatis primum, tum oleum prodiit, quod à phlegmate secretum cum calce iterum mistum nonnihil phlegmatis dedit, hoc oleum exceptit, idque sexies fuit repetitum, quinque phlegmatis admodum fætidi & due olei unciae cum semilibre prodierunt. Oleum è nigro & denso pellucidum & instar vini Hispanici, odoris non terti apparet.

IV. Ex quo id manifestum est olei scotorem ex Empyrumate sive quædam ignis imprestatione duci: nam ubi olea stillare occipiunt, neendum fætorem contraxere, suum quæque odorum plantæ genuinum spirant. Sed

ANN. aucto igne olea penè omnia eundem præ se ferunt odorem; partes adustæ 1692. & crassæ sublate nigredinem & densitatem præbent. Calx viva instar filtri particulas nigras & adustas retinet dum oleum furius stillat. Hoc oleo admodum penetranti usus est D. Homberg in doloribus paralyticis & in Rheumatismis: oleum tartari odore fætido exutum coram exhibuit.

CAPUT IV.

De Astronomicis observationibus.

I. **H**oc vertente anno tot sunt in cælo observata aut nunquam , atque perrato visa phænomena , ut operosum laborem in iis referendis & accurate describendis susciperecm , nisi in Acta publica hujus anni jam essent collata. Hujus genetis sunt diversæ Jovis periodi ab initio mensis Januarii anni 1691 ad initium usque anni 1692 à D. Cassini observatae , quarum supia meminimus , quæque in Actis mensis Januarii predicti anni 1692 diligenter sunt descriptæ. Summa est , anno 1665 insignem in Jove maculam à D. Cassino primum esse conspectam , que anno inssequenti videri desit : nulla ab eo tempore tandem persistat & tam sæpe redite visa est macula ; ejusdem semper figura & in eodem situ sub oculos venit. Periodum ejus 9 hor. & 55 aut 56 minut. absolvi competit. Sed ex postremis suis observationibus uno minuto breviorcm invenit , cum Jupiter est Soli propior.

II. Ab anno 1665 ad annum usque 1690 raro visa sunt alia maculae , exaque adeo confusa erant & fugaces , ut earum revolutiones vix definiri possent. Sed excunte anno 1690 tanta in Jovis figura & in ejus fasciis accedit mutatio & novarum maculatum incredibilis multitudo , ut scripto publico Astronomos ea de re admonendos judicat. Quis usus ex his phænomenis decipi posset edocuit , simul & conjecturas suis circa fasciatum & macularum ortum & naturam ex analogia & similitudine comit que in hoc sublunari mundo contingunt exposuit.

III. Excunte mense Januario 4 satellitum periodis cum Jovis revolutione collatis calcul'um init temporis quod impendunt , ut ad eundem Jovis Meridianum revertantur. Haec periodi analogiam quandam videntur habere cum motu Lunæ , ubi cum diurna telluris veitigine , in Copernici hypothesi comparatur. Interjectis aliquot diebus unius e satellitibus Saturni conjunctionem cum stella fixa à se observatam protulit , que cum singulis fuerit , Actis Academias mensis Aprilis sunt consignata. Nam raro ejusmodi planetatum cum fixis conjunctiones contingant , hinc licet conjectre , quod vix quatuor aut quinque ab exordio Astronomie ad hujus usque saeculi initium memorarentur. Utum satis placet & definita ex faciunt , nonnullus est dubita di locus. Nam rationum quasi circumfusi cometa stellatum magnitudinem minus in modum auget : adeo ut fieri posseut ut inter planetam & stellam interjectum fuerit aliquod spatiu-

dum

dum nudis oculis hæc astra juncta videbantur. Quæ utilitas ex ejusmodi ^{ad} ~~in~~ conjunctionibus colligi possit, eo in loco explicatur. Hæc observatio facta ^{ad} ~~in~~ fuit die 19 mensis Junii circa medium noctem, cum motus Saturni di-
minus tunc temporis esset trium minutorum. Trium horarum spacio, quo
ista duravit observatio, ab hora nimirum decima ad primam usque post-
medium noctem, Saturnus ad stellam fixam sui annuli semidiametro, quan-
tum oculis judicari potuit, visus est accedere; adeo ut semidiameter annuli
esset 22 sec. cum semisse & integra diameter 45 sec. Quæ ratio dimidiandi
planetarum diametros certior omni alia videtur & tutior: Vix enim occur-
tunt aliae planetarum diametros mensurandi viæ.

I V . Die 12 Martii anni 1692 D. De la Hire transitum Lunæ per aliquot Pleiadum stellas observavit. Per magni sunt usus ejusmodi fixatum eclipses planetarum interjectu factæ, ut planetarum motus & situs perspecti habeantur. Stellulae quibus hæc constellatio constat, sunt quam plurimæ;
earum situs & distantias pulchritè delineatas in Actis hujus mensis repeites,
quæ cum designatis à P. Riccioli minus convenient: tametsi magna cura
earum longitudines & latitudines expresserit. Nam earum intervallū longe
majora sunt apud P. Ricciolum. Ac subinde fieri potest ut stellæ istæ ean-
dem inter se positionem non servent: quod ex aliis observationibus suspi-
cari licet. Quin etiam Pleiadum stellæ ante 20 annos à D. De la Hire
delineatae cum postrema hac observatione, quantum ad eam situm spectat,
minus convenient.

Eodem tempore Lunæ transitus per eam constellationem fuit à Do-
mino Sedileiu observatus, ex illa observatione quæ in iisdem Actis Aca-
demicæ est consignata, apparentem Lunæ longitudinem & parallaxim
erat.

V . Cum Massiliæ latitudinem ante duo annorum millia Pitheas Gno-
monis ope indagasset, hanc Erastothenes primum, tum Hipparchus qui
Bisantium eadem methodo invenit in eodem parallello, ac demum Ptole-
maeus Pitheæ observationem in suis tabulis Geographicis fecitus est. Quare
illud operæ pretium se facturum judicavit Petrus Gassendus, si accuratam
Poli altitudinem Massiliæ inveniret, ut hinc liquere posset utrum recentio-
res observationes cum veterissima consentitent. Illud auctore Peireschio ag-
gressus est anno 1636. Sed cum Gassendus non sibi metiendi latitudines, D.
Caslini ex propriis observationibus ea de re certior esse voluit, ac die 21
Novembris 1672 ex altitudine Meridiana stellæ Polaris altitudinem Poli
invenit, 43 gr. 17 min. 33 sec. quam Ptolemaeus ponit 43 gr. 6 eamque
ex Erastothenè & Hipparcho mutuatus est, qui à Pitheæ eam acceperant,
& ratio Gnomonis ad umbram eadem pene fuit quæ à Pitheæ inventa est,
nempe ut 120 ad 42 minus $\frac{1}{2}$.

V I . Atque hæc de latitudine Massiliensi. Longitudinem ejus ex eclipsi
primi satellitis Jovis die 21 Novembris 1691 indagavit. Emerlio satellitis
ex umbra Jovis ab eo visa est hora 8. 55 min. 34 sec. eadem Massiliæ à
Domino Chazelles observata est hora 9. 7. min. 50. sec. neglectis mi-
nutis secundis, utriusque observationis differentia est 12 min. unius horæ
quæ 3 gradus efficiunt: adeo ut Massilia tribus gradibus ad Orientem ma-

ANN. 1692. gis deflectat quam Lutetia Parisiorum. Verum ista fusus in Actis Academice explicata reperies, uti & Veneris eclipsim quæ 19 Maii hora post mediodiem tertia & 20 min. ex interpositu Lunæ à D. Cassino fuit observata, quæque antea nunquam Sole illucescente visa fuerat: sed tubi optici beneficio sub aspectum venit: cum è limbo corporis Lunaris exiret, multo lucidior erat Lunæ ipsâ, postquam sui copiam fecit. Lunæ Phasis & Venus ejus margini coherens in Actis mensis Junii fuit delineata. In Actis mensis Maii conjunctio Martis & Lunæ quæ contigit die 22 Aprilis, commemoratur, eaque satis similis erat conjunctioni ab Aristotele l. 2 de cœlo c. 12 relate, quam Keplerus accidisse anno 357 ante Christum natum opinatur.

VII. Sic transitum Martis per nebulosam Cancri die 21 & 23 D.D. Cassini & de la Hire magna cura obseruatunt: tametsi divertas inierunt vias. D. Cassini duas lucidiores ejus constellationis selegerat, quas inter Mars transitus erat die 23 Maii, ut prædixerat D. Le Fevre. D. De la Hire hujus constellationis (nam stella quæque nebulosa est stellarum congeries) figuram longe antea delineatam consuluit, & Martis iter per singulas stellulas in figura sua delineavit: quod Martis positioni cognoscenda magno est auxilio. Atque hujusmodi planetarum conjunctiones cum stellis fixis & cum nebulosis maximè non medioteris est in Astronomia utilitatis. De his fusè in Actis mensis Junii.

VIII. Cum die 28 Iulii Eclipsis Lunæ eaque horizontalis futura esset, variis in Galliæ locis Astronomi omnia paravere instrumenta quibus accurate observari posset, sed ubique fere per cœlum nubibus obductum eam videre non licuit. Lutetia interdum per nubila visa est Luna, sed statim oculis se subduxit. Lugduni tamen à D. Cusset, prope Massiliam à D. Chazelles complures maculae umbra telluris obductæ fuerunt observatae, sed non eadem utrobius visa sunt. Cum autem id tempore evenist, ut quædam Lunæ maculae quodam in loco umbra teræ opacatae, aliae alibi cœmantur, methodum paratam & facilem proposuit D. Cassini qua in eo casu differentia longitudinum exploratae habeantur, quam in Actis p. 133 dilucide explicatam offendit.

IX. Veneris cum Sole conjunctionem in longitudine ritè observare permagni est momenti, quo ejus revolutionis tempus definitur. Hęc juxta tabulas Rodolphinas die 3 Septembris hora quinta cum 40 min. post mediodiem Lutetiae contingere, ex tabulis Danicis Longomontani die 2 hora 7 & 20 min. fieri debuit. Sed die 4 hora 7 matutina & 7 min. à D. Cassino, aut aliquot post minutis à D. Sedileau fuit observata. Meridianum circulum per 4 min. temporis pertransit, cum ejus cornua horizonti essent parallela: adeo ut diameter Veneris minutum unum in suo circulo parallelo, aut quod idem pene fuit, in Äquinoctiali occuparet: maxima ejus latitudo tum fuit 8 gr. 48: vide Acta p. 167.

X. Sic D. De la Hire motum Veneris cum tabulis Rodolphinis minus convenire ex variis observationibus Veneris in suo nodo comperit. Horocius, ut dictum fuit, anno 1639 die 4 Decembri stylo novo, Veneris conjunctionem cum Sole observavit: nodus ascendens Veneris tum fuit in 13

gradu, 22 min. 45 sec. Geminorum. Quocirca nodus descendens tum exta-
bat in gr. 13 Sagittarii, 22 min. 45 sec. Ex observatione D. De la Hire mar.
post 52 annos, nempe anno 1691 mense Novembri, idem nodus descendens erat in gr. 13, 19 min. 40 sec. Sagittarii. Quod si nodus ille fixus
non esset, sed mobilis, spatio 52 annorum retrogradus fuisset 3 min. 41
sec. cum juxta Kepleri tabulas promotus esse debuisset juxta signorum or-
dinem 40 min. 40 sec. atque illius locus in tabulis assignatur in grad. 14,
11 min. 53 sec. Sagittarii: adeo ut verisimile sit eum nodum esse immo-
bilem: nam quantum idest discriminis inter observations D. De la Hire
& Horoccii, ex aliis duci potest causis.

C A P U T IV.

De Geometria & Mechanica.

I. **N**ON minori studio exculta sunt hæ puriores Mathematicæ disciplinæ Algebra & Geometria: quæque excoxitata sunt præcipua utriusque theorematæ & problemata Actis publicis sunt inserta. Hujus generis sunt novæ regulæ usu & intellectu faciliores, quas D. Rolle proposuit, ut radices cuborum irrationalium à veris minus unitate absint. Hæ summationis perstrictæ in Actis mensis Januarii p. 16 continentur.

Altera ab eo paulo uberior fuit exposita regula, qua cujuscumque gradus æquationes in primum gradum resolvuntur. Ac prius eam methodum tradidit qua æquationes omnium graduum qui communibus vocibus sunt expressæ, resolvuntur Að. 15 Martii p. 53.

II. Die 19 Januarii D. Varignon demonstravit in quovis parallelogra-
mo, si latera dividantur in partes quotcumque proportionales, rationum ut volueris diversarum, parallelis ad latera ductis per singula puncta divisi-
orum, cellulas ejusdem cuiusvis ordinis etiam fore proportionales.

III. Novam methodum demonstrandi rationem Sphæræ superficiæ ad
superficiem maximæ circuli & ad superficiem Cylindri, enjus basis est idem
circulus, altitudo Sphæræ diameter, cum quadratura unguis Cylindrici &
sinuum figura exposuit D. De la Hire in Actis mensis Maii p. 91.

IV. D. Varignon motuum regulas, quæ à Galileo & aliis magni no-
minis Mathematicis fusæ sunt explicatae, nova methodo eaque universalissima
demonstravit, quæ in Acta 2 Decembribus p. 110 collatae sunt, & magna
brevitate comprehensa.


Eodem in loco insigne Geometriæ practicæ problema à D. Pothenot
demonstratur, quo positio loci qui sub aspectum non venit, ex iis punctis in
quibus sit observatio, designatur: aliam altitudinis inaccessæ dimicende ra-
tionem exposuit.

V. Multa præterea quæ suo quoque tempore prodibunt: cujusmodi
est ea parabolæ omnis generis quadratura à D. Varignon proposta &
demonstrata die 19 Februario.

Sub idem tempus D. d'Aleſme elaterem exhibuit quem tormentum
O o ij

ANNO. bellicum in suo recessu intendit, quique dum restituuntur; tormentum anno 1692, trorsum promovet.

V. Illud pene exciderat, quod tamen minime tacendum fuit, quod circa descensum gravium acceleratum à D. Varignon est propositum die 19 Januarii. Hoc quidem Galilæus principii loco posuit, corporum ex alto decidentium velocitatis gradus augeri in ratione temporum: idque ab eo conclusum fuit, corpora gravia motum suum in descensu accelerare in ratione temporum duplicita, & spatia decursu eam inter se habere rationem quam temporum quadrata. Verum hoc inductione tantum & experientia demonstravit Galilæus, quodque juxta ejus principia ita demonstrari potuit.



A B tempus quodlibet designet, quod grave corpus in suo descensu impedit: Cum ex hypothesi Galilæi velocitates corporis decidentis sint ut tempora, palam est si D E velocitatem acquisitam in parte temporis A D exprimat, illius parallelam F G velocitatem in temporis A F extenso acquisitam designare. Quæ enim est ratio D E ad F G, eadem est A D ad A F; atque ita de singulis temporum partibus statuendum, donec ad B C ventum fuerit.

Quod si igitur ex singulis punctis linea A B parallela B C ducta concipiuntur, ex velocitatis acquisitatis in fine cuiuscumque temporis designati in linea A B exhibebunt. Ergo summa omnium rectarum quæ sunt parallela, summam quoque velocitatum repræsentant quolibet instanti temporis acquisitatum. Sic summa linearum quæ B C parallela trianguli A B C continentur, summam velocitatum quas omnibus temporis momentis A B corpus acquisivit, ut summa eorum quæ triangulo A M N sunt comprehensa, summam velocitatum quas corpus natum est in tempore A M, designat; atque ita de reliquis statuendum.

Cum autem hæ lineæ sint sibi invicem proximæ & ad se mutuo indefinite accedant, manifestum est eatum summam esse ut superficie A B C & A M N. Quamobrem summa velocitatum quas corpus inter descendendum in tempore A B acquisivit, eam rationem habet ad summam velocitatum quæ tempore A M sunt comparatae, ut triangulum A B C ad

triangulum A M N , cumque triangula sint similia , eadem est ratio quæ qua. Geodrati A B ad quadratum A M. Ergo velocitates quas unoquoque instanti temporis copus in descensu consequitur , in unam summam coactæ sunt inter se ut quadrata temporum quæ inter descendendum insimuntur. Cum autem effectus sint suis causis proportionati , palam est spatia à corporibus in descensu peragrata esse ut has summas velocitatum : ergo eadem spatia sunt itidem ut quadrata temporum. Quod demonstratum oportuit.

Idem die 29 Martii demonstravit novam quadraturæ cuiusvis parabolæ rationem.

VII. Ineunte hoc anno D. Amontons vir doctus , & in Mechanicis præsertim solers admodum & exercitatus , clepsydram proposuit à se excoigitatam dimetiendis temporibus accommodatam. Hanc exunte anno 1694 publici juris fecit multis observationibus Physicis auctam ; librum suum Gallicè scriptum Academice dicavit , in quo multa extant circa hoc genus clepsydratum , Barometri novi , & Thermometri fabricam experimenta , quæ magni usus esse possunt , quæque in secunda potissimum parte hujus opusculi continentur. Jam alia protulerat à se inventa citca res Mechanicas quæ Academice probata fuerant.

VIII. Februatio mense D. Varignon de machinarum usu in quibus nullus est partium affictus , quales excogitavit D. Perrault dissertationem legit , quæ postea ab eo aucta fuit , & Actis anni 1693 inserta. Idem de vi funium & vinculorum quibus virgulorum fasces constringuntur , & cur ægre disrumpantur differuit.

Tum etiam motuum acceleratorum leges , juxta omnes quæ excogitari possunt accelerationis ordinatas rationes , exposuit , quæ in Actis mensis Maii pag. 93. continentur. Jam antea principium generale tradiderat , quod ad omnes motus pertinet , quodque in Acta mensis Decembris anni 1692 relatum est. Quantum hujus enuntiati pateret fecunditas , ex tractatu Galilæi de motu æquabili demonstravit : cui principium suum sic aptavit D. Varignon , ut regulam generalem omni generi motus æquabilis hinc deduxerit. Hec regulæ rationes omnes & habitudines quæ excogitari possunt inter potentias motrices , corporum motorum moles seu pondera , decursa spatia , impensa tempora , & velocitates complectitur.



SECTIO SECUNDA.

De Actis Academicis anni 1693.

QUæ gesta sunt in Academia anno 1693 hæc magna ex parte collata sunt in Acta eodem anno publicata ; adeo ut nobis satis fuerit illa indicare & strictum decutere.

ANN.
1693.

CAPUT PRIMUM.

De Physicis observationibus.

I. **N**on aliunde melius quæ sunt Physicæ contemplationis ordiri possumus quam à Parheliis quæ à D. Cassini die 18 Januarii sub ortum Solis fuerunt observata. Cœlo ex ea parte nubibus obducto, horizontis limbum ubi Sol exorturus erat, hora septima & 38 min. lumen splendidum, cuius diameter apparet diametro Solis æqualis videbatur, mox imago Solis inter nebulam luce perfusam in conspectum venit, radius in horizontem ad normam erectis, & ad altitudinem usque 10 graduum in apicem desinentibus. Hoc Phænomenon primum D. Cassinus pro vero Sole accepit, sed statim ipse prodit ut sereno cœlo fulgens & in co-deni verticali. Brevi post tempore Sol se condidit in nubes, ac subito tertius, ejusdem magnitudinis & in eadem linea sui copiam fecit, lucis suæ trahitatem infra demittens. Interim qui priùs apparuerat Sol spurius adhuc cernebat, ac tandem hora septima 58 min. uterque sol ille spurius evanuit.

II. Consimile quiddam viderat in Provincia D. Chazelles Regius Hydrographia Profesor, nunc Academiæ Socius anno 1686 die 13 Septembris. Tranquillo mari discus Solis fulgens, sed extremo margine male terminato emergere inter tubeos vapores visus est. Mox interjecto horæ minuto quasi Sol sub horizonte remanseret, dimidiatus ejus discus rubeo item colore infectus, sed æquabilis & exquisitè terminatus apparuit, quem splendor nitidus luminis est subsecutus, quique in conum visus horizontem desit.

Itaque prima illa Solis species parhelium erat, ejusdem cum priori naturæ, sed non adeo perfectum. In hoc enim à D. Cassini observato Sol verus inter duos spurios interjectus erat: & illi duo radios in oppositas Soli partes, unus sursum, alter deorsum vibrabant.

Petrarò hujus generis Phænomena contingunt, quæ Soli sint adeo vicinam centra eorum à centro Solis 34 tantummodo minuis distabant: cum in volv. 21ibus Parheliis 22 gradibus cum scissæ interdum 45 gr. à centro ve-
ri Solis removeantur.

III. Qua ratione ea formari possint, exposuit D. Cassini, idque ut probabilius existimat, hujus generis Parhelia, non ut pervulgata ex ies-
xione, & refractione radiorum, sed ex sola reflexione prodire. Non enim in iis erat ulla colorum varietas; pallidiora tantummodo apparebant. Quare querenda sunt in ære frigido, qualis tum erat, corpora que ejusmodi de reflexionem radiorum possint effici: cuius generis esse possunt lamelle glaciei tenues, & sibi parallela tanquam foliola glaciei, è quibus sepe stellula nivis coalescunt. Ex iis enim certa quadam ratione dispositis ejusmodi radiorum Solis ad oculos spectatoris reflexionem fieri posse probat D. Cassini. Qui ea ratione celebrem illam Batavorum observationem ut-

cumque explicari posse existimat, cum in nova Zembla Solem citius ¹⁴ *Physi-*
diebus quām juxta Astronomie principia fieri oportuit, viderunt supra ho-
rizontem emergere. Verum ista fusiūs loco citato explicata consuli pos-
funt.

IV. Cum D. De la Hite in naturam & causas Parheliorum inquiret, utrum glacies majorem efficiat refractionem quām aqua, indagare voluit. Sed cum bullulae aëris quæ in glacie sunt dispersæ, obstant quoniam res objectæ conspiciantur, aliam inire hujus rei rationem coactus est. Mense Januario aquam quæ per ebullitionem inclusum aëtra foras pro-
truerat, acerrimo frigori de nocte exposuit: sed manè tot aëreis bullis ad-
huc referita erat, ut transitum lumini non præberet: illud tamen advertit
aquam illam Soli expositam plures ejusmodi bullas ejicere, adeo ut frig-
gus neliūs aquam purgaret, quam ignis. Unde eandem aquam gelido aëri
iterum expositam parte sui summa satis pellucere, & proposito suo idoneam
reperit: eo artificio usus quod in Actis mensis Februarii fusiūs explicatur,
invenit majorem esse aquæ quām glaciei refractionem.

V. Quæsitum est cur solani aquam inter liquores frigus dilatet potius quām contrahat. D. Homberg quædam in machina Pneumatica fecit expe-
riimenta, quæ lucem aliquam huic difficultati enodandæ afferre possunt. Id enim advertit aquam quæ in glaciem concrescit, multas aëris bullas emit-
tere, unde ope machinæ aquam expurgatam aëri gelido cum exposuisset,
glacie diaphana facta est. Quousque aqua in cylindro vitro ascendisset,
ante notatum fuerat, nec conglaciata æcta est moles, imo nonnihil est
imminuta. Quod igitur aquæ congelata majorem levitatem & molem
affert, aët ipse videatur esse intra aquæ meatus conclusus. Quare, ut ipse con-
jicit, particulæ aquæ congelataæ ab ætherea substantia minus agitatæ aëris
inclusas particulas suo pondere sursùm emittunt. Sed ubi summa aquæ su-
perficies in gelu concreta est, bullæ aëreae sistuntur, ac mole sua æcta,
partes glacie elaterio suo disjiciunt, & interdum vas ipsum, cum fragi-
lius est, nec obstat figura ipsa, confingunt.

Hæc fusiūs exponuntur in Actis mensis Februarii, ubi illud quoque ad-
vertit D. Homberg citius aquam congelatam solvi in vacuo, quām in aë-
re libero, eam forte ob rationem, quod ætherea substantia, quæ aquæ par-
ticulis motum & fluiditatem impedit, uberior sit in machina, quām in
aëre: unde nix in vacuo subito liquatur.

VI. Quām difficile sit aquam omni aëre expurgare, cum ex aliis mul-
tis, tum ex iis quæ in Actis mensis Martii commemorantur experimentis
hect conjiceret. Nam D. Homberg vas cylindricum & vitrum cum apta-
to tubo, ut in priori experimento aquâ ad certam usque altitudinem im-
plevit, vas machinæ cum suo epistomio admovit; inclusus aër exantratus
cum solita ebullitione erupit. Ubi nullus amplius exivit, vas è machina
subductum est, & ritè occlusum; eo deinde succusso partes aquæ à se in-
vicem divulsæ, tum in se redeuntes sonum ut in duris corporibus collisis
ediderunt, pars summa in spumam conversa est, reliqua lacteo colore per-
fusa, idque maximè in imo vas; sed candor ille brevi post tempore
in spumam degeneravit.

ANN. Vas deinde machine admotum tamdiu est exinanitum, dum aqua idem
1693. tidem succussa nullam amplius spumam emitteret. In eo statu diutissime vas
perstiterit; sed guttula aëris summam tubi partem semper obtinebat, eaque
detracta, alia subinde in illius subibat locum: tamen si nulla bullula ex
aqua erumpentes prodire visæ sint: adeo erant minuta & insensibiles, ex-
que minus ab aqua premuntur quo sunt minutiores. Eodem die D. Hom-
berg globum vitreum cujus diameter est 20 pollicum, bilanci appendit.
Hunc 3 uncis, 3 drachmis $\frac{1}{4}$ graviorem invenit, quānū ubi est aëre vi-
cūs. Globus seu recipiens contineat duos pedes cubicos aquæ & $\frac{1}{2}$: adeo
ut pes cubicus aëris uti uncia & 48 granis equiponderet. Verum id po-
stea animadvertisit inclusum globo aëta pene altero tanto graviorem esse
hieme cum frigus est acerrimum, quām estate in magno aëtu: cum hie-
me gelu solvit, & adiutum patentes exsudant, tum aër longè gravior
est in globo ante exhausto.

VII. Quantum aquæ pluviae singulis mensibus è carlo decideret D. De
la Hire jam ab aliquot annis obseruaverat. Pelvis quadrata cujus superfi-
cies in 4 pedes patet, in summa turris Observatoriæ parte ita est colloca-
ta, ut pluviam & nivem exciperet, & in vas subiectum brevi post tem-
pore decideret. Tabulam pertexuit, in qua pluviae decidua tota quadriennio
quantitas indicatur, eaque in Actis mensis Februarii descripta est.

VIII. Anno 1689 aqua pene ad 19 pollicum altitudinem pervenerat.
Anno 1690 ad $23\frac{1}{4}$, anno 1691 ad $14\frac{1}{2}$, anno 1692 ad $22\frac{1}{2}$ usque pol-
lices minoris fractionibus neglectis perducta est. Nusquam major copia de-
cedit quām mense Julio anni 1689. Nam ultra 51 lineas ascendit. Illud
quoque intuensi apparet annis pluviosis, cuiusmodi fuisse anni 1690 & 92
vindemias nec uberes, nec maturas exstisit: contra evenit anno 1691 qui
siccior fuit.

In eodem argumento versatum esse D. Sedileau jam supra innuimus, qui
quidem ex iis observationibus eum fructum percipere volebat, ut si fieri
posset, fluviorum origini nonnihil afferrent lucis. Quod in Actis mensis
Mii copiæ & accurate explicatum habemus, quæ consulere opera pre-
sumt fuerit. Verum hoc anno & mense Maio, si bene memini, mors
immatura virum eximium in ipso atatis flore sustulit: etat acutissimo in-
genio, non Mathematicis modo disciplinis, sed & exteris artibus &
humanioribus imprimis litteris eruditus. Astronomicis quidem observationibus
intentus, & illius scientiæ studio incensus reliquas Marthæeos partis etiam
abditas magis & reconditas sic coluit, ut in his fere omnibus ex æquo
excelleret: sebti maligna extinxitus est.

Illud in universum, ut veri proximum statui potest aquæ pluvias fonti-
bus & fluviis aquam suppeditate. Ex quo efficitur tantum aquæ exhaleat,
quantum in mare illabitur. Nam si minus aquæ in vapores abiret, mare
indescinenter augeretur, ac tandem terram inundaret; si plus aquæ in vapo-
res abiret, mare paulatim detumesceret, & tundem exsiccatur. Sic con-
tinua & perenni circulatione eadem aquæ quantitas quæ ē min in vapo-
res sublata in pluviam abit, in mare itidem revolvitur: aut immediate,
cum in mare ipsum relabitur, aut mediate per flumina eò infertur. Atque
in

in superficie terræ certa aquæ quantitas semper manet, quæ partim in vaporibus tollitur, partim terras irrigat, aut est in aëre penitus: eaque per aquæ fluviorum alcros dilabitur: ut nihil dicam de locis subterraneis & antiquis occultioribus, in quibus aqua stagnans mare non subit: sed & ali forte sunt occulti canales per quos aqua maris delapsa foras erumpit.

X. Cum autem ex observationibus illud constet, plus aquæ intra unius anni spatium exhalare, quam e cœlo decidat: (nam ad duorum usque pedum & novem digitorum altitudinem aquam exhalare compertum fuit,) si terræ superficies esset ubique æquabilis non montibus & vallis aspera & aqua in eo maneret loco in quem decidit, magna anni parte terræ superficies his in locis arida esset. Sed cum inaequalis sit & mollis terræ superficies, pars aquæ pluviae terram subit, ubi diutius manet, pars altera in loca depressiora labitur, ubi altior cum sit, & superficiem habeat pro mole sua angustiorem, illa exhalationi sufficit & fontium atque fluviuum perennitati.

Mense Junio D. Cassini, qua ratione in agro Ferratiensi aquæ sunt dispositæ, & quibus modis carum divisio fieri possit, ita ut circumjactis terris non oblinuerit, cotam exposuit. Illius ea de re sententiam summus Pontifex Innoc. XII. ab eo postulaverat, quam postea Romam misit.

C A P U T II.

De Botanicis & Chymicis.

I. **S**entio me paulò longiori fuisse in iis quæ ad Physicam spectant, senariandis. Et tamen multa ex iis omisi quæ in Actis unoquoque mente ejus anni publicatis majori ex parte continentur, ut & ea quæ circa plantarum vegetationem præter communes naturæ leges sunt observata.

In eum censum referri posunt plantæ cuiusdam, cui Fraxinellæ nomen, portentosa mutatio in floribus, foliis, stylo, & siliquis quæ in folia degenerarunt: quæ quidem à D. Matchant anno superiori observata, & figuris delineata in Actis mensis Martii cum animadversionibus pereruditis continentur. Annus ille pluvius fuit & frigidior, ex quo factum est, ut complures plantæ effæctæ grana non exulerint, ac ne floruerint quidem, succo alimentitio præ caloris inopia non satis bene subacto & parato: unde hæc planta quæ per decenium flores rubeos semper præbuerat, hoc anno partim rubeos, partim virides exhibuit. Nam calore Solis succus bene digestus colorem splendidiorem in floribus efficit. Sic Laureola, & quedam ellebori species mense Decembri flores virides emitunt. Contia qui mensibus Augusto & Septembri se effundunt flores, post debitam succi alimentiti coctionem & fermentationem, colorem vegetotem præ se ferunt.

II. Eandem ob causam siliquæ in folia degenerarunt. Accedit illud quo-

ANN. que prava styli conformatio , qui ab ortu suo in plures fuit divisus partes. Quod enim in anumantibus est uteri tuba , hoc fere est stylus in plantis : in siliquarum membranis , qua velut chorion , & Amnios habentur , aëtra vegetationi granorum necessarium desert ; granum Placentæ per umbilicalem funiculum adhaesit. Unde & stylus tot è basi sua tubulos emitit , quot sunt siliqua. Stylus itaque in ortu suo male conformatus , & cintius quam par esset , exsiccatus , quantum satis erat aëris , siliquis suppeditare non potuit. Hæ quidem copiosum exigunt : nam in iis conclusus aëre adeo coarctatur , ut exsiccatæ cum magno strepitu difficiant , & grana interdum ultra octo pedes explodant. Deficiente itaque aëre grana formari non potuerunt , ac succus recens qui semper accessit , eorum procreationi non impensus , siliquas in formam foliorum produxit , isque per eas continentem ascendens nova & minora folia procreavit.

III. D. De la Hire in causam ascensus succi nutritii in praecelsas arbores olim inquirens , hanc ex Mechanicis legibus deduxerat , ac per tubulos plantarum eum eluctari succum perlausum habebar : cum autem plerique Philosophi in ea sint opinione , ut putent eum succi ascensum carnosæ & spongiosæ substantiæ qua fibras involvit , acceptum referti opertore , quedam in eam rem fecit experimenta , è quibus liqueret utra sententia esset veri propior.

1. Chartæ bibula frustulum latum sex lineis suspendit parte illius insima in aquam demersa , aqua ultra sex digitorum altitudinem mox ascendit.

2. In tubo vitro tres lineas lato , & spongiae sicca frustulis non admodum compressis impleto , aqua ultra unius digiti altitudinem sublata non fuit.

3. In Chatta bibula qua in eodem tubo conclusa est & contorta , sicutamen ut pars tubi pene dimidia vacua esset , aqua ad 153 lineatum altitudinem tridui spatio sic evecta est , ut intra 12 horas primi diei 100 lineas decurrerit.

4. Ubi in eodem tubo Chatta non convoluta , sed pressior , adeo ut nihil pene inanis relinqueret , posita fuit ; intra 12 horarum spatium , aqua ad 112 usque lineas , tum per aliquot dies paulatim facta sublimior tandem ad 225 usque lineatum altitudinem est eluctata. Id vero ab eo fuit animadversum , aquæ sursum sublatæ pattern tubi interiori guttis satis etatis persundi , qua ascensum aquæ promovete potuerunt. Nam hæ guttae virtutis partibus adhaescentes chartam sibi proximam madidam efficiebant. Unde ubi pars tubi inanis fuit , ita ut charta tubum minus opplexeret , aqua non ad tantam altitudinem proiecta fuit.

Ex quibus id colligitur , vix illam de ascensi aquæ per partes spongiosas in proceris arboribus cum legibus qua in libratis liquoribus observantur , conciliari posse , et si forte in plantis mediocris statuæ locum obtineant.

Ista quidem experimenta in actis exposita sunt ejusmodi , ut à nobis praeteriti non potuerint. Ex iis enim multa speculatione digna etui possunt , qua ad Philosophicæ naturalis generalem notitiam spectant.

I V. Hujus gencris sunt ea qua ad vegetationem seu germinationem stir-

pium pertinent. Illud imprimit excutiendum fuit, utrum aer huic generationi omnino sit necessarius, quae communis est & recepta omnium et pene sententia: atque illa vegetatio nihil aliud videtur esse, quam partium, quae in ipso germine jam insunt delineatae, ampliatio & irrumescens. Et quidem spongia aqua madida non minus in vacuo intumescit quam in libero aere. Quin & grana terrae mandata non minus in vacuo videntur, quam in aere intumescere & germinare posse.

V. Id verò ipsum experiri voluit D. Homberg, ut in Actis mensis Junii dilucidè explicatum habemus. Terra capsula lignea conclusa varia commisit semina certis locis distincta, portulacea, nasturtii, lactucae, chærophili & Apii sativi machinæ pneumatica imposuit: è capsula exhausit aer, tertio quoque die terra irrigata, tum intra recipiens reposita. Aliam consimilem capsulam cum ipsis seminibus libero aëi exposuit, quæ germinarunt intra paucos dies, in machina longè tardius, & per pauca ex iis semina vegetare visi. Nec duo prima folia lactucae ad debitam magnitudinem excicerant, ut in nasturtio & portulaca. Vix uno die in vacuo persistit portulaca; nasturtium per sex dies, lactucae germen diutius sterit; sed admisso aere cœpit tabescere, ut & alia semina. Terra sexto post die cum irrigata fuisset, & recipiens aere exinanitum, intumuit fere ut farinæ massa cum fermentecit, ateo ut pars ejus è capsula in recipiens dederit, caque manibus contrectata subpinguis & mollis visa est, cum antea esset instar arenæ aspera, quod forte quedam moleculæ sibi agglutinatae ab humore disjunctor fierint. Nam buntor facilius in vacuo has moleculas penetravit & diluit, quam in aere libero, simul & vacua spatiola in particulis crassioribus excavata implevit, hinc major molles. Quin & aer in aqua recens affusa dispersus præ illa subpingui & limosa terra liberum non habuit exitum, atque ex illo aëiis nisu illa prodiit intumescens. & velut ebullitio quedam.

V I. Ex iis D. Homberg duo colligebat, præcipuum germinationis causam non in pondus, vel elaterium aëris referri cōportete, cum semina in vacuo germinaverint. 2. Ab aere tamen ut à causa adjuvante, ut vocant, vegetatio nem scinimum promoveti, cum per pauca se se in vacuo extulerint. Nam aëi in unoquoque grano inclusus vi sua elastica magis se dilatat in vacuo, quam ubi à circunfuso undique premitur, ubi illæ se manent præcipue seminis paties, nec subita rarefactione dissumptu: car, ut accidit in vacuo, ubi nihil fibras seminis adversus inclusum aeru manit & firmat, atque ab eo nimicem dilatatae facile lacerantur.

Illud experiri placuit an plantæ quæ in vacuo germinaverant, in libero aere adolecerent: veruni omnes tabescere visæ sunt, quedam citius, ut lactuca, alia tardius.

V II. Ac ne id quidem tacendum est, plantulis quæ in vacuo germinarent, eaque guttulas semper insidere visas quæ summitates earum attingebant, mox in terram subjectam relabentes. Atque ex guttæ non ex ipsis plantulis, sed è terra, irrigata prodeunt, neque aëris pondere aut elaterio, sed matcriæ forsan æthereæ vi in sublime aguntur. Etsi enim pondus aëris vaporibus attollendis & librandis multum confert, tamen à terra quæ in

ANNO. recipiente posita est, plus aquæ sursum sublata est in machina, quam ex 1693. ali consimili aëri exposita, cum aequalis humor, & calor itidem aequalis esset. Nam globus vitreus exhausto aëre intus aquæ guttis obductus apparuit, atque intra 12 horas aqua fere tota, qua terra in capsula lignea contenta perfusa fuetar, ad inum recipientis decidit: cum in aëre libero campana superposita paucis guttulis aquæ obduceretur: magno quidem arguento particulas aquæ, seu vapores non sola aëris circumfusi, sed ætheræ quoque materiæ vi in sublime vibratas fuisse in machina pneumatica. Quamvis id verisimilimum sit ad eandem altitudinem vapores non effervescere in vacuo posse, atque in ipso aëre: nam illud admodum est prebabile cō usque ascendere vapores, dum sint in æquilibrio cum aëre ipso.

VIII. Hæc quidem de Plantarum vegetatione in universum. Interim D. Tournefort Tractatum suum de Plantis ad certa genera revocandi legere incepit, qui anno 1694 in lucem prodidit. Physicas quoque circa fibratum in quibusdam plantis contractionem observationes, i.e. non dissertationem de Plantarum Mechanica variis in confessibus ex scripto legit.

IX. D. Dodart complures Stirpium descriptiones à D. D. Marchant & Tournefort propositas cum figuris jam aere incisis contulit.

Analyses quoque Stirpium à D. Bourdelin sunt continuatae. Si quæ forte occurrerent medendi arti utiles, ab hujus rei peritis in eisdem hoc ipsum fuit annotatum. Ex. gr. cum cochlearia, quæ ubique ut corroboratio salutaris habetur, liquores per analysim Chymicam resoluti exponerentur, multos ab eo morbo cochlearia & nasturtii frequenti usū sanatos esse; acrum usum huic morbo optimum esse remedium virti experti testati sunt. Alii aëris mutationem, aut remedia quæ effteratos humores temperant, praetulere.

X. Cum etiam ex occasione analyseos Aconiti de venenorum natura & remediis sermo haberetur, D. Clarias id monuit, in aricula cuiusdam mulieris notissimæ, quæ ultimo supplicio scelerum seorum peccatis luit, inventam esse aquam omnino insipidam & limpidam, quæ propinata animantibus eas enecavit, atque illius mulieris fratrem succo citri diu vitam produxisse testatus est. Addebat uberiorē aqua potum ad eis venena corrosiva non inutile esse præsidium.

Die 26 Augusti vir pietate & doctrina insignis P. l'Amy è Congregatione S. Mauri misit ad me rotulam trunci ex ulmo excisa, quæ utrimque figuram Crucis, qualiter gerunt equites Melitenses graphicè delineatam exhibebat. Quocumque in loco hic truncus dislocaretur, eam crucem exprimebat.

XI. Cum D. Dodatt die 2 Decembbris plantæ illius per vulgatae, cui Tanaceti nomen, legeret descriptionem, occasione nata nos docuit eam herbam esse basim & fundamentum illius aquæ quam vir Illustriss. Dux Montausierius adversus rheumatismos parabat. Folia & summitates hujus plantæ aquæ ardenti vini infundebat. Post frictionem hanc aquam adhibere jubebat parti affectæ, ac sape id remedium bene procedebat. Cum hujus rei occasione de variis remediis sermo haberetur, D. Tournefort

allium colicis doloribus optimum esse remedium testatus est.

XII. Tractatum suum de tinctura Antimonii variis in congressibus tomis legit D. Homberg, hanc per varia accitorum genera & spiritum vini elicit. In disenteriis se feliciter adhibuisse hanc tincturam spiritu vini extactam affirmabat.

Dic 23 Decembris D. Morin Doctor Medicus in cœtum Academicorum ab Illustriſſ. D. De Pontchartrain adlectus nonnulla de fossilibus, disseruit ac præcipue de ferri vena, ex qua ferrum malleo ductile extraxit. Hujus rei occasione D. Homberg visum à se hominem dixit, qui tundendo ferrum illud candens, & adurens efficiebat D. De la Hire se expertum ait virgulam ferri sèpius inflexam & reductam mitum in modum incalcescere D. Homberg adjecit se in Suecia vidisse fusores, qui conjectum in fusum metallum lignum manibus retraherent. Quin & D. Gallois vidit apud Cœnomanos opifices, qui fusum ferum manibus hue illuc in minutis pilulas spargerent. Paucis post diebus formam & ideam eorum quæ circa mineralia animo concepit, è scripto recitavit D. Morin.

C A P U T III.

De rebus Anatomicis.

I. Neunte hoc anno viperarum anatome, musculorum, dentium, & viscerum structura diligenter fuit examinata. Quid superiori anno D. Charas acciderit, ut semel & iterum viperæ dentes venenatos digitis infixerint, quodve remedium attulerit, ipfemet scripto exposuit, quod in Actis publicis mensis Januarii habemus explicatum. Ubi inter alia illud commemorat, Ambrosium Paræum Caroli IX. & Henrici III. Chirurgum Montispessulanæ à viperæ itidem in digito vulneratum fuisse, cumque strictioni ligatura supra vulnus adhibita ab omni periculo liberatum, ut ipfemet l. 21 testatur. D. Charas præter ligaturam 24 grana salis viperini in priori casu hauserat, ut sudorem excitaret: sed solam ligaturam posteriori vulneri adhibuit. Paræus præter ligaturam gossypium aqua vini ardente, in qua theriacam dissolverat, imbutum, vulneri imposuerat. Alio utuntur remedio Pictones, quod eo loco referrut: uti & illud cuius mentionem facit D. Boyle in libro de utilitate Philosophia experimentalis. Ferrum candens vulneri quam fieri potest citissimè & proxime vulneri admovetur, ut venenum foras educatur. Idque bene processit in homine quem viperæ monorderat: nam cultri carentis vim per 10 aut 12 horas minuta calorem quam poterat maximum ferens, manus ejus detumuit: cuius rei sèpius factum est periculum.

II. Cum de venenis olim sermo haberetur in Academia, D. Blondel ait sèpe id contingere in America, ut venatores morsu animalium percussi vitæ discrimen adeant, neque aliud huic malo esse remedium aut certius, aut facilius quam pulverem pyrium vulneri impositum accendere. Et quidem vidi in Normania rusticos parato uti remedio adversus canum rabies.

ANN. dorum mortis : exsugunt sanguinem & salem vulneri imponunt cum li-
1693. gatura.

III. In quo positum sit vitus viperæ , an in succo flavo intra dentium cava contento , ut videtur D. Redi , an in spiritibus viperæ irritatis , diu agitatum fuit. D. Chares posteriori accedebat sententia , quam in libri sui de viperæ postrema editione , ex iis quæ sibi acciderunt ubetius confirmat.

Hec quæstio multum & diu ventilata fuit , atque ex variis experimentis illius solutio quæsita : qua de te superius egimus.

IV. Nec minori animorum contentione de respiratione in foetu & in testudine , ac de usu ovalis foraminis , quod pater à ventriculi dexteri cordis auricula ad venam pulmonum , de canali qui ab arteriæ pulmonum trunco in Aortam descendenter definit , inter petitissimos Anatomicos disceptatum fuit. Utrum ii ductus circulationi sanguinis ita sint destinati , ut foetus & testudo diu vivant pulmonibus omnino cessantibus , quod sanguini per hos ductus liber pateat aditus à vena cava ad venam pulmonum , & ab arteria pulmonum in Aortam ? an forte alium habeant usum ? Illud quidem circa usum respirationis D. Mery in Actis mensis Martii p. 34 contendit foetum in utero matris conclusum per matris pulmones respirare , neque ad circuitum sanguinis minus necessariam esse respirationem in foetu , quam in matre ipsa ; siquidem ille per placentam uteri materni fundo adhaerente una cum matri corpore ita connectitur , ut per funiculum umbilicalem , cuius extrellum unum in placentam , alterum in umbilicum definit , sanguinem excipiat per venam umbilicalem , cuius radices in placenta sunt diffusæ , ac vicius sanguinem per duplicem arteriam in eandem effundat placentam. Vena sanguinem ab arteriis uteri excipit , atque ab utraque arteria umbilicali sanguis foetus in placentam , hinc in venas uteri remeat.

V. Id vero sape fuit à D. Mery observatum , in parte funiculi ita compressa , ut non possit sanguis ab utero matris in foenum commicare , statim infans extingui , si caput intra uterum vel illius canalem conclusum teneatur. At si foras exierit caput , non propterea moritur infans , quantumvis funiculus premaur à reliquo corpore in ipso transitu arcatus. Atque hujus effectus vix alia affecti causa potest , quam respirationis in foetu ut in matre necessitas , adeo ut aëris una cum sanguine materno permisitus circuitum sanguinis in foetu promoveat , dum pulmones omnino cessant.

Cum aërem in partu eorū infantis satis habet roboris ut sanguinis circuitum efficiat , ac capite foras prolatō spiritus animales hujus motus officies vim suam exerunt , sanguinis circulatio non amplius à materno pendet sanguine.

VI. Itaque is negabat in foetu hunc esse usum ovalis foraminis & canalis inter arteriam pulmonum & aortam , ut respirationis deficitam suppleant : siquidem una cum matre respirat & unum velut corpus cum illa efficit. Nam ubi aëris commercium in funiculi pressione interceptatur , statim is moritur. Quin etiam infantis capite foras prodecente , & funiculo ab omni pressione libero , siquid obster quominus ore dueat aëra , statim is vivere desinit , ramessi & foramen ovale & canalis diu patent postquam natus est infans.

VII. Quædam tamen in testudine experimenta fecerat, quæ contrariae & *An-*
vulgo receptæ opinioni videntur suffragari. Testudo enim sublata pectorali *tomica*,
li testa, quæ sterni loco est, adhuc per septem dies vitam produxit,
cum canis sterni detracto statim extinctus fuerit: quod in testudine san-
guis per apertos in corde ductus circuitum suum diu continuaret, non
item in cane, cui occlusi sunt hi ductus: magno quidem indicio nec fœ-
tum aëre indigere, ut sanguinis circuitus fiat, quod in corde fœtū sanguis
ab uno ventriculo in alium rectâ committet, nec respiratione illi opus sit.
Sic utraque maxilla atete constricta in testudinibus, atque ote & natibus
30 & amplius dies vitam prottaxere.

VIII. His utique respondet D. Meri in Actis mensis Augusti, aliam
ob rationem testudines diutius vivere circa respirationem, quod in iis alia
sit cordis structura quam in homine. Nam cor testudinis triplici ventriculo
donatur, dextro, sinistro, & medio quodam inter utrumque interjecto.
Dextrum à sinistro septum quoddam separat spongiosum, versus basim
cordis amplum est foramen pene ut in humano fœtu, sed in medio aliud
est foramen per quod ambo hi ventriculi dexter & medius inter se com-
municant. Medius ventriculus utroque multo est angustior, nec aliud quid-
dam videretur esse quam dextri continuatio, adeo ut tres his sinus pro uno
& eodem habendi sint, neque unus scorsum aut separatim ab aliis agere
possit: quod utique ex vasorum dispositione liquet.

Nam in sinu sinistro nulla est arteria quæ sanguinem à vena pulmonum
exceptum referat, sed necesse est ut sanguis qui à vena pulmonum in si-
nistrum sinum delabitur, in dextrum ventriculum transmittatur: sinus
intermedius arteriæ pulmonum præbet originem, ac nullam excipit venam.
E sinu dextro ortum dicit Aorta, uti & arteria inter pulmonum arteriam
& Aortam descendenter interjecta, quæ in testudine cum Aorta descen-
dente non conjungitur nisi juxta ventriculum, non ut in fœtu prope Aortæ
originem: sinus is dexter truncum quoque venæ cavae excipit.

IX. Quare medius ventriculus partem duntaxat sanguinis in pulmones
defert, quem sinistra in dextrum sinum revehit, ex quo in arterias pro-
pellitur. Sic ventriculi omnes junctis viribus sanguinem è ventriculo dextro
protrudunt, ac sanguis in duas partes dividitur. Pars ejus præcipua in
Aortam & in arteriam illam quæ est velut canalis communicationis; pars
altera & minor pulmonum vegetationi & nutritioni destinata è dextro in
medium ventriculum hinc in pulmones deducitur, eorum venam subit &
in sinistrum sinum effunditur, ubi nullam offendit arteriam. Quare per
apertos meatus in dextrum sinum remeare compellitur. Non ita est in ho-
mine: nam septum quod duos ventriculos separat, nullis pervium est for-
aminibus, & inter ventriculos nullum est commercium; unicuique sua
vena, sua itidem est arteria; ambo separatim agunt, & sanguis non idem
insistit iter. In testudine tres ventriculi in eandem simul actionem conspi-
ravit, ut sanguinem ex uno & eodem ventriculo expellant.

X. Deinde longe major est in homine habita ratione corporis copia
sanguinis quam in testudine, uti ex vasorum multitudine & magnitudine

ANN. 1693. colligitur, quæ in testudine & parva extant & numero per pauca. Pulmo-
nes quidem in testudine mole sua vincunt pulmones cæterorum animalium : unde & vasis donantur longioribus, sed pariores ramos & minores ha-
bent anfractus, unde & minus ii ponderant : cum ex amplis constent ves-
fusculis que vacuæ sunt, quæque venis & arteriis pene destituuntur, quod
minorem sanguinis quantitatem excipient: In testudine enim pulmones quat-
tam implent corporis partem, in homine vix decimam.

XI. Cum ergo in decima corporis humani parte longe major sit copia sanguinis, quam in quarta testudinis parte, reliquum humani corporis longe majori sanguinis quantitate perfundi necesse est, quam testudinis corpus. Quin & ambo ventriculi cordis in homine longe ampliores sunt, quam tres ventriculi testudinis, nec tantum itineris consicit sanguis in testudine, atque in homine. In illa enim pars magna sanguinis in Aortam è ventri-
culo dextro conmeat, nec pulmones trahit & in unoquoque circuitu se-
mnel tantum per cor transmittitur, cum in homine bis cor pertranseat:
nam uterque vena cave truncus in ventriculum dextrum effusus longo iti-
nere per pulmones in sinistrum cordis sinum transfluitur.

Postremo ex cordis & arteriarum pulsu id liquet, sanguinis motum multo tardiorum esse in testudine. Atque ex iis omnibus efficitur, motum sanguinis circularem in testudine non adeò egere respiratione, quod cor illius satis validum sit, ut sanguinem paciorem breviori tramite, junctis viribus & tardiori motu propellat: cum in homine major sit sanguinis moles, longius spatiū percurretendum, & celeriori motu opus sit: unde externo aëris subsidio oranino indiget, neque eo catere potest.

XII. Qia autem ratione aëris sanguinis circuitum promovet, paulo uberioris explicat D. Mery loco citato qui consuli potest. Illud primum statuit, dilatato pectore aëra per os & nares subire, asperæ arterie ramos, atque ad vesiculos usque pulmonum penetrare. Constricto thorace partem aëris pulmonibus conclusi & pressi è vesiculis in venas cum impetu pro-
trudi putat, sanguinem à tergo versus cor impellere, motum illius acce-
lerare, quii alioqui torperet in pulmonibus. Inclusum in venis pulmonum aëra cum sanguine misceri: siquidem in singulas vesiculos rami asperæ arterie, & venæ desinunt, ac sanguis una cum aëre exquisitè misitus in si-
nistrum cordis sinum & in arterias deducitur, quem aër levior & ad
motum magis idoneum efficit; innumeras in sanguine bullulas creat, quæ sanguinis molem augent, cor & arterias sic inflant, ut vel mihi ina pre-
fessione sanguis cum impetu erumpat. Tum spirituum animalium aëre illo cor
contrahitur, sanguis sinistro sinu & arteriis contentus in extremas corporis partes protrusus per venas in dextrum cordis sinum remicare compellitur.
Nam valvulae venarum eò versus sanguinis motum inslectant & determi-
nant. Spiritus animales systolen, seu contractionem cordis efficiunt: cum enim fibras distendunt, limul ventriculos cordis arctant. Sed ut videtur
D. Mery, aëris ipse diastolen procreat, dum suo elaterio ventriculos & ar-
terias distendit, statim atque cessat pressio ab intumescientia fibiarum orta:
verum aëris continentia hæsti elaterium plus æquo auctum circulationem
ipsum tandem inhiberet, nisi insensibili perspiratione dissiparetur. Nam spi-
ritus

XIII. Neque illud abhorret à verisimili hanc insensibilem perspi-
 tationem quæ tardius sit in testudine, quam in aliis animantibus, ex parte
 causam cœle cur ea tamdiu vivat citra respirationem. Nam aër diutius in
 testudine conclusus vasa distendit. & sanguinem efficit leviorum. In homi-
 ne autem impedita respiratione sanguis sit crassior & gravior, cumque vasa
 sint eo oppletæ, majori vi opus est, & pressione ut expellatur.

XIV. Accedit illud quoque in testudine pulmones amplos esse, & ve-
 siculars longe majores quam in homine: adeo ut sint quædam velut prom-
 ptuaria aëris. Unde viperæ & ranæ, in quibus ea est cordis & pulmonum
 structura, ut diu vivere possint circa respirationem, in Machina Pneuma-
 tica vix tandem moriuntur, ut expertus est D. Homberg.

XV. Cum autem in fœtu, cordis ventriculi eodem sint modo dispositi,
 atque in adultis, existimat D. Mery eum itidem aëris respiratione, eo quo
 diximus modo indigere: tametsi foramen ovale & canalis pateant in
 fœtu. Verum is negat ob respirationem id esse à natura provisum, sed
 ob alios usus de quibus suo loco.

XVI. Mense Maio D. Du Verney pedem Leonis incidit; musculo-
 rum structuram & usum exposuit; manum hominis cum pede anteriori
 Leonis contulit, & utriusque conformatiōnem; pedis quoque Leonis &
 Urbi musculos oculis subjecit D. Meri.

XVII. Die 4 Augusti corpus adolescentis à fulmine icti aperuit D.
 Du Verney, atque illius historiam scripto tradidit. Sequanam trajiciebat
 una cum Principe Emanuele à Lotharingia & ejus Præceptore Doctore
 Theologo D. Chartier, qui in prota sedebant. Scaphæ partem anteriorē
 fulmen leviter attigit, hinc reflexum in adolescentis occiput sibi obviū
 sic incurrit, ut in eo duplex contusio & nraque levis appareret. Adolescentis
 sedens immotus iis qui aderant dormire visus est. Aperto post duas horas
 corpore, tunc erant viscera exceptus pulmoris qui omnino contabuerant,
 & multo magis concidisse videbantur, quam in ullo alio mortis genere.
 Aperis pulmonibus tracheæ rami ab igne illæsi, sed vasa sanguinea erant
 exsanguia; cor omnino farum, & ejus ventriculi admodum distenti ex
 copia sanguinis liquidi, non concreti. Cranium ex ictu fulminis illæsum
 fuit, uti & partes omnes cerebri, nisi forte quod in parte summa cerebri
 lympha erat congelata intra pia matris plicas coacta.

Postea D. Du Verney structuram capitis in serpentibus, quidve habeat
 cum viperæ capite commune, ostendit.

XVIII. Ne illud quidem tacendum putem quod D. Mey die 18
 Novembris nobis reulit se in pueri aperito cadavere invenisse crassiora in-
 tellbra inflammatæ, & gargaræ proxima, cum tenuiora intellecta fari
 omnino essent. Cribra Encrustata cum coticis Peruviani pulvere parata hanc
 iri eti facrant. Quæ, ut ipsi visum est, cauta sunt, non motus solitari,
 nam ardenti febri is laboraverat, sed illius inflammationis in crassioribus
 intubis visa.

XIX. Cum ex occasione quadam de colicis doloribus sermo habere.

ANN. tur, D. Tournefort allium his intestinorum torninibus optimum ait 1693. esse remedium. Ego quidem interdum vidi ventis tornina sedari hausto pulvere glandis una cum vino generoso. Pars interior glandis & quasi nucleus in pulverem comminuitur. Nec clam me est è diversis causis hunc oriri morbum, nec eodem sanari medicamine.

C A P U T I V.

De rebus Mathematicis.

I. **D**ie 22 Januarii Eclipsis Lunæ totalis Lutetiae observari non potuit, quod cælum nubibus esset obductum. Hanc Massiliæ observavit D. Chazelles : ex illustrium macularum immerfione in telluris umbram, & ex earum emersione quæ tum esset Lunæ latitudo, subductis calculis à D. Cassino conclusum fuit, Eclipticam quæ centrum umbrae pertinans à centro Lunæ quarta parte diametri lunaris tum remotam fuisse. Cum autem differentia meridianorum Lutetiam inter & Massiliam sit 12 horas minut. ut superius demonstratum fuit, observationes circa initium Eclipses, immersionem integrā, emersionis initium & finem omni fere ex parte cum calculo à D. Le Fevre ante initio consentiente visa sunt.

II. Cum circa septimum diem Decembri anni 1692, Jupiter in oppositione sua cum Sole reperitur, D. D. De la Hire & Sedileau tempus illius oppositionis magno studio & cura observarunt. Hinc enim medu superiorum planetarum motus, excentricitates & Aphelia eruuntur, cum in inslem Ecliptice locis videantur, in quibus ex Sole ipso viderentur. In conjunctione sui copiam non faciunt, extra conjunctionem & oppositionem cum Sole, apparent inæqualitatē ex anno motu ortæ sunt obnoxii. Unde ejusmodi obseruationes in oppositionibus accurate fieri solent in Regio Observatorio. Quæ à D. Sedileau diebus 6, 7 & 8 Decembri factæ fuerunt obseruationes, in Actis mensis Februarii dilucidè exponuntur.

III. Die 13 Decembri D. De la Hire Jovis & Saturni oppositiones jam à multis annis factas cum tabulis Rudolphinis collatas exhibuit, Kepleri Epocham circa Jovis & Saturni oppositiones corredit.

IV. Is ipse die 12 Martii Lunæ per Pleiadas transitum diligenter observavit, ut videre est in Actis mensis Martii, ubi stellarum è quibus hec constellatio coalescit, figura delineata cum numerosis stellulis quæ majoribꝫ tantum telescopis deteguntur, pulchritè exprimitur. Atque he stellulae quæ identidem cum Luna coniunctæ eclipsim patiuntur, magno sunt usui, ut Lunæ motus accuratè definiatur.

V. Eodem quoque tempore D. Sedileau Lunæ transiūm per Pleiadas & Eclipses aliquot stellarum observavit, atque hinc longitudinem, latitudinem & parallaxim Lunæ eruit.

VI. Inter observations Astronomicas quæ factæ sunt à P. P. Societas in Sicensi regno, & quas P. Gouic hoc anno publici iuris fecit, illa instigris est, Mercurii in Sole visi, à P. Fontenay die 10 Novembris anni

1690 circa meridiem. Hæc Mercurii cum Sole conjunctio Lutetiae videtur ea anna potuit : sed Norimbergæ à D. D. Vuvtzelbaur & Eimart hora 8 matutina ^{plana} na cum quadrante visus est in Sole Mercurius à Solis limbo semidigito remotus.

V I. Ex utraque illa observatione multa collegit D. Cassini speculatio nē digna circa locorum longitudines , orbita Mercurii ab ecliptica distantiam , seu latitudinem , nodorum situm & motum , de quibus consuli possunt Acta Academiæ 15 die mensis Maii.

Atque ut ex iis perpaucā delibemus , quæ factæ sunt Norimbergæ observationes , indicant Mercurium hora 8 , 27 min. 33 sec. è Sole omnino exiisse , cum Cantonii in Sinensi regno hora 3 post meridiem , 18 min. 3 sec. prodierit. Unde longitudinum differentia inter utramque utbem est hor. 6 50 min. 30 sec. Ex eclipsi Lunaris anno 1685 die 11 Decembbris ab insidem viris Doctissimis Norimbergæ factis observationibus , cum iis quæ Lutetiae sunt itidem factæ collatis , Meridianorum differentia Lutetiam inter & Norimbergam inventa est 32 min. seu dimidia horæ vel circiter. Quam differentiam longitudinum si addideris differentiæ jam repertæ inter Cantonium & Norimbergam , habebis merid. differentiam Cantonium inter & Lutetiam hor. 7 , 22. Qualis ex observatione eclipseon primi satellitis Jovis fuit explorata.

2. D. Cassinus nodum Mercurii , illius motum , & latitudinem ex his observationibus collegit ; quod iterum accuratius praestitit , postquam ejus observationis correctius exemplar post biennium natus est.

3. Eadem Meridianorum differentia inter Cantonium & Norimbergam , quæ ex Mercurii emersione è Solis limbo eruitur , quæque per eclipses Lunæ & primi satellitis Jovis est reperta , persuadet parallaxim Mercurii vix esse sensibilem.

V II. Die 13 Julii stella illustris quæ cor Scorpionis , & Antares v. nominatur , à D. Cassini fuit observata , nec Lunæ corpus eam obduxit propter Lunæ parallaxim , cum Massiliæ eclipsim passa fuerit : quod parallaxeos differentia unius minuti & 50 sec. effecit. Hæc per semihoram corpori Lunati affixa visa est. Quæ ex hac Lunæ cum ea stella conjunctione collegit D. Cassini circa parallaxim Lunæ , Ascensionem ejus rectam , & distantiam à terra , die 14 Novembris in primo post inducias congiessu legit.

Eodem die D. De la Hite observationem suam circa Martis & Jovis conjunctionem quæ mense Octobri contigit , è scripto recitavit.

Die 21 Novembris P. le Comte qui recens è Sinceli regno advenerat , una cum P. Flotiot in Academiam venit. Ac primum observationes à P. P. Societatis tum in eo regno , tum in ea regione quæ Ponticery appellatur , factas exhibuit , 2 Chartam Tartariae , cojus exemplum delineandum curavit D. Cassinus , 3. Stirpes taras & in Gallia plane incognitas accuratissime delineatas , cum multorum pitictum iconibus , 4. varia P. P. Societatis itinerary , Imperii Sincensis statum politicum , religionem , mores , naturalem historiam , quæque ad situm regionum spectant , duobus voluminibus eleganti stylo & candido complexus est. In iis libris , admirationes Christianæ Religionis progressus , propensus Imperatoris in Catho-

ANN. Icos animus, bonarum artium studium, & alia bene multa continentur: ex 1693. quibus facile est intelligere Academiam non tantum scientiis & artibus, sed etiam promovendæ religioni non inutilem fuisse. Paucis post diebus D. Cassini Tattatæ Chartam protulit, in qua animadvertisit Pequini longitudinem decem gradibus majorem quam revera sit, in ea tabula delineari. Longitudines & latitudines multarum utbiuum ex recentioribus observationibus quam P. P. Jesuite miserant, postea emendavit. Ambo D. Cassinus & D. De la Hire existimant Sinense Imperium multo esse angustius quam vulgo creditum est.

I X. D. Varignon diebus 30 Maii & 6 Junii 1693, generatim cunei vites juxta quilibet hypothesim tum figuræ cunei, tum etiam directionis mallei in cuneum impacti, demonstravit. Relatis enim quatuor his de re Mechanistarum sententiis, quorum alii statuunt vim qua percuditur cuneus, semper esse ad resistentiam seu ad corporis findendi tenacitatem, ut dimidium basis cunei isoscelis ad ejus altitudinem; alii ut est basis tota ad hanc altitudinem; alii, ut dimidia basis ad latus; alii denique, ut maxima fissuræ latitudo ad ejus profunditatem, quam ultra cunei aciem ponunt. His, inquam, relatis de cuneo sententiis, suam protulit D. Varignon, generatimque demonstravit, *Æquipollentibus cuneo & corpore findendo, vim qua cuneus, ut liber, percuditur, semper esse ad resistentiam seu tenacitatem findendi corporis, ut productum ex sinu totali per sinum anguli quem findentia latera cunei, seu circumscripti cuneo perpendiculariter ad fissure planum trianguli ejusvis rectilinei comprehendunt, ad productum ex sinu incidentie mallei in cuneum per summam sinuum angulorum ad cunei vel trianguli hunc exhibentis basim positorum; vel (si mavis) ut productum ex sinu totali per hujus trianguli basim, ad productum ex sinu anguli incidentie per summam ceterorum ejusdem trianguli laterum.* Atque hinc eruitur quid vetum, fallsumve sit in superioribus Mechanistarum sententiis.

Idem die prima Augusti 1693 plures Galilæi propositiones de gravium per inclinata plana descensu, planis contiguis accommodatas & universaliae fecit.



SECTIO TERTIA.

De rebus Mathematicis anno 1694 pertractatis.

Astronomica, Geometrica & Mechanica hoc vertente anno ut superioribus proposita fuerunt & discussa: ab Astronomicis ducentus exordium.

CAPUT PRIMUM.

De Rebus Astronomicis.

I. D Ominus Cassini dissertationem de stellæ Polatis ab ipso mundi Polo varia distantia in uno aut altero congressu legit: in qua observationum Astronomicarum antiquitatem ex 1200 annis ante Hipparchum deduxit.

II. Cum vetus Jovis macula circa 13 diem Januarii rediisset, observationes circa hanc maculam à se factas itidem legit mense Martio, atque insignem maculam in tertio Jovis satellite à se deprehensam admonuit. Quin etiam quantum variare possint eclipson satellitum phases, propter eas quibus inveniuntur maculas, peculiari scripto exposuit.

Die 13 Martii observationes suas circa concursum unius è Jovis maculis cum umbra primi satellitis è scripto legit.

III. Cum D. Chazelles Hydrographiæ Professor Regius, nunc Academæ Socius Mediterraneum mare Regis jussu lustraret, atque immersiones primi satellitis Jovis accuratè observaret, easdem Lutetia & iisdem temporibus D. Cassino observante, differentia longitudinis Lutetiam inter & Melitam Insulam inventa est 12 gr. 8 min. 45 sec. collatis immersionibus ejus satellitis Lutetiae, & Melitæ simul perspectis. Latitudo Insulæ Melitensis inventa est 35 gr. 53 min. 30 sec.

IV. Consimili ratione Mediterraneum mare ad Ægyptum usque percurrentes, multò id majus, quam revera sit, in chartis delineatum comperit. Altitudinem Poli 13 min. majorem invenit Alexandriae quam à Ptolemæo notata fuerit: longitudinem differentiam Lutetiam inter & Alexandriam invenit unius horæ 51, 13, inter Lutetiam & Magnum Caïrum unius horæ 58, 20, sed de his infra fusiùs.

V. Die 12 Junii filius D. Cassini, annuente Illustri. viro D. De Pontchartrain, & per illustri Abbate Bignon, in Academiam ascitus tabulas exhibuit à se computatas, quibus ad quamlibet stellæ Polaris altitudinem quacumque hora diei, & quovis die ubique terrarum ejus deviatio horizontalis ad ortum, vel occasum diagnosticatur, ut explorata habeatur acus magneticæ declinatio, & Poli altitudo.

VI. Die 22 Junii eclipsis Solis à D. D. Cassini & De la Hire, quantum per cœlum nubibus obductum fieri potuit, observata fuit. Lugduni à D. Cusset, Avenione à P. Bonfa Societatis J E s u accuratiū ea fuit observata.

Lugduni incepit hora quarta 48, 16; desit horâ sextâ, 12, 33. Avenione Sol incepit deficere horâ quartâ, 51 min. 21 sec. Maxima obscuritas fuit 2 digit. $\frac{3}{4}$ horâ quintâ 34 min. 23 sec. Finis horâ sextâ 19 min. 24 sec.

Lunæ eclipsis die 7 Julii circa horam primam à media nocte à D. D. Caf-

Qq ij

ANN. anno & De la Hire itidem fuit obseruata. Hic verò advertit anno 1673;
1693. seu 19 ante annis Lunæ eclipsim eodem die contigisse.

VII. Suas in postremo Luna eclipsim animadversiones D. Cassini è scripto legit, ac filius ejus rationem proposuit inveniendi diametrorum Solis & Lunæ per obliquum transitum Lunæ. Execunte hoc mense idem D. Cassini filius Chartam Geographicam exhibuit, in qua longitudines & latitudines juxta recentiores observationes erant delineatae.

VIII. D. De la Hire quæ sic ratio diametri Lunæ ad terræ diametrum peculiari scripto expendit, illam esse 275 partium millesimatarum diametri terræ competit nempe $\frac{275}{1000}$.

IX. Filius ejus mense Junio in Academiam cooptatus fuit, ut patrem in perficiendis observationibus adjuvaret. Paucis post diebus D. Maraldi, D. Cassini è sorore nepos itidem selectus fuit à D. De Pontchartrain, qui Academiæ interesset, & avunculum juvaret in observationibus, uti & filius ejusdem paulo antea eidem munici p̄fectus fuerat. Quo quidem omnes egregiè sunt; non multò post tempore D. Bouleduc in Academiam electus fuit à D. De Pontchartrain, qui unà cum D. Holmberg Chymicos labores promoveret.

D. Cassini collectiones omnium conjunctionum Mercurii cum Sole, quarum Astronomi cùm veteres, tum recentiores mentionem fecerunt, è scripto recitavit cum suis annotationibus, die 19 Decembri.

C A P U T I I.

De Rebus Geometricis.

I. **N**ter alia quæ sunt purioris Geometriæ & Arithmeticæ theorematæ D. Varignon illustrum quorumdum Geometrarum nostræ ætatis opinionem circa longitudinem spiralis Archimedis refellens, ostendit eam esse longiorem dimidia parte circumferentie circuli circumscripsi. Idem genetalem Methodum, qua tangentes, longitudines, & quadraturæ spiralium omnis generis parabolici, ac proinde etiam hyperbolici & quatumlibet revoluti- num inveniantur, palam exposuit.

II. Aliquot post diebus soliditatem, & gravitatem centrum omnium, ut vocant, unguilarum parabolicarum in infinitum usque demonstravit. Is quoque incunre hoc anno Arithmeticam infinitorum explanavit. Hac à D. Vallis insigni Geometra per inductionem tantummodo fuerat demonstrata.

III. D. De la Hire generalem demonstrationem loci angulorum aqua- lium, quos tangentes sectionum conicarum efficiunt, novam quoque describendi sectiones conicas methodum tradidit.

IV. D. Rolle quandam Diophanti questionem solvit, & circuli quadratura impossibilem esse peculiari scripto ostendit.

Nec prætermissa est pars illa Geometria, quæ cum Physica conjuncta est.

V. D. Varignon generalem tradidit methodum qua medix altitudines

cujusque receptaculi aquarum, aut centra media cujusque orificii inveniuntur, generalem quoque regulam demonstravit, qua innotescit motus superficie aquæ vase, aut receptaculo quovis contentæ, quandiu exinanitur.

Idem postea rem ipsam longius persecutus regulam proposuit, qua effluxus aquarum, tubuli ipsi per quos è variis receptaculis aut tubis ciumpunt, juxta specificam eartum vel cujusque liquoris gravitatem, quæcumque ponatur, & ad quamlibet altitudinem, ad calculum revocantur. Sic calculum init ejus qui in machina pneumatica residuus manet aëris, postquam majori ex parte est exantlatus.

Idque demonstratum ab eo fuit decimam-octavam partem aëris superesse post tuncinas exantlationes, cum receptaculum decies majus est ipsius antliae tubo; atque universim rationem aëris naturalis ad aëra rarefactum in machina pneumatica juxta proportionem recipientis, tubi, antliae & emboili indagavit.

V I. Idem rationem invenienda altitudinum differentiarum in hydrargyro & aëre qui cum premit in tubi inflexi parte ima, per calculum tradidit. D. Mariotte in Tractatu suo *De Motu aquarum*, ut experientia comprobatum docuerat, summam ponderis atmosphaerae, & Mercurii supra horizontem extantis penes altitudinem sumpti, ad solum pondus atmosphaerae eam habere rationem, quam extensio aëris naturalis in tubo haber ad extensionem aëris quem comprimit Mercurius in imo tubi. D. Varignon generali formulam præscribit, qua per litteras id ipsum quod queritur, statim invenitur. Idem citra calculum per Geometriam simplicem est consecutus:

Quinetiam modum proposuit inveniendi rationes inter aëra diversis temporibus eodem in loco circumfusum, aut diversis in locis eodem tempore spectatum.

V II. Sub initium anni D. Moutons Lugdunensis eximus Mathematicus misit ad D. Cassirum Tabulas à se compositas, quas Academiam oblatas voluit. Has ita inscripsit *Trigonometria artificialis, sive magni Canonis Logarithmici supplementum exhibens Logarithmos sinusum & tangentium singulis secundis debitos, tum in primis quatuor gradibus quadrantis, tum in earum complementis*. De usu tabularum in Astronomia brevem dissertationem contexuit D. Caslinus, atque ut eas diligenter asservaret, censuit Academia.

VIII. D. De la Hire libellam non minus accuratam quam usu facilem coram exhibuit.

X I. D. Amontons cuius supra mentionem fecimus, Pontonis structuram à se excogitatam & delineatam protulit, quam omnibus aliis è cupro paratis usu expeditiorem existimat, quod altero tanto solidior sit, & dimidia parte latior, citius in aquam immitti possit, & multò minori sumptu conficiatur.

E duplice afferum ordine constat, qui in formam crucis dispositi, & clavis ritè sunt compacti; qua parte se tangunt abicitini illi afferes, oleo illiti exterius pice & colophoniam, tum foliis tenuissimis cupri obducuntur, afferibus per clavos infixis. Qui inter se committuntur ferruminis flannei interjecte ultra 20000 pondo ferunt.

X. Ad Physico Mechanica referri potest experimentum à D. Cassino

factum circa folia chartæ è dupli filo suspensa. Illa enim ultra perpendicularm excurrunt juxta quadratorum numerorum rationem : ita ut novem folia tunc longius excurrant, quām tria : qua de re jam alio loco diximus.

X I. Die 23 Junii Filius D. Couplet typum nō lettinæ ad venti imperium versatilis, sed horizontalis exhibuit, quæ usui esse potest.

ANN.
1694.

SECTIO QUARTA.

De Physicis, Chymicis & Anatomicis.

E Odem anno quæ sunt Physicæ contemplationis, & ea imprimis quæ ad corporum affectiones, ad Chymicam analysism, anatomiam & rem herbariam spectant, non minori studio quām Mathematica sunt indagata.

C A P U T P R I M U M.

De Physicis & Chymicis experimentis.

I. **P**rimū quidem ineunte hoc anno D. De la Hite quantum aquæ anno superiori ē cælo deciderit, scripto tradidit, simul & varia experimenta circa fontium originem peculiari dissertatione exposuit, ubi Librum D. Pelot Angli ea de re conseriptum expendit, ac postea ex occasione Tractatus hydrostatici à Bernardino Ramazini Professore Mutinensi editi *De fontium aquæ Mutinensis origine*, idem argumentum fūsus ab eo discussum fuit. Quæ dissertatio fortè aliquando publici juris fiet.

II. Aliam quoque dissertationem de sono legit, quæ hoc ipso anno publici juris facta est. De lumine quod in Barometro D. Picard mitemate iam alijs diximus, id animadvertis die 15 Maii multis retro annis hoc lumen non apparuisse, sed ante mensem sui copiam fecisse. In Barometro D. Cassini idem effectus se prodit, sed in Barometro D. Picard lux vegetor est, & totum tubi spatiū aëre vacuum implet.

III. Die 14 Aprilis D. Homberg novum phosphori genus subjecit oculis. Is paratur ex una parte salis armoniaci, du bus calcis extinctæ in aëre : utriusque materiae comusæ, & crucibulo impositæ fistula ferri immerguntur, ubi mitema quasi fusa appareat. Hæc ferri fistula culti dorsò percussa in obscuriori loco lumen vibrant. Lapidem Bononiensem calcinatum exhibuit qui instar prunæ accensæ fulgbit, hæc quælibet figura aptari potest. Novum quoque phosphori genus subjecit oculis, Smataglioni vocat, sunt lapides quidam vilides, qui comus & prunis ardentibus impositi rutilant.

I V. Die 5. Aprilis ingens Vesuvii incendium erupit, quod ad *M. 175*
18 usque diem duravit: hujus historia ad D. Callinum missa est. Illud *ca.*
singulare visum, quod mens novus emerserit prope alium veterem; butu-
minis lacus è terræ sinu prodierit, qui vallem implevit subiectam.

V. D. Homberg quædam in machina pneumatica fecit experimenta,
quæ ab eo postulata fuerant. Fels parvuli in machina extincti pellis ad-
modum intumuit, & pene à musculis divulsa est. Aperti corporis vasa &
pulmones non disrupta apparuerunt, uti in alio júniorē evenerat, quem
D. D. Mery & Homberg in machina expirare siverant. Hujus thorace
aperto sanguis è ventriculo cordis dextro exiliit, & cor aliquandiu motum
suum continuavit; mortuus is fuit post quartam emboli depictionem. Duo
catelli recipienti sunt impositi: qui minor erat, post 13 aut 14 emboli
ictus interierit, is tres tantum aut quatuor dies natus erat; major 7 aut 8
dierum, septimo ictu extinctus est, integris vasis & pulmonibus, qui plus solito
rubore visi sunt: adeo ut minuscula animalia magis resistere videantur.

V I. Idem 4 die Septembribus pyxidem ex ossibus bovinis factam exhibuit variis distinctam coloribus. Ossa aquæ formi debilitatæ, in qua argen-
tum exsolutum fuerat, ante immersa, tum Soli exposita, atro colore in-
fecta & tornata, instar marmoris erant variegata.

V II. Animadversiones quoque suas in scintillas luminis, & colores qui
in vacuo se produnt, legit è scripto. Pancis ante diebus Syphonem recep-
taculo aptaverat experiundi gratia, an exhausto aëre aqua continenter è cruce
longiore exsulet. Ita quidem evenit, sed è bullis ex aqua emergenti-
bus motus fuit interrupsus.

VIII. Sub initium hujus anni de testa Sinensi, quam porcellanam vo-
cant, quamque forte veteres concham Veneris dixerunt; dissertationem legit
D. Morin, uti genuinos illius teste characteres desetibit. Candide est, pel-
lucida, pigmento albo ad splendorem illita, vulgo *d'un verni blanc*, tum co-
eruleo colore encavata. Vasa hæc testacea è terra cum sale arctissimè per-
mitta constare existimat; uberior teria obstat quominus in vitram habeat,
unde opacitatem quandam inducit. Vitri genus quoddam non esse porcel-
lanam vei ex eo liquet, quod gravior sit, & fracta inæqualis & aspera:
cum facilitia sit polita, æqualis & levis. Qua ratione & natiua, & fac-
titia parentur, fusè eo loco explicat: è facticiis eam esse optimam putat,
quæ ne Lutetiam in vico, cui nomen *Chalot*, conficitur.

IX. Idem aliud scriptum legit de cinetibus cœruleis, qui pirantur è
laure (ut ipsi videtur,) Armeno: eum ipsum esse originatur quem in mon-
te lucidam Armenie (*Ustionum vocant,*) inventit. Cum anno 1688 terram
eo in loco ad 22 usque hexapedas effodi justisset, 200 pene libras lapillo-
rum cœrulei coloris in arena cum argilo teira petimistas collegit. Hi
lapilli rotundi sunt, avellanatum magnitudine, graves alico ut metallici
videntur, ac forte halitu quodam è cupri fæina exhalante inficiuntur.
Nam in radice montis sunt venæ calaminiris lapidis: cum lapillos con-
tritos, vasi aquæ pleno impositos diu ferrea spatula agitasset, spatula qua
parte materiam tangebat, dealbata fuit, quasi mercurio esset illata, que
pars aquæ erat immersa, cuprea visa est.

ANN. 1694. Cæruleum verò artificiale parari solet cum una parte vitrioli, duabus sulphureis & tribus mercurii. Sed hic color vim ignis non sustinet ob impuram sulphura, quæ materiam metallicam unà secum abripiunt.

Idem postea costam in lapidicina gypsea inventam in monte Mattyrum exhibuit. D. Mery existimabat fuisse costam testudinis.

X. Circa calorem & frigus D. Homberg excuntem mense Apili, & calidore cælo aquam falsam, quæ hyemis tempore in glaciem concreverat, nondum solutam invenit; duos quoque penes se liquores esse ait, eosque calidos, qui unà permitti liquorem admodum frigidum efficiunt.

X I. Quæstio fuit agita: , an liquor aliquis solo motu incalescat circa fermentationem, aliis affirmantibus, quod sanguis sola motione magis incalescat, negantibus aliis: atque illa opinio nonnullis visa est probabilior liquorem simplicem, ut aquam, solâ motione non incallescere, cum alia sit ratio liquoris mixti, cuiusmodi est sanguis, idque imprimis cum sulphureis abundat partibus.

X II. Die 13 Novembris in primo post inducias congressu D. De la Hite, quæ tum esset acùs magneticæ declinatio, nempe lex graduum 35 min. admonuit. Id quoque advertit tum temporis magnam in Barometro mutationem accidisse: nam intra unius diei spatiū ad 16 lineas descendit hydrargyrus, cum venti flarent actius. Isdem fere temporibus phialam exhibuit aqua limpida plenam, in qua erant complura animalcula forma cancri non dissimili. Hec arborum folia sic exedunt, ut artificio quadam incisa videantur.

De natura & origine illius pigmenti quod cochenillam vocant, cum agereunt, quædam illius grana protulit D. Homberg, eaque rotunda, quasi totidem aurelias, rubeo liquore plena.

X III. D. Charas granum Kermes coram exhibuit & pulverem, qui incendiens lanis est optimus; is plenus videtur ovis, quæ in papilioes abeunt. Observationes suas in ejusmodi grana, seu in coccum baphicum legit.

X IV. D. Homberg liquorem ostendit quo vitrum dissolvitur, neque aliud quiddam est præter aquam fortē quæ in vitrum prius candens & liquido plumbō immersum vim suam exercit.

X V. Hoc ineunte anno D. Charas in Thermarum calorem diligentius inquirens, suspicabatur cum ex acido sulphuris in locis vicinis copiosi, atque ex parte ejus inflammabili proficiere. De aceto sulphuris & antimonii na fere opinatur, sulphur commane cum suo acido ipso antimonii actu incat, idque ex eo colligit, quod in præparatione butyri antimonii sub finem cinnabaritis attollatur. Unde sales fixi, dum acidum absorbent, quo Mercurius velut ligatus tenebatur, mercurium ipsum liberum dimitunt, qui proprio pondere decidit. Quin etiam ubi igne moderato stibium calcinatur, flamma cærulea ut in sulphure se prodit.

X VI. Quo autem modo antimonii acetum citra alieni corporis additionem extrahatur, subinde tradit. Postremo de tinctura antimonii, cuius usum præstantiorum esse putat, quam aceti ex eodem minerali præparati, differunt.

Exeunte hoc anno scriptum aliud legit de præparatione cuiusdam remedium, quod panaceam vocat, quod in malignis febribus utiliter se expertum temeraria ait. Hæc panacea è Mercurio, sale marino & vitriolo conficitur.

Illud admonet hydrargyrum, cum in ipsis moratur intestinis, non vacare periculo, nisi unà cum purgante aliquo medicamine conjungatur. Solus enim cum pravis humoribus societatem init, & corrosivus evadit: alii aliter opinantur, siue viri expertissimi,

C A P U T II.

De rebus Anatomicis.

I. **Q**UÆ ad historiam animalium & anatomen spectant, ita sunt in hujus anni decursu continuata, ut compluta jam ante animadversa magis ac magis fuerint confirmata, & pleraque inventa. Sic D. Du Verney mense Januario, quæ Actis Academiac circa biliares ductus & pancreatis canalem struthionis inserta fuerant, quæque de interiore membrana quæ villoso manicæ similis est, uti alia quædam de ejus ventriculo confirmavit, simul id ostendit, ductum hepaticum in stomachum definere cum bile viridi. Non enim cupreos denarios hic struthio deglucierat, neque adeo viridis color ex aerugine cupri prodite potuit. Hæc bilis exsiccata admodum viridis est, & granum illius magnam aquæ copiam eo colore tingit. Glandulæ interioris membranæ cum succum viridem non præbent, cum exprimuntur. Unde illud putat admodum verisimile in trituratione ipsa musculorum ventriculi hunc colorem in omnes diffundi partes.

II. D. Mery musculosrostri, ossis Hyoidis, linguae & laryngis in pittoresco exhibuit, eorum structuram & motus omnes exposuit. Interjectis aliquot diebus musculos pedum evolvit.

III. Descriptiones quorundam animalium leætæ fuerunt: quales D. Perrault exatas reliquit: à tigre cœptum est, tum elephantis Historiam anatomicam legere occœpit D. Du Verney: quæ ad structuram spectant, accuratiù sunt discussa. Atque ex occasione nata D. Mery in pelle quæ struthionis pedum plantam tegit, papillas, corpus reticulare, epiderma subjecit oculis sic disposita, uti à Malpighio describuntur.

IV. Filius D. De la Hire coram exhibuit pastoris ossa carnis nuda-ta instar sceleti artificiosè parati: & animalcula canctis non dissimilia, quorum supra meminimus, carnem & cerebrum intra unius noctis spatum exederant.

V. D. Du Verney fœtum protulit duplicem in pectori conjunctum, inferioris ventris partes omnes geminæ, pars anterior pectoris erat unica.

D. Mery fœtum exhibuit, cuius exterior forma bufonis non erat ab-similis. Cranium avellanæ magnitudine, partes interiores confusa admodum erant.

VI. Cum hoc anno febribes malignæ Lutetiae, ac pene in tota Gallia sacerarent, de remediis identidem actum fuit: vesicatoria his febribus utili-

ANN. ter adhiberi admonuit D. Du Verney. Et quidem ea vidimus in famulo 1694, quodam nostro feliciter usurpata. Adversus cephalalgiam camphoram in portionibus cardiacis utile esse præsidium, & à se interdum præscribi vir expertissimus admonuit. Vino camphorato rheumatismos sepe curati, uti & pedum aut manuum unctionem piaz frigore, vulgo *Engelure*, quo quidem remedio hemorrhoides leniuntur, uti & unguento quod è fino equino cum axungia frico in farragine paratur, cuius succus postea exprimitur.

VII. Cum de opii usu sermo haberetur, D. Charas in tenebro quo laborabat, non ita pridem illud feliciter usurpare testatus est. Optimum quoque illud esse odontalgia remedium, si grani dimidium per bidaum aut triduum sumatur, D. Dodart admonuit. D. Charas spiritu fatis ammonaci perfuso gossypio & dentis foraminis inserto hos dolores persæpe levandi expertum se ait. Ista quidem & alia hujus generis obiter dicta multis forte non inutilia videbuntur. Verum ad ea que sunt magis instituti nostri transendum.

C A P U T III.

De variis visus affectionibus.

I. **H**oc vertente anno D. De la Hite Physico-Mathematicam dissertationem de varia oculorum structura, ac de iis que visioni solent accidere, multis in congressibus legit, atque una cum aliis opusculis Mathematicis & Physicis eodem anno publici juris fecit.

Hanc dissertationem in duas fecat partes, in priori ea pene omnia que ad visionem pertinent, juxta variam oculorum conformatiōnēm expendit; in posteriori quibusdam vulgo receptis optiōniōbus circa modum, quo visio perficitur rejectis, certas præscribit regulas, quibus oculorum dispositio, & vites in variis eorum mutationibus cognosci facile possint, seu ipsi secum in diversis temporibus, seu cum aliis conseruantur.

Pars Opticae melior nova ratione explicata hoc Tractatu continet: atque opere pretium nos facturos arbitramur, si præcipua illius capita latitè redditā attingamus.

1. Primum quidem triplici visionis genere allato brevis & fortis que Myopibus, longæ & debilis, que Piesbys convivit, & inter utramque interjectæ, qua perfecta dici potest, quodd in mediocri distantiâ res objectæ satis distinctè appareant, qua singulis convenienti aut mutationes, aut defectus Auctor diligenter prosequitur. Hæc ad tria potissimum referunt capita, nempe ad organi vitium, seu organo ipsi, seu humoribus oculi illud insidiat, 2 ad nimiam pupillæ dilatationem, 3 ad nimiam ejus contractionem. Quamvis in priori casu nonnulli accessu luminis contrahatur, in posteriori aliquantulum ampliatur in locis obscurioribus: nam licet pupilla angustior fiat in lumine, & amplior in obscuro loco, non id tam cadem facilitate fit in pueris, & in iis qui provocatori sunt atiae. In illis masculi & tendines cum molles sint, atque organum ipsum nempe

retina, aut choroïdes tenerum sit & exquisiti sensus, pupillæ musculus facile ampliatur, & constringitur: siquidem delicioris organi textura, ne forte præ nimio lumine offendatur, contractionis motum exigit. Contra evenit in adultis, quibus musculus ille pupillæ motor jam rigidior est, & in senibus ferè eadem manet pupille apertura in locis illustratis & obscuris. 2. Quibus de causis alii sint Myopes, alii presbytae paucis explicat; ac multa circa distinctam magnitudinis rei objectæ, & distantia perceptionem, circa obscuram vel claram colorum speciem, circa utriusque oculi directionem speculatione digna & intellectu facilia subjicit.


II. Judicium de rerum distantia ex quintuplici causa pendere docet.
 1. Ex apparenti eorum magnitudine. 2. Ex colorum impressione, quæ duo à pictoribus solent usurpati, ut rerum objectuum distantias exhibeant, atque in iis tantummodo oculos fallunt. 3. Ex directione oculorum, nam uteque oculi axis aliter in remotæ, aliter in proximæ rei nobis objectæ idem punctum dirigitur. 4. Ex patallaxi rerum objectarum, cum oculus situm mutat. Nam si duo corpora in certa unius oculi positione sibi conjuncta videantur, oculo dextrorum moto corpus illud, quod ab altero sibi ante conjuncto versus dextram removeri appetet, idem quoque remotius est, & corpus quod ad levam manet, proprius judicatur. 5. Ex distincta vel confusa minutarum partium perceptione de corporis distantia judicamus.

III. Id quoque advertit quemdam esse locum in visus organo, nempè in retina, ut ipsi quidem videtur, qui exquisitoris est sensus, adeo ut res objectæ acutius videantur, cum penicillorum ut vocant, apices in cum locum desinunt. Unde habitu quodam acquisito oculi globum ita convexus, ut imago rei quam distinctè cernere volumus, in eo retinae loco depingatur. Illud retinae punctum id ipsum esse solet, quod directè objectæ rei exponitur, nisi ex defectu organi, aut ex habitu punctum illud medium minus exquisiti sit sensus: adeo ut globum oculi ex obliquo converti necesse sit, quòd pictura loco exquisitoris sensus imprimatur: quod luscis evenire solet. Tamen id vitii alia quoque ex causa ori potest, ubi crystallinus suspenditur non è regione pupillæ, & magis in unam partem, quam in alteram inclinatur. Nam apices penicillorum qui directè in oculum incurunt, quique ad axem dirigi deberent, in eam pattem deflectunt, ubi crystallinus magis attollitur. Sic radii A B, non ad axem E P & punctum P, sed versus D diriguntur. At si punctum P retinae sit sensus exquisitoris, ut fieri solet, tum radii E B, F B oblique incidentes, in punto quidem P coibunt, & objectum unde ii prodicie radij, distinctius apparebit: oculus adeo in id objectum intentus erit, ad quod tamen non dirigitur, unde & luscus apparebit.

IV. His universim explicatis ad singula visus genera descendit, ac primum quidem myopum varia explicat phænomena, quæ magna ex parte omittimus, quod ab auctore dilucide & brevi verborum complexu sint explicata. Illud imprimis advertit, myopes ubi humores oculi puri sunt, non turbidi, res objectas proprius admotas distinctius admodum contueri, quod amplæ rerum imagines in retinâ depingantur, minutæ adeò eorum

ANN.

1694.




partes possint discernere. Quod si humores turbidi sint , ut in plerisque evenit , confusa erunt imagines , nisi uberiori luce objecta corpora profundantur. Ubi humores limpidi quidem sunt , sed quodam infecti colore , eodem res colore tinctas exhibent , ut cum per vitrum tinctum intueatur : Sed hoc ipsum non advertimus , nisi repente id vitii incurrat : tum enim recens est memoria colorum quos ante vidimus.

V. Ac nihil forte est cui magis assuetus est oculus quam colorum mutationi. Quod variis probatur exemplis : nam si per vitrum vitidi aut rubeo colore paululum tinctum sic rem intueamur , ut alia corpora circumposita obducantur , intra breve temporis spatium colorem ipsum vitidem aut rubetum in re visa non advertimus : vix illud nobis persuaderemus colores alios in Solis , & in accensæ candelæ lumine videri : & tamen certum est coruleum colorem in candelæ accensæ lumine viridem nobis apparere.

V I. Illud prætermittere non possum quod subinde annotat , myopem non attente eum respicere , quocum loquitur , quod motus oculorum in eo qui loquitur intueri non possit , hinc tamen vis verborum plurimum pendet , & in mentem ipsam loquentis ex motu oculorum non mediocriter penetramus : quare myops totus in verborum sensum intentus oculos nulli rei defixos tenet.

V II. Myopes vix distinctè percipiunt res objectas , cum pupilla est apertior quam par sit : non enim in illa humorum conformatioe radii ab eodem objecti corporis puncto prodeentes , post triplicem refractionem in idem organi punctum coire possunt.

Illud pulchritè explicat quæ causa sit cur myopes , qui tamen res objectas mediocriter remotas distinguunt , easdem plerumque geminatas certant , ut horologii lineas in fundo albo delineatas , atque ex præstantissimis Geometricis Cartesio , Roberallio & Hugenio ut certum statuit lenses utrimque convexâ superficie eaque Sphaerica donatas non esse satis idoneas , quæ radios ex eodem puncto prodeentes in idem punctum post duplarem refractionem colligant . Sed aptæ huic rei futuræ sunt , si unam ex



versus extrema in situ oppositos inflectatur, aut certe pars ejus media crassior sit quam extrema.

Itaque in hac Crystallini conformatione duplex focus futurus est, cum res eminus videbitur: nam radii medium crystallinum penetrantes citius coibunt, quam qui extremos illius margines pervadunt, iisque velut annulum quemdam depingunt, quod non tam cito coicant, ac priores radii: idque maximè si pupilla sit apertior & corpus paulò remotius spectetur. Unde objectum nigrum in fundo albo positum in foco crystallini punctum nigrum depingeret. At si radii crystallini limbum penetrantes in retina ipsa coicant, qui per medium transeunt crystallinum, non incurvant in retinam nisi post concursum jam factum, & in ea basim seu picturam omnino perturbatam delineant.

VIII. Quod si pars media crystallini minus convexa sit quam extrema, ut sit in presbytis, tum res geminata videbitur, sed contrariam ob rationem. Nam citius coibunt radii qui margines ipsos pervadent.

Atque ex irregulari figura cornæ tunicae aut crystallini ratio ducitur, cur corona circa faces accensas spectentur: nam superficies minus aquabiles & regulares in certis distantiis duplice efficiunt folum, ac circuli luminosi, circa puncta in quibus plures radii colliguntur & distincta sit visio, descripti has coronas nobis exhibent, quæ ubi constantes sunt & semper apparent, vitium esse in crystallino indicant. Sed ubi certis tantum temporibus ea videntur, irregularitas cornæ id plerumque efficit, ut accidit, cum diutiù oculo manus innixa est: ac subinde colores varii apparetur, si magna sit refractio, ob superficies admodum irregulares. Rem ita esse hinc comperties, si subnigrum corpus pupillæ admoveatur: cum enim illud partem pupillæ obduxerit, circulus lucidus ex dimidia parte sectus apparebit.

X. Myopes quibus pupilla est angustior, & sana sunt organa, ii minima quæque objecta discernunt majori luci exposita: nam coni lucidi angustiores, cum acutiores habeant apices, distinctam magis picturam efficiunt, quam si coni essent obtusiores: sed objecta etiam proxima non vident, nisi eadem valde collustrata: nam imago ampla in fundo oculi depingitur, & lumen multum spargitur.

X. Quo brevior est visus, hoc res objecta major appetet, ubi cum specie illius per vitrum cavum transmissa comparatur: tametsi per vitrum concavum longè distinctior conspicitur. Ubi retina minus sana est, vitra cava nullius sunt usus: nam penicillotum apices proprii adnoti angustiores formant imagines quam ut organum afficiant, & distinctam præbeant visionem. Sed duo vitra quorum unum convexum, & alterum est cavum,

ANN. 1694. satis amplam efficiunt imaginem , & radios ita disponunt , ut plenique sufficiant , & in retina coëcant.

XI. Illud quoque solemne est myopibus ut minutiores excent characteres. Idem enim iis evenit quod presbytis , dum litteras digitales proprius admotas legunt : continuus capitinis motus iis molestus est , & ipsam mentis attentionem multum infringit.

XII. Interdum evenit ut adolescentes usque ad vigesimum aut vicesimum quintum annum visu donentur temperato , tum si inter myopes habentur : cuius rei causam D. De la Hite in vitreum humorem certa ratione productum refert , quod musculi paulatim crassiores facti oculi globum fortius premant , ac proinde retina longius à crystallino removeatur : sive adeps in iis uberior in causa sit cur ab utroque latere oculus arietetur , seu è contra imminuto adipice sclerotica à musculis fortius compresata globum itidem oculi arietius premat. Vix enim cornea tunica , quæ dura est & firma , aut crystallinus humor , cuius natura est homogenea , & liquoribus undique cinctus , hujus effectus causa esse potest.

XIII. Myopes quorum pupilla est apertior , lux magna minus offendit quam presbytas , aut eos qui perfecto sunt visu. Nam in illis radii ab objecto collustrato prodeentes ampliorem in retina basim efficiunt , minus adeo laddunt retinam quam in presbytis ubi arctior basis fortius afficit visus organum. Cum angustior est pupilla in myope , iùm objecta proprius admota intuetur , & minutiores illius partes satis distincte percipit , quod radiorum penicilli , quorum basis est pupilla ipsa , admodum tenues distinctam in retina depingant imaginem , tametsi omnes eorum apices in retinam exactè non cadunt.


XIV. Haec tenus de myopibus , de presbytis breviori stylo dicendum. Nam ex iis quæ diximus , præcipue visus in presbytis affectiones facile intelleguntur. Ac primum si quibus pupilla est angustior , vix distinctè res objectas percipiunt , nisi in magna luce positas. Nam pauciores radii eminus prodeentes subeunt pupillam quam ut retinam afficiant : nisi lux uberior angustiam pupillæ compenset : sed cum lux ipsa coarctet pupillam , quod dedit lucrum , id pene omne detrahit.

2. Presbytæ quibus retina est sensus exquisitoris , res minutiores ab oculis removent , ut distinctius eas contueri possint. Nam radii eminus prodeentes quasi paralleli subeunt oculi pupillam & in retina coëunt , dummodo luce paulo uberiori collustrantur. Sed ætatis progressu oculus magis & magis complanatus res objectas distinctè intueri nequit , nisi radii oculum subeuntes convergant , quod utique non sit ex sola objecti positione : nam si proprius admovereatur , radii oculum intrabunt divergentes : si sit remotius , paralleli sere ingredientur.

XV. Hoc commodi afferunt vitra convexa & usitata perspicilia , quod magnam radiorum copiam inducunt in oculum , eosque sic inflectant , ut in retina distinctam rei depingant imaginem : nam ubi vitium penetrantur , jam minus spatium quam antea occupant ; cum ita sint dispositi ut in unum coënti sint punctum. Cum etiam in presbytis arctior plerumque sit pupilla , illud quoque afferunt commodi ut pictura non minus afficiat

retinam

Atque hoc magis ea est sensibilis, quo vitrum longius ab oculo remo-
 vetur: tum enim plures excipit ab objecto radios. Sed idem vitrum ei-
 dem oculo ad quamvis rei objectæ distantiam aptari non potest: nam radii
 citius coibunt, cum vitrum longius ab oculo distabit: ubi res objecta
 multum à nobis distat, tum vitium ab oculo duobus aut tribus ad sum-
 mum pedibus removetur, ut res ipsa distinctè cerni queat, ac multò ea
 major videbitur quam nudo oculo, ita ut presbytis vitrum unum convexum
 idem prope commodi afferat quod tubus opticus.



Quod in apposita figurâ sic demonstratur. Si oculus G H C D, cuius
 si

ANN. centrum K vitrum convexum E R, cuius focus absolutus sit in F I, hoc
 1694. est, radios quasi parallelos excipiens sic inflectat, ut concurrent in F I: atque ita oculus sit conformatus ut radios quasi parallelos non colligat nisi in eandem tendant lineam F I. Sit porro objectum T V, ac radii T E, & T S ab eodem puncto T quasi paralleli exire, uti & V R, & V S à puncto V prodite concipientur. Qui postquam vitrum pertansient in punctis I & F concurrent, per radios præcipios T S I, & V S F, qui per centrum vitri S transcent. Atque hi duo radii T S, & V S efficiunt angulum T S V, sub quo videtur objectum T V, non habita ratione distantie vitri ab oculo quæ nullius est momenti ubi cum distantia objecti eminus visi comparaatur.

Cum igitur hi radii paralleli, postquam vitrum pertansiente jam sint convergentes, & ad puncta I & F tendant, in oculum incurrentes adhuc incurvantur, ut coëcant in G H, & omnes coëcunt cum radio qui per centrum oculi K transit, quique ut præcipius censeri debet, habita ratione oculi, nempe in I K & F K, qui ad fundum oculi in H & G pervenient, ubi pictura rei objectæ T V imprimitur. Atqui angulus H K G, seu I K F, sub quo videtur objectum, major est I S F seu T S V, sub quo videbatur nudo oculo circa vitrum: cum sit interior, & super eadem basi F I. Ac T S V paulò major est T K V, sub quo videbatur objectum nudo oculo circa vitrum: nam præcipui radii à punctis T & V profecti per centrum oculi K transirent.


XVI. Qui bene conformato donantur oculo, res objectas ad unius pendis distantiam, aut minorem & que perf. clè vident, ac magis remotas: adeo ut visus ille perfectus magnam habeat latitudinem, quæ hic potissimum oritur, quod pupilla facile ampliari ac contrahi poslit. Quibus retina est exquisiti sensus, uberiorem lucem ii serie non possunt. Unde solent pupillam contrahere, ubi objectum paulo illustrius se offert, ita assueti arctim habent pupillam, nec minuta quæque objecta vident nisi ubiiore luce perfusa, licet presbytae non sint, ii tamen convexis utinam lentibus, quo plures radii oculum subeant. Sed ne vitra radios nimium insingant, nive ii citius quam pat sit coëcant, oculum proprius rei objectæ admovete coguntur.

C A P U T IV.

Quædam visus phænomena proponuntur.

1. **P**ostquam D. De la Hire triplex visionis genus sigillatum exposuit; quædam visus phænomena à vitris cruditis proprieitate accuratiùs expedit. Hujus generis sunt radii quidam luminosi circa facies accensas hue illuc sparsi, quos Cartesius è rugis in superficie humorum oculi exaratis, quæque in axe ipso se interficiat curi putat. Rohaltius aliam asserti hujus phænomeni causam, nimic reflexionem radiorum ex utriusque palpebra

terso margine, cum pene conniventes proprius sibi mutuo admoventur. Aliam *Optica* huic effectui causam tribuit D. De la Hire, quam fusè & dilucide explicatam longum esset hoc loco exscribere. Quæ etiam de multiplici specie subjicit, cum de nocte candela accensa per oblongam in charta tenui factam fissuram conspicitur, prætermittimus: hujus phænomeni rationem ex utriusque crystallini superficie irregulari quæ radios in diversas retinæ partes degorget, apte deducit.



II. Sed illud minimè tacendum videtur quod de pupillæ in felibus tam celtri & expedita contractione & dilatatione subjicit. Iridis apertura instar fissuræ nobis appetet, in longum productâ juxta lineam A B. Musculi utrumque versus E & F eam diducunt; occluditur vero vel ab elaterio suo, vel ab alijs fibris C D muscularis. Hujus generis animalia quæ noctu vidunt quæ:unt eam Iridis structuram exigunt: nam ampliati admodum pupilla distinctè res objectas percipiunt, cum tenui luce perfunduntur. Non ea est Iridis structura in hominibus: nam qui ad Lunæ lumen, aut stellarum legunt, inter dilitati admodum sunt pupilla, quæ uberiora lumen ferre nequit. Qui vero in obscuriori loco diu vixerunt, ubi pupilla multùm ampliatur, si repente ad magnam lucem convertant oculos, corum retina maiore luce percussa lœditur, ac sepe visus ipse periclitatur. Simili quidem ratione qui per nubes iter fecerunt, res objectas quasi velo capillati & candido obiectis ecclent, quod retina fibrillæ fortius concussa fuit. Id vitii aliquando oculos invadit, quo pupilla admodum dilatata totam pene Iunum occupat: seu musculi hanc membranam contrahentes elaterio suo destituantur, seu alter musculus relaxatus contra antagonistam suum nisi amplius non possit. Utrumque res se habeat, qui hoc oculi morbo laborant, si lucem ferre nequeunt.

III. Illa pupillæ de nocte dilatatio in causâ est eur candela accensa eminus videatur. Quod si forte in Solem oculorum aciem convertimus, tum partes retinae vchementius concussæ variis exhibent colores, & quasi impressæ manet Solis imago, quæ obstat quomodo alia contumantur objecta: sed & illa fibularum motione immunita Solis impressum vestigium, & colores mutantur, qui varii sunt, ubi cum circumjectis corporibus varie coloratis insidentur. Sic illud sepe evenit ut characteres nubci a parvane, postquam in luce Solari diutius continuata est lectio, quod ex retinae paulo tensione

ANN. agitazione evenit ob radios Solis è candida charta reflexos. Atque hæc litteræ ob eandem rationem rubeo colore tinctæ videntur, quâ Mars in cœlo colore idem rubeo tinctus apparet, quod attis maculis obducatur. Atque experientia ipsa ubique confirmat nigra corpora, si aliquantulum sint diaphana, rubere, cum uberiori luci exponuntur, etiæ corpora candida in arca nigra videntur carulea. Quæ ratio vulgo assertur cur cœlum caruleum videatur, cur Sol & Luna prope horizontem rubeant.

I V. Hæc utique obiter attingimus, ut ad posteriorem hujus tractatus partem veniamus, in qua vir acutissimus multis demonstrat rationibus non eas in oculo fieri mutationes quas omnes frè qui hoc tractauunt argumentum, excoxitarunt, ut modum quo visio perficitur, explicarent. Oculi artificialis, aut tubi optici exemplo usi in ea fuerunt opinione retinam propius adduci ad crystallinum, cum res procul dissitas contuemur, abduci vero, cum res oculo propriores circimsumus, ut sit in oculo artificiali. Sed cum retina admoveri crystallino aut vitro humoris, aut ab eo removeri non possit, in longiori prospicere globum contrahi putant. Contra in retum vicinatum obtutu cum produci fixeant, aut certe crystallini humoris figuram mutari credidere, ita ut magis complanatus sit, cum res communis certimus, idque fieri processuum ciliarium ope, quos musculos esse volunt. His contradic & inflatis crystallum utimique trahi & complanari, ut laxatis globosiorum fieri arbitrantur.

V. At peritiores Anatomici nihil musculosum in hoc ligamine ciliati animadvertisunt, atque humor ipse satis fitnus ex multis pelliculis quasi lamellis conflatus non ejus videtur esse natura, ut figuram mutet, nisi superficies ejus rugosæ fiant, retum adeò imagines in fundo oculi pverterent.

Verum non ex structura modo oculi, sed etiam ex hoc vulgati experimento probati potest nullam in oculi figura fieri mutationem, seu communis, seu eminus res objectas intueamur. Illud ab omnibus per è Opticis traditum est, factis in charta lusoria aliquot foraminulis & ita dispositis, ut non amplius inter se distent, quam patet pupilla foramen, rem objectam, ut candelam accensam penes foraminum numerum multiplicatam certi, dummodo posita sit extra locum, ubi distincte nudo oculo videretur. Quod si v. gr. res objecta distinctè videri nequeat nisi ultra sex pedes distet, multiplex apparebit, cum proprius sitetur: sed una & simplex videbitur, cum in ea constituerit distantia, in qua res distinctè certimus. Tum enim radii qui à singulis rei objectæ punctis per foramina ad oculi fundum perveniant, in retina singuli depingentur: parvi quippe cori radios quorum apices sunt in singulis objecti punctis, & bases in chartæ foraminibus oppositos apices in singulis retinae punctis constitutos habebunt, simplex adeò visio tum futura est. At si non ea sit oculi conformatio, qua possit radios in retina colligere, comitata oculum tardius aut citius quam pars sit, collibunt, eosque retina ante, aut post coitionem secabit. Unde singula objecti puncta retinam afficiunt in diversis locis, ac multiplex illud apparebit juxta numerum foraminum. Tum etiam si gulae objecti imagines distinctiores concinentur, quâm si objectum sine chartæ interpositu videretur; quod coni

radiorum angustiores habent bases : nam ubi objectum simplici oculo visus detur, coni radiosi basis est pupillæ amplitudo : major adeo fit in retina sectio, & major picturæ confusio. Sed lux multò debilior est, cum objectum per foraminula multiplex conspicitur, pauciores enim subeunt radii.

V I. In oculo artificiali idipsum licet experiri, si charta pertusa multis foraminibus vitro anteriori, quod tunicam corneam exhibet, sic admoveatur, ut charta candida quæ retinæ munus obit, in varia distantia à vitro quod crystallini loco ponitur, modò in ipso radiorum concursu, modò proprius admoveatur, aut longius ab eo removeatur.

V II. Ex iis & aliis quæ vir doctissimus subjicit experimentis, ut cunctus visus noscatur vires ac mutationes quæ in oculis sunt, & utrum concursus radiorum ultra, an citra retinam fiat (nam si altero ex duobus foraminibus chartæ obducto, species rei objectæ ex eadem parte oblitteratur, concursus radiorum fit citra retinam : contra, si ex parte altera imago rei deleatur, concursus fiet ultra retinam :) Ex iis, inquam, omnino conficitur diversam non esse oculi conformatiōnem, seu propria, seu remota intueatur objecta.

Quod si enim oculus ita sit conformatus, ut distinctè cernat objectum sensu-pede remotum, mutanda erit ejus figura, ut idem objectum sex pedibus distans conspicari juxta eorum sententiam, qui has oculi mutationes propugnant. Jam ubi per chartam duplice foramine pertusam idem objectum aspicit, juxta corum hypothesim unum & simplex videt objectum, cum aptam huic rei videndæ figuram induit, & tamen duplex apparet. Non igitur oculus novam figuram aut conformatiōnem cepit, ut objectum sex pedibus remotum cerneret, atque eadem est cuiusque distantiae ratio : nam ultra spatium sex pedum radii velut paralleli subeunt pupillam.

V III. Neque id dici potest ex interpositu chartæ fieri aliquam mutationem in oculo. Nam eodem modo de ipsa distantia judicamus, seu nudo oculo, seu per chartæ foramina res intucamur objectas.

Et quidem cum nudis oculis bene conformati utimur, ut objectum sensu-pede remotum, & alterum sex pedibus distans intucamur, non ea est inter utrumque spatium differentia, ut in concursu radiorum confusione inducat : & tamen per duo chartæ foramina objectum longius remotum videbitur duplex, qua differentia simplici visione non percipitur : nam ex utraque distantia æquè distinctè videri objecta arbitramur.

Quod autem non sine aliqua difficultate & molestia oculus ante in objectum proprius intentus, in objectum longius remotum distinctè intuendum convertatur : hoc, inquam, non hinc oritur, quod opus sit aliquo temporis spatio, ut oculus aptè se disponat ad remotioris objecti prospectum : sed quia utetque axis oculi in idem punctum non sine aliqua molestia est convertendus. Quod etiam accidit, cum uno intucatur oculo : quod assueti simus oculorum axes in eum locum convertere, cuius distantia irtumque percipitur : cum per tubum opticum objecta variè dissipata intuemur, eodem oculo, nullam propterea experimur difficultatem.

I X. Nec sola utriusque axis directio hanc difficultatem parit, sed &

pupillæ dilatatio , cum remotius est objectum , & constrictio , cum est pro-
pius , non nihil momenti affert . Nam Iris tunica ex omnium pene consen-
su musculus quidam est , qui pupillam arctu , cum rem plus satis collu-
stratam intuerit , ne radii confertiores iedant organum . Quod experiti fa-
cile est in pueris , quorum pupilla citissimè dilataatur & constringitur ; ad-
moto objecto angustior , remoto fit amplior . Quin & objectis variè dissi-
tis intuendis hæc pupillæ dilatatio & contractio admodum utilis est : ita
ut nihil necesse sit ad variam oculorum conformatiōnem recurrere . Nam
radiorum coni aut penicilli acutiores picturam efficiunt magis distinctam
& accuratam . Quod si igitur ita sit dispositus oculus , ut rem objectam ex
septem pedum distantia distinctè percipiat , quod candem ex unius pedis di-
stantia intucatur , pupillam contrahat necesse est , ut pauciores radios ad-
mitrat , qui conos acutiores efficiant , ne perturbata sit rei objecta figura :
adeo ut latitudo quæ in diversis oculis occurrit , non ex diversa oculi vel
crystallini conformatiōne quæ subinde mutetur , sed potius ex varia pupil-
la aperta sit reperienda .



SECTIO QUINTA.

ANN.
1694.

De Botanica.

Superiori & hoc ipso vettente anno D. Tournefort Elementa Botanica in Academia legit , quæ Typis Regiis excusa fuerunt . Ac nescio an quicquam in hoc genere magis elaboratum , aut inclusi dispositum , & ele-
gantius conscriptum prodierit in lucem . Quod enim imp̄imis filii propon-
suit , ut pulcherrimæ hujus scientiæ principiū experiret , et facilem trade-
ret methodum , quâ plantæ in varietate prope iuncta ad certa quedam
genera , ac vclit capita revocarentur , id oīam Editorum consentiū sic
perfecit , ut vix quicquam desiderari possit magis arte & diligentia com-
positum .

CAPUT PRIMUM.

De veris Botanice principiis generatim.

I. **N**on integras stirpium figuræ , id enim alterius est opus , quod magna ex parte confecit Academia , & aliquando Deo Duce pro-
dibit in publicum ; non virtes quæ iis tribui lunt , quod aliquando ita inu-
rum se recepit D. Tournefort , & perfecte eo ipso tempore quo hæc prælo-
mandantur : sed principia quibus plantæ ad sua genera redactæ scilicet
dignoscantur & cuiusque generis characteres sic itembus designavit , ut e-
studi non possint , si modo ad eas partes , in quibus cuiusque generis eluci-
datis , ut ita dicam , nota est , intendatur animus .

II. Postquam Botanicae ortum, & progressum paucis exposuit, opus *Botanicæ* in tres dividit partes; in prima quidem, qua ratione plantarum species in sua quæque genera redigantur, inquit; in secunda quasdam ille præscribit regulas, quibus Stirpium genera in certas tribuanur classes; in tertia & genera & classes singillatim enumerat; atque hæc primo volume continentur: nam in secundo & tertio icones partium, in quibus insignes nota generum omnium elucescunt, ad vivum expressæ sunt, & tri incisa.

III. Eodem genere censentur plantæ, in quibus similis est partium structura, & earum maximè, quæ insigne nota, & communi quoddam charactere ab aliis secernuntur. Specie vero sunt diverse, in quibus aliquid est singulare, quod ab aliis ejusdem generis eas discriminat. Characteres generici in una quaque specie, quoad fieri potest, sibi similes esse debent, & sensibiles, adeo ut adverti facile possint. Atque hæc genera certis signari debent nominibus, quæ è structura partium potius quam ex etimologia petenda sunt. Siquidem notationes nominum magnam sape in generum cognitione pariunt confusionem. Atque ex occasione quadam, aut è quibusdam notis, quæ in una aut altera occurruunt specie, indita sunt plantis vocabula: cum tamen ratio habenda sit characteris cuiusdam esse talis, qui omnibus æque speciebus conveniat, & cui nomen ipsum, si fieri potest, sit illigatum. Sic *Leucoium*, si ad nominis originem referatur, violam albam tantummodo, non genus ipsum designabit: idque confusam generis ideam dabit.

IV. Verum hoc in ea re caput est, ut characterem ipsum genuinum, non spurium & ementitum statuamus, quod species quæque ad suum genus referatur, isque in stirpe ipsa, non foris querendus est.

V. In planta vero sunt radix & semen seu fructus, unde & caulis in herbis, truncus in arboribus, folia & flores nascentur.

Singulæ cujusque stirpis partes duplice genere tubulorum constant, è vasis nempe & tracheis, vasa succum nutritum ad vegetationem plantæ deferunt, Tracheas instar pulmonum esse, & aëre impleri censer Malpighius: hæc duo tubulorum genera in radicibus & ramis sparsa in trunco & caule colliguntur, non sibi mutuo proxime coherent, sed interiectu utricularum, & quasi vesicularum connexa. Vesiculae autem illæ succo velut sanguine impletunt, uti ex Malpighio alio loco dictum à nobis fuit.

VI. Tracheas stirpium apissimè delincatas habes in tabula 451 hujus operis, hæc vasa in spiræ modum contorta, ac pleraque instar tenuis laminae diducta & convoluta partibus squamatim positis coagmentata cernuntur: eaque facile deteges, si ramulum rose aut vitis, aut alterius stirpis tenerum disrumpas. Illud advertit D. Tournefort eas tracheas, cum franguntur, motu elasticò donati: seu lamellæ spirales productæ pustulam formam sibi restituant, & conclusum aëra excutiant, ac viesim aët ille eas succutiat, & post aliquot itus & redditus pustulum suum recipiant; sive exteriori cedant aëti: nam plus satis productæ elaterio amillo tubescunt. Non enim abhorret à vero hæc vasa esse excipiendo aëti aperta, qui suc-

ANNO. ci motum adjuvat & promovet. Atque hæ tracheæ plus minusve dilatantur, ut elaterium aëris fortius est, aut debilis de die aut nocte, præcalore aut frigore juxta varias anni tempestates. Aët quippe plus solito distensus tracheas quoque distendit, quæ circumjecta vasa sic premunt, ut succum iis contentum in eam partem compellant, ubi minor est resista-

tia.

VII. Verum interiores stirpium partes hoc loco non persequimur, sed exteriæ tantum, ac quantum unde character präcipuus cujusque generis sit repetendus, an ex radice, vel è caudice, aut è foliis aut fructibus, aut è floribus, an demum ex pluribus unà conjunctis.

Radices quidem præ ceteris plantæ organis videntur magis ad ejus natum pertinere: nulla enim sine radice vivit, ne tubera quidem, aut cuscuteæ. Nam in illis tenues velut capilli è rugis prodeunt, uti & filamenta è cuseutâ prodeunt.

Reliquæ stirpium partes non in omnibus inveniuntur: tubera & plerique fungi scapo, seu caule, & foliis destituuntur, ac nescio an semina omnibus omnino stirpibus insint, ut in fungis atque iis omnibus quæ in fundo mari nascuntur plantis: tametsi admodum probabile est ut anima-
lia, sic stirpes omnes è feminis oriti.

VIII. Stirpium partes omnes non sibi solis, sed & aliis formatae viden-
tut: radices succum è terra sumunt, atque in iis primum elaboratur, quem scapus aut tuuncus excipit, & foliis parat, quæ geminis nutriendis eundem expurgatum tradunt.

Flores vero tanquam quedam viscera succo excoquendo in seminis aut fructus usum videntur comparati. Semina vero velut ova, ut Aristoteles ex Empedocle docuit, censenda sunt: nihil enim tam simile est ovo quam semen plantæ: in utroque germinet ipsum partes omnes velut involutas con-
tinet.

Sucus plantarum est mistura quedam ex terræ humore, seminis lacte & farina conflata, quæ in partes sensibiles paulatim explicatur. Plantarum vita in succi nutriti, quo utriculi aut sacculi distenduntur, omnino posita videtur: accretio fit, cùm illæ vesiculae aut sacculi producuntur; unde stirpium magnitudo à natura est definita: nam sacculi ipsi disrumpen-
tur, si ultra prescriptos terminos distenti intumescent.

X. His prämissis jam D. Tournefort diligentius examinat, an geneta plantarum constitui oporteat ex mutua quæcumque illarum partium struc-
tura quadam, an ex una tantum, eaque präcipua & insigni imagi: utrum ex pluribus inter se conjunctis. Ac primum non omnes illæ partes, ac ne quatuor quidem ad constituenda genera conspirant: cùm ne dñe quidem plantarum species in omnium partium consensu, vel in quatuor, aut tribus simul sumi-
ptis convenient. Nam tot fere genera, quot species ponenda erunt, si tan-
ta partium cognatio ad generis alicujus constitutionem requiratur. Sic quæ-
dam ranunculorum species radices habent tuberosas, alia fibrosis, alia grumosis. Quod si partes quatuor ad definendum generis characterem ut florem, fructum, caudicem & radicem exigas, plantæ speciem, non ge-
nus designabunt.

X. Radicum & truncorum differentiae pauciores sunt quām ut generum *Folia*
varietatem inducant. Folia plerisque ad hanc rem magis idonea videntur: *mūta*,
sed ubi flores & fructus se produnt, tanta plerumque in iis apparer di-
versitas ut plantæ, quæ ob similem foliorum structuram sunt consimiles,
eodem genere censeri non possint citra magnam hujus scientiæ confusio-
nem. Eadem est ratio florum quæ huic rei non sufficit. Nam in plerisque
plantis diversi generis consimiles sunt flores, ut in leguminibus, convol-
vulis, campanulis.

Quare rationibus omnibus subductis duarum, aut ad summum trium pat-
rium cognatio in Stirpibus requiritur ad eorum genera definienda. Radicum
cum foliis comparatio est inutilis: sic enim quæ eodem genere v. gr. ra-
nuncularum continentur, ad plura genera essent referenda. Idem eveniet
si flores cum radicibus, aut folia cum feminib[us] comparentur.

C A P U T II.

De Plantarum in genera divisione.

I. R ESTAT igitur ut flores cum fructibus conjuncti cum aliis floribus &
feminib[us] conferantur: insignes illæ sunt cognationes, eaque animo
fortius imprimuntur, ut in ranunculis & rosis videre est, uti & in
campanulis, convolvulis, cariophyllis. Quinetiam *Stirpium* species, quæ
haec tenus sunt constituta, maxima ex parte in flore & fructu hanc habent
similitudinem.

Superioris saeculi Scriptores in eam sententiam citat D. Tournefort, Ge-
nerum imp[er]imis, qui Epist. 103 h[oc]c habet. *Ex his enim potius quām ē*
foliis, Stirpium natura & cognationes apparent. His notis à fructu, semine &
*flore *Asphragidum* & consolidam regalem vulgo dīlam, *Aconito* congenerem fa-
cile deprehendē. Idem fere in Epist. ad Occo celebrem Medicum Augsta-
num scribit; id ipsum Casalpinus L. 1. de fructu au semine docuit. Et
merito, inquit, ex fructificandi modo multa emeruerunt genera plantarum. In
nullis aliis partibus tantum organorum multitudinem & distinctionem natura molua
est, quanta in fructibus condendis spectatur. Sed omnium clarissimè Fabius
Columna in parte altera Libri, cuius titulus *Phytobalanos*, id ipsum de-
clarat. *Foliorum*, inquit, effigiem in conferendis generibus parvi facimus. Non
enim ex foliis, sed ex flore feminisque conceptaculo, & ipso potius semine plan-
tarum affinitatem disjudicamus, respondentem praeferim sapore in reliqua plantæ
parte. Optandum illud esset, ut virti præstantes ingenio & doctrina non
solum ipsa genera constituendi rationem indicassent, sed etiam ipsi ad ea
recensenda singillatim descendissent, quod nostra xiata viri in hac scien-
tia peritisissimi Morisonius & Raius præstiterunt. Cum autem sola fructus
& floris contemplatio plerumque non sufficiat ratiōne generibus apte distin-
guendis: (sic enim frumentum, secale, avena, hordeum & gramina pe-
ne omnia eodem genere censerentur, cum in iis eadem pene sit fructuum*

ANN. & florum conformatio) longa nominum serie opus esset, ut species ipse
1694. designati possent.

II. Quocunq[ue] ut huic incommodo occurrat Auctor noster, genera ipsa plantatum in dupli ordine constituit: in prioritâ collocat, de quibus dictum est, queque ex sola floris & fructus structura pendent. Hi quidem duo sunt velut essentiales generum characteres in plantis quæ fructus & flores proferunt: sed in multis aliis non sufficiunt: unde alter ordo statuendus videtur, in quo præter duas illas partes omnino necessarias, tertia quædam in subsidium vocatur, quæcunque illa sit, interdum radix ipsa: sic liliorum genus erit secundi ordinis, atque à tulipa & corona imperiali propter radicem squamosam genere ipso distabit.

III. Sic foliorum numerus distinguendis generibus interdum utilis est. Quo quidem modo pentaphylla, fraga, pinus, abies, iax penes foliorum dispositiorem genere intet se dissident. I. abiete folia separata in ramis disponuntur; in pinu gemina tubulis incluta procedunt; in latice quasi in tercia quædam glomerata cernuntur: penes cedracem ilex & iub r distinguuntur; penes florum calices icoronata & angopogon vn gò Barbe de boue, genere dissident: in hec simplex est, i. i la squamosa.

Interdum vel coloris habenda est ratio ut in Chrysanthemo & leucanthe-mo, vulgo Marguerite; vel saporis, ut in eucu & sinapi; vel cupido; quasi habitus & externa facies plantæ, vulgo le Port de la Plante, ut in absinthio, abrotano & artemisia. Sic acacia & glycyriza in hec tantum discrepant, quod hæc herba sit, illa aibet.

IV. Atque hæc de pantarum generibus tum primi, tum secundi ordinis: in quibus illud intuendum, ut in iis constitutis remota eujsdam cognitionis, quæque multiplici generi communis sit, ratio non habebatur, neve codem vocabulo plura quædam exprimantur genera, & è contraria; cavendum quoque est ne ejusdem genitris cognitiones nimium scrupulosè expendantur: sed iis contenti si quis quæ vulgo hominum ita videntur. Sic trifolium præterè purpureum trifoliorum generis censendum est, licet ejus flos acrius invenientibus sit unius folii, in aliis multiplici folio constet. Quinetiam variant aliquando partes plantæ essentiales: sed de his quæ ut plurimum eveniunt, & juxta consuetum naturæ ordinem apparent, omnino est judicandum.

V. Species vero codem stirpium genere contentæ non sunt tribuendæ, ut ejus quod magis est singulare in aliquatum partium structura, aut in modo, seu in figura, magnitudine, situ, sapore, odore, vel in cognitione, cum notiori aliqua planta habeatur ratio: ita ut communis nomine genus exprimatur, quæque addendæ sunt generis diffrentiæ quam poterit brevi verborum complexu, accutatè tamen distinguantur; nimia vocum congeries vitetur, & genera ipsa multiplicentur potius quam aucti. Nam majori verborum compendio species ipse describentur, si lexcenta plantarum genera scribamus, quam si multo præciora numerentur, & complures plantæ diversi characteris, ut degeneres aut irregulares ad certa genera referamus.

C A P U T III.

De generum in certas classes divisione.

I. N hac stirpium contemplatione vitari vix potest confusio , nisi stirpes ipsæ quasi milites exercitus in certos ordines disponantur. Unde non id satis visum est D. Tournefort plantas ad sua genera , ex naturæ ipsis præscripto , non ex alicuius arbitrio , ut plerumque fit , revocare : sed ipsa quæque genera quasi in classes atque in ordines varios , quò dignosci facilius possint , omnino tribuenda esse existimavit : adeo ut genus sit instar cohortis vel ordinis militaris , classis instar legionis. Classem aliquam aut ordinem plantarum assignare non aliud quiddam est , quam aliquid invenire in quo aliquot geneta conyeniant , atque ab aliis sejungantur ; neque illud quidquid est , quod certum plantarum ordinem vel classem constituit , ex nostro pender arbitrio , sed ex naturali quadam generum cognatione , quæ ex floribus aut fructibus ducenda est , non ex utrisque simul junctis : secùs non classes , sed genera ipsa forent.

II. Jam utrum ex seminibus , seu è fructibus , an è floribus classes iliae plantarum sint distinguendæ , dubitati merito potest. Verum flores ipsi colorum & partium varietate n. agis sunt sensibiles , & oculos in se magis convertunt. Sæpius cum ipsis fructibus cohærent , atque illis succum nutritum præparant , cum adhuc sunt teneri & formari incipiunt. Quanquam in nonnullis plantis , huic velut embryoni , aut ovo plantæ flos non adhæret , nisi ex parte , ut in cucumere , melone , cucurbita : in aliis ex eodem pediculo flores & fructus oriuntur , sed separati , ut in buxo , & in arboribus , qua flores amentaceos ferunt , seu nucamenta vulgo Chatons , ut nux ipsa , corylus. Sunt in quibus pediculi quidam flores tantum , ali fructus efferrunt , ut talix , populus , lupulus : nisi forte floris nomine do- nentur filamenta quædam colorata , quæ ex tenero grano vel embryone eti- puncunt. Quod si damus , multi flores sunt sine fructibus , sed fructus omnes quidam flores comitantur.

III. Quis autem sit florum ulus , jam innuimus : sunt quædam velut viscera , quibus succus nutritius fructui , dum adhuc tener est , destinatur. Dum enim succus intra folia floris circulatur , & percolatur in ipsis tubulis & sacculis , quod subtilius est & ovo nutriendo præparatum , ab aliis partibus minus ad hanc rem idoneis & crassioribus fecerintur , quæ per stanina tanquam per vasæ exteriora , & totidem glandulas in staminum apices expelluntur , & exsiccata in minutum abeunt pulverem.

IV. Grana autem seu ova in suis tantum primordiis succo adeo exquisito , & in florum foliis percolato egent , ut fibrillæ quibus constant , & partes plantæ jam in ipso germine delineatae paulatim intumescent , ac jugem succi ferant appulsum , quem utique sustinere vix possent , si par- tes crassiores illius succi unâ cum subtilioribus & ritè præparatis affluenter. Sed ubi flores jam sunt explicati , & prima fructus aut ovi intumescens

ANN. facta est, tum illæ fructu flores resecantur, non item si fructus in gem; 1694. ma delitescat: tum enim floribus nudatus perit.

V. Cum autem flores brevi tempore tabescant, triplex hujus rei causa afferri potest: 1. vasorum tenuitas, quæ flores pediculo affigunt, ut in ranunculis, & anemone videare est. Hæc enim adeo sunt subtilia, ut flores cum pediculis cohaerere videantur: ubi pediculi vasa in flores pene integræ sparguntur, ut in variis elæbori nigri speciebus, tum flores diu persistant. 2. Ovi ipsius in omnes partes accretio vasa in floris besi posita sensim arctant, ac tis ipse clementatio succo fraudatus perit. 3. Vasa in embryone fracta & complicata paulatim eriguntur & tenduntur: unde & succus faciliter per ea motum suum continuat, & folia, quæ hinc inde ad latera persista sunt, deserit. Tum vero succus in solo calice, in parenchymate & pelle fructus jam a adolescentis preparatus in grana ipsa deferatur, quoium gratia cæteræ partes videntur ab Auctore naturæ fibricatæ. Quod nutritioni mirus est idoneum, per cæcos meatus aut tenues velut holoserici pilos exhalat, aut instar floris subtilioris qualem in prunis recentibus cernimus, paulatim exterritur.

VI. Qui autem flores à teneris fructibus divisi sunt, aut ramulis adnascentur fructuum expeditibus, ut sanguinis in animantibus, ita succi massimi à superfluo humore fere ut tenes expurgant. Atque ubi flores ultra factum ipsum aut ovum diffunduntur, ut in rosa, succus à pediculo in teneroris fructus pellem, & ejus vasa commeat, tum ad flores usque condescendit; in iis diffusus & perpurgatus per vasa quæ deferentia dici possunt, in pelle remeat, inde ad partes interiores fructus transmittitur.

VII. Atque hic est foliorum in floribus præcipuus usus, tam si in omnibus floribus non reperiuntur. Sed in eorum locu n stamina, aut filamenta producuntur, ut in avena, pede leonis, & in aliis innumeris; ac plerumque singula stamina suis donantur apicibus.

VIII. In his floribus qui foliis constant, plerumque è fundo assurgunt stamina, ut in liliis, tulipis, quæ in apices definunt. Atque illa stamina ut vasa excretoria haberi possunt, quæ succum superfluum vel in apices exonerant, cum adsunt; vel per cæcos meatus quasi per transpirationem insensibilem exhalant: interdum pili in extremis staminum pulvere quadam, aut humore viscoso obliti cernuntur. In plerisque apices in duo loculamenta, & cavitates sponte utrimque à lateri dehincunt, ac velut quedam sunt receptacula, in quibus colligitur succus nutritioni minus idoneus, ac credibile est grana pulveris, dum intumescunt, eas cellulas referare.

IX. Pars floris quæ centrum occupat, & plerumque pars sui infima crassior est, unde & nomen pistilli nascit est, tenerum fructum sepe continet, ut in lilio; intertem ex ipsius ovi extremo producitur, ut in umbellatis, aliquando huic tanquam pediculo instar floris innititur; plerumque instar panni serici villosi pilis in parte extrema tegitur, aut vesiculis asperatur. Quæ in apicibus pistillorum sunt rinculæ, sortè aëri præbent aditum; & viscosus succus ex Malpighio infecta arcet, ne obsint.

X. Quæ pars exteriora floris aut involvit, ut in ranunculis, aut fulcti

instar sustentat, ut in umbellatis, aut utrumque obit munus, ut in tosa, in *Bottamalo* & *pyro*; sive foliis instruatur, sive iis careat, calix appellatur. Qui *nica*, aliquando multiplici constat folio, nec diutius durat, quod ejus folia pediculo adhaerent penes pauciora vasa, eaque facile disrumpuntur. Intertim unius est folii, quod è pediculi fibris productur: unde & firmior est. Quæ florum sunt folia, nunquam seminibus involuendis serviantur: hoc enim proprium est calicis, qui post foliorum casum plerumque semina instar capsulae recondit.

Ex varia florum structurâ D. Tournefort plantas in viginti duas classes distribuit, quarum singulæ varia genera complectuntur. In floribus majus quoddam naturæ artificium, quam in aliis plantarum partibus se prodit, atque in eatum structuâ minor mutationi patet locus.

X I. Itaque in duo velut summa genera primum dividit possum flores; in eos qui foliis seu petalis vestiuntur; & eos qui in stamina diducuntur. Hi ferè omnes calice muniuntur: eorum plerique teneto fructui adhaerescunt, atque horum pistillus ipse est fructus, ut in gramine videre est. Quæ nucamenta ferunt plantæ, et flores habent in stamina quandoque brevissima diductos. Atque hujusmodi flores non insignes præbent plantarum differentias, quemadmodum flores suis instructi foliis, quotum magna est & incredibilis varietas.

X II. Ac primum flores illi vel sunt simplices, vel compositi. Simplices unicum habent florem uno calice contentum, neque ex iis partibus, quas flosculos vulgo *Fleurons*, aut *Semiflores* vocant, sunt compacti. Ii simplices sunt flores qui unico folio, sive id regulari figura incidatur, sive irregulare; horum flores alii campanulam, alii infundibulum alii, quiddam aliud referunt.

Ex iis qui pluribus foliis vestiuntur, quidam quatuor in formam crucis dispositis constant, alii rosam, aut cariophyllum, nonnulli lilium imitantur.

X III. Compositi flores è flosculis, aut semiflosculis in magnâ quoque sunt varietate: flosculi omnes ut totidem tubi uno & eodem calice involuti idem velut settum efficiunt, singuli flosculi embrione seu grano sunt innixi, è cuius fundo aliud filamentum prodit tubulo tanquam *vagina* conclusum. Hujus generis sunt flores *absynthii*, *carduorum* &c. Qui è semiflosculis velut setta quedam, hi pluribus constant partibus, quæ posteâ in folia complanantur. Hos flores cernere licet in *Soncho* vulgo *Laitron*: *lactuca*, & aliis. Flores radios ex utrisque flosculis & semiflosculis ita sunt compositi, ut flosculi medium velut locum occupent, qui discus aut pelvis appellatur: semiflosculi instar coronaæ circa pelvem disponuntur.

X IV. Atque ut summam faciamus eorum quæ diximus, flores omnes qui petalis seu foliis sunt muniti, vel unico folio continentur, siue ad novem species referuntur juxta diversas eorum formas. Qui multiplici folio donantur, in quinque species sunt divisi, quatum ultima est irregularis, qualis in leguminibus cernitur. Horum flores papilionares dici solent, quod papilionis volantis formam utcumque referant: quod superius extat folium vexilli, nomen obtinuit, ut inferius idque duplex carinæ nomine

ANN. do[natur] ; interjecta v[er]ò alias vocant. Calix instar poculi aut corniculi ,
1694. quo tesseris ludere solent , paulatim dilatatur , ex illius fundo pistillus af-
furgit vagina fimbriata conclusis , qui in fructum abit , & siliqua vocata-
ur : in p[istilli]sis & fabis flores ita sunt conformati.

C A P U T IV.

Idem argumentum continuatur.

I. **N** tertia parte sui operis D. Tournefort singulas plantarum species in sua genera , & hæc in classes ea methodo distribuit , ut dis- centibus primum sternat iter ad hujus scientiæ adyta. Vocabularium in eorum usum sub finem primi voluminis attexuit , in quo non solum voces in Botanicâ usitatas , sed illas etiam , quæ ex aliis artibus mutuatus est , sic exponit , ut multa scitu digno circa structuram plantarum doceat , quæ Physicæ non mediocrem afferunt lucem.

In eo quippe partes omnes stirpium , earum naturam & usum velut in transitu , sed accuratè tamen & perspicue explicat. Atque ut è multis pauca decerpamus , stirpes omnes lignosæ in tria partitum genera satis nota-
1. In arbores , quæ cum sint insignis magnitudinis , uno caudice aut trunco in ramos diviso , in altum se tollunt. 2. In arbustulas aut frutices arboribus minores , quæque ex eadem sepe radice fruticantur , ut ligustrum , Troène , filaria &c. 3. In virgulta. Albores & frutices seu arbusta Autumno gemmas sub axillis foliorum tanquam ova proferunt ; non item virgulta , aut dumi , seu minores plantæ quæ subarbusta ab eo nominantur : cuius generis sunt Rosmarinus , Thymus &c. quæ ejusmodi gemmas fructibus foetas non proferunt. Herbae propriè dicuntur , quatum caules aut scapi maturis seminibus pereunt. Harum talices vel multis persistant annis : vel eodem anno emotiuntur , ut triticum ; cum i radices cædem manent , post- quam fructus extulerunt , cæ vivaces appellantur.

II. Radix in unaquaque planta succum è terrâ excipit , & in alias partes transmittit : hæc terra , aut terrestri alicui corpori adhærescit. In radicibus partium contextus , structura & figura spectantur. Textura ipsa vel carneæ est , ut in lilio , vel fibris constat intertextis ; seu molles sint , ut in faeniculo , seu duræ & lignæ ut in pyro , queru &c.

Ratione structuræ radices vel è fibris , vel ex aliis radicibus , vel squamis , vel è tunicis componuntur. Harum omnium Icones sub finem tertii Voluminis expressas habes. Sunt quæ è fibris tenuissimis instar capillamenti , seu ascititiae comæ constant , ut in tritico ; in aliis crassiores sunt fibrae , ut in viola.

Quæ ex aliis glomeratis coalescent , in varias species diducuntur : squa- mose sunt in lilio , bulbosa & è pluribus tunicis confectæ , ut in cepa . exque varias induunt figuræ.

III. Radicula dicitur pars illa germinis quæ primum se se explicat ; & vetram radicem in se continet ; ut pars superior germinis , in qua cæteræ

partes continentur, pluma vocatur. Seminis germen inter duos lobos con- *Bota-*
clusum his duabus constat partibus. *nica.*

Pars summa radicis quā truncō connectitur collum aut collare, vulgo
Le Collet nominatur.

I V. E radice treneus in arboribus, caulis vel scapus in herbis, cul-
mus in tritico ascendit. Partes interiores jam à nobis perstrictæ sunt &
alii in locis fusi expositi, medullæ nimirum, ligni & corticis. Per pauca
videntur nobis de Alburno quod inter lignum & corticem in arboribus
interpacet, ex autore nostro addenda. Id album est & tenerum, quod
nondum ligni propriè dicti duritiem adeptum sit, atque ligni naturam intra
unum aut plures annos in arboribus paulatim acquirit: nam fibræ ligno pro-
prios paulatim indurantur, cum cortici vicinæ intumescentes alburnum
novum gignunt: adeo ut lignum arboris sit verus alburnum, & novum
alburnum sit ejusdem arboris recens lignum. Hinc tot circuli concentrici,
qui in seculo transversim truncō conspicuntur. Nam diversa albutni velut
fluctu, cum lignosa facta sunt, atque alia aliis inducta colorem variarunt,
sive ob texturæ varietatem, seu nutritius succus singulis annis non æquabi-
liter corua, poros impleverit, aut alia quedam occultior causa è Sole vel è
subtiliori materia querenda sit.

V. Foliorum incredibilis est varietas: unde ex iis potissimum genera
plantarum secundi ordinis distinguuntur, ubi characteres effrenuales è flo-
ribus & fructibus ducti aignoscendæ stupium naturæ, aut nominibus impo-
nendis non sufficiunt: nec tamen ex solo foliorum aspectu character-
gencis intè adducitur: cum enim flores & fructus erumpent, tum sèpè
miranda erit generis idea. Ac pauci sunt, si qui sunt, qui è solâ foliorum
texturâ & figurâ certum de plantæ charactere judicium ferre possint: nisi
fortè iidem sint usù ipso & longâ excitatione triti. Sed antequam flores
iplos & fructus viderint, dubitanter de his pronuntient necesse est.

Folia, ut de Horibus dictum est, aut simplicia sunt, cum ex eadem velut
cauda nascentur, aut caudici, vel ramo proximè adnascentur, vel in alia
dividuntur folia, ut in pyro; vel sunt composita, seu in eadem cauda aut
costi disponantur, seu in plura folia diducantur, ut in rosâ, Apio &c.

Sic folia aut planam habent superficiem, aut cavam, aut convexam, la-
veni aut asperam & pilis hirsutam, seu rotunda sit, seu in cuspidis formam
conformatu, seu striata & oblonga. Interdum instat fistulae folium est exca-
vatum; tenue & subtile in multis plantis, ut in hyperico; densum in aliis
ut in portulaca, canosum in quibusdam, ut in sedo.

Sic folia varie lacimata aut incisa, aut dentata in variis plantarum ge-
neribus cernuntur. Mitto foliorum varietatim ex sua & dispositione de-
promptam: adeo ut bina, aut terna, aut quina eiaci cunctæ cohærent. I-
finita in his omnibus est diversitas, atque eadem dicerimini in tertio vo-
lumine à tabula 423. ad tab. 441. graphie expressa reperties.

V I. De gemmis, seu oculis aut foliorum, tum fructuum diximus: hinc
pendet vis oculis inferendi in teati gentilitu formam, quam illustrationem
vocant, *Geffen Eufsin.*

Gemma albois intericit recentis rami ligno alterius arboris. Gemma

ANN. **1694.** integra cum patte illius lignosa qua ligno arboris adhaerebat , detrahitur , & cortici arboris in formam T fillo , dum succo tumet , applicatur : cortice ita fillo gemma seu scutum obducitur , & cannabis depexa alligatur . Succus rami per gemmam scuti delatus ovum in gemma conclusum sovet & excludit , dum ejus folia complicata evolvit .

Sic ramo leniter fillo surculus inseritur , vulgo *Greffen en fente* . Trunco aut majori ramo arboris ad libellam , seu horizontaliter secto surculus alterius arboris in hanc fissuram inseritur , in cunci formam paululum incisus , & aliquot gemmis foetus .

Ita surculus inseritur , ut cortex ejus cortici trunci respondeat . Truncus enim fissus elatere suo surculum insitum premit , & succus arboris vasa surculi subit , gemmas ejus explicat . Idem succus in poros surculi effusus fibras unà conjungit & inter se mutuo sic agglutinat , ut è trunco & surculo unum & idem corpus coalescat .

VII. Tempus aptum est infissioni , cum surculi gemmæ nondum sunt explicatae : Sic enim nova ejus folia alimento fraudata facile tabescerent : nam succus arboris in vasa surculi facile non subit primis infissionis diebus , atque hoc temporis sic folia possunt marcescere . Sed tamen interdum evenit ut succus agitatus majorem sui copiam suppeditet , & insitio paulò tardius facta bene procedat : unde cum gemmæ se se evolvere incipiunt , & trunci itidem succus in motu est positus , tum opportunum videtur infissionis tempus . Truncum sectum pice leviter obducendum censet D. Tournefort , & pauci surculi , qua fissuram subit , tegenda : non probat cataplasmata qua ex argilla & mulco parati solent , cum aqua illa penetreret & insectorum pateant injutiis .

Postremo resecandi sunt germinantes in trunco surculi : nam succi interiorum vasorum proclivior est motus , ac deflectere cogitur , ut in novi surculi vasa committat , fere ut in animalium vulneribus , idque cicatrices efficit , cum secta vasa non facile conjugantur , neque eorum extrema sibi mutuo respondeant .

Eadem est ratio infissionis inter corticem & lignum , aut illius qua inoculatio appellatur , cum detracto arboris cortici in fistula modum , novus cortex cum oculo suo ejusdem cum priori figura & magnitudinis applicatur .

C A P U T V.

De stirpium natura & usu.

I. **H**AENUS de elementis Botanicis quæ D. Tournefort anno 1694 tribus voluminibus complexus est . Paucis ab hinc diebus prodit in lucem aliud volumen non mole , sed eruditio , & utilitate magnum de Historia Plantarum , quæ in agro Parisiensi & circumiectis in locis occurunt . In quo quidem non solum catalogum plantarum accuratum , & criticem eruditio plenam , sed & plurimarum usum certo iudicio , delectu , ratione

ratione analysi & experientia cognitos sic tradidit ut summam eruditio[n]em Rotacum magna utilitate conjunxerit.

nica.

Quæ ad historiam pertinent, non sunt nostri instituti, per pauca dumtaxat de stirpium natura, & virtibus ex docta præfatione quam suo operi præfixit, hoc loco decerpam.

Ac primum id prudenter observat exquisitas plantarum præparationes abjiciendas non esse, sed vulgaris magis & simplices negligi non oportere: cujusque mixti principia, & eorum dosim natura ipsa sic constituit, ut remedia quæque simpliciora exquisitis, & summa cura elaboratis per se sint anteponenda. Quæ enim sunt expurgata, seu pura sulphura, seu alcali, aut acida nominentur, morbis sanandis minus per se sunt idonea, quam quæ cum aliis principiis sunt conjuncta. Sic sal absynthii summa cura reverberatus ventriculi morbis minus utilis est, quam idem sal succo limonum satiatu[s].

I I. Nihil magis obest medendi arti, quam anticipatae caloris, frigoris, fermentationis notiones, quæ sapientia obstant ne opportuna adhibeantur remedia: quasi humores in flatum naturalem restitu possint circa aliquem motum qui partium texturam mutet, & noxiā materiem separat.

I II. Non existimandum est, illud ipsum quod magis est actuosum in plantis, per solas qualitates, quæ per se appellantur, aut per configurationem partium, quæ nobis per se est incognita, aut denum per Alcali tantummodo, & acidum explicari posse, cum major sit in plantis compositione quam ut per ea principia vires carum innescant. Sed tertia, quoque, aquæ & sulphuris habenda est ratio, atque sales qui in plantis videntur, quicunque sunt magis composti, ex collatione cum salibus nobis notis, cum sale communī, sale Ammoniacō, alumine, vitriolo & aliis, quæ certa sulphuris terra & aquæ portione sunt involuta, melius innescant. Illud enim palam est in plantis inesse salem, sulphur, aquam & terram, quæ innumeris permista modis alia pene infinita formant corpora.

I V. De analysi plantarum, & principiorum, ex quibus constant separatio[n]e differit, quæ ratione sales Alcali, acidi, nitrosi, vitrioli, Ammoniaci dignoscantur, dilucide exponit. Heliotropii solutio, aut charta heliotropio tincta & aqua communi perfusa sales acidos prodit; spiritus nitri, aut salis, aut sulphuris sales Alcali, cum quibus fermentantur acidi liquores, omnino demonstrant: sic salem Ammoniacum, oleum tartari vel calcis solutio detegit; sal nitrosus ex detonatione, vitriolicus ex infusione gallæ, sulphur ex facili inflammatione depræhenditur. Alias omittit probationes in Academia usitatas. Mitto quæ & D. Tournefort circa nitru, salis marini, vitrioli, Aluminis, salis Ammoniaci, tartari principia & naturam affect probationes. Ex quibus colligit in nitro nullum esse acidi notam, sed salem Alcali in eo contineri, tametsi ex eo spiritus admodum acidus elicitur; salmum marinum ex acido & Alcali coactum scire; in vitriolo multa esse aciditatis indicia, uti & in alumine; salem Ammoniacum acrem esse & saltum; tartarum salem esse essentialē vini.

V. Itaque post varia circa hos sales experimenta eos qui è plantis extractabuntur cum notis & vulgaris conserue non dubitavit. Cum ex. gr. sa-

ANN. 1694. cibentalis plantæ alicujus cum oleo tartari , vel calcis solutione permixtus odorem afflat urinolum , aut ubi sal volatilis & concretus per analysim educitur è stirpe , in ea salem Ammoniaco analogum vigore indicium est. Nam sal ille volatilis non aliud quiddam videtur esse præter partem salis Ammoniaci urinosam , quam sal acidus dimittit liberam , ut ipse sali fixo tartari , aut calcis societur. Oleum fætidum uii & spiritus urinosus eo sale abundat. Unde ejusmodi plantæ inter aperientes , detergentes , febrifugas , & vulnerarias habentur , quæ dotes in salem Ammoniacum cadunt.

Consimili ratione quæ sunt stipticæ & adstringentes , quæque multum acidi cum terra conjuncti per analysim præbent , hæ stirpes salem alumini analogum continent. Quæ autem præter acidum & terram salem alcali plurimum suppeditant , hæ sale non absimili tartato vitriolato imprægnantur , cumque varia terra & phlegmatis admixtio varie modificat.

V I . Cum cædem plantæ diversos procreent effectus in humano corpore , ut varie est dispositum , hinc D. Tournefort sumit occasionem paucā , sed utilia de vi medicamentum differendi , quæ in predicta prefatione omnino legenda sunt : nam rei admodum abstulit , & si quæ sit alia generi humano perutili , non mediocrem lucem afferre possunt. Primum quidem hanc à veteribus acceptam laudat medicamentum divisionem , in ea scilicet , quæ sensibili quodam modo evacuant , & in ea quæ humorum texturam mutando eos in naturalem statum reducunt , quæque alterantia dici solent. Pirmi generis medicamina vel superne , seu vomitu , seu sputo , aut saliva , aut sternutatione noxios humores eliminant ; vel inservi dejiciunt , seu ea sint purgantia , seu diuretica , quibus addi possunt sudorifica , quæ per cutis occultos meatus serosum humorē expellunt.

Quæ vomitum cident , & dicuntur emetica , per violentos diaphragmatis , & musculorum abdominis motus potius quam per fibrarum ventriculi contractionem vim suam exercere arbitratur per celebiss Montis Pessulanii Professor D. Chirac , cui assentitur D. Tournefort. Nam fibrae ventriculi quasi totidem elateria materiem ventriculo contentam deorsum trudunt per intestina , quæque illatum actionem , & nisum intendunt , ut emetica , vim illam magis augere deberent , non vomitum excitare : nam fibrae irritatae deorsum pellunt quæ inius continent ventriculus.

Vomitus quippe uno tantum è tribus modo provocari potest. 1. Cum fibratum motus , qui natura sua deorsum tendit , præ inflammatione , aut strangulatu invertitur. 2. Cum propter obicem ex duri corporis oppositu exitus humoris occluditur. 3. Cum diaphragmatis , & musculorum abdominis motus vehementior ventriculum exagit , aut premit arctius.

In vomitu autem qui fit ex hausto medicamine , nulla oritur inflammatione , nullus strangulatus , nulla deum obstructio ex materia quadam inducata & compacta. Quamobrem id reliquum est ut violenti diaphragmatis & musculorum motus vomitum aut naufragium excitent , dum instar tortularis ventriculum & intestina sic premunt & succutiunt , ut humores ventriculo contenti per œsophagum remeare cogantur. His quidem abdominis & diaphragmatis motus in vomitu experimentur , ac plerumque de ingenti pectoris dolore , & quasi ejus disruptione conquerimur.

Id vero in canibus & felibus cernimus, ventrem manifesto complanatam, & diaphragma inter vomendum pelli deorsum. Quin & D. Chirac in *vix.* cane, cui sublimatum corrosivum præbuerat, idipsum pene demonstravit. Nam ventre ex umbilici regione leviter scisso, cum ventriculum manu tractaret, nullam in eo convulsionem sentiebat aut motum violentum, sed diaphragma una cum muscularis abdominis magna vi & celeritate contractum premebat manum qua ventriculum tenebat. Sic enim est à natura compatum, ut vicinae partes in alterius quæ vim patitur, subsidium veniant, eique opitulentur. Sic in sternutatione respirationis organa una conspuant, ut gravem capitis humorem aut molestas natum irritationes sublevent.

Crebra diaphragmatis, & muscularum ventris succussions noxios protrudunt humores per glandularum quæ reticulo ventriculi copiosæ infunt vasa excretoria, sive ut cernimus in linteis folidis, quæ dum lavantur, repetitis pilimulæ ictibus tunduntur. Cum itaque primæ alimentorum via folidæ & fœculenta materia scatent, aut humores ferocientes tumultuantur, (orgasimum vocant) ac nuslus est in visceribus abscessus, aut schitrus, tum vomitus est per se salutaris, quod graviorum morborum materia, quæ stomacho inest, & in eo stagnat, per œsophagum via magis compendiosa & tuta ejiciatur, quam per longos intestinorum anfractus. Addit vir doctus morbis qui paucis abhinc annis, multis in Gallia Provinciis magnam ediderunt stragem, emetica statim exhibita plutimis saluti fuisse. Humor enim ille acidus instar limonis succi, & viscidus vix excoquitur, nec aciditatem suam longiore mora exuit. Quin immo massam sanguinis magis ac magis inficit, dum funditur, ac frusta expectatur illius coctio, aut ab aliis humoribus secretio, sed per se opportuna mēdendi occasio elabitur, dum moras neētimus.

VII. Quæ purgantia, aut cataracta dicuntur, in fibras ventriculi vim suam exercent, eas plus solito succutunt, & ad contractionem provocant, tumque crassiores fordes primum excutiuntur, fibræ plus satis contractæ glandulas reticuli premunt arctius, ex iis serum quo turgent, exprimitur: atque ea ratione via sternitur seroso latice, qui è sanguine in glandulas continenter allabitur. Tum enim huic facilior est aditus in eas glandulas, & per earum cribra filtratur, & percolatur. Qui quidem serosi latices una secum devenhunt fordes quibus inficitur sanguinis massa. Quo utique modo sanguis vi medicaminis commotus, & quodammodo ebulliens expurgatur.

VIII. Non dissimilis est aliorum medicaminam ratio cum noxios expellunt humores, aut naturalem iis statum restituunt: seu ipsa fusione serosi humoris copiam, suppeditent qua feces in visceribus stagnantes prolauntur, materiam seu humores ipsos à peregrina materia solutos sic componunt, ut per cribra sibi aptata commodè & libertè transeant. Cum enim majori copia in partes male affectas illabuntur, si quæ sint, obstrunctiones expedient. Et quidem si obstruantur vasa biliaria, illam non auferer obstruktionem sanguis uberior cuiusdam medicaminis particulis aperientibus impregnatus, cum sanguis hos ductus non pervadat: sed bilis ipsa per ea vasa sibi muniet adiutum, si sit uberior, aut fluidior. Unde quæ dicuntur hepatica remedia, eadem vel bilem augent, dum sulphureas sanguinis partes liquant, ac bi-

ANX. Iam magis fluidam reddunt, quo facilius percolari & filtrari queat.
 1694. Sic diuretica sale acri fæta majorem urinæ copiam procreant, dum fun-
 dum sanguinem, aut ab eo serum separant. Cum urina est uberior, cribra
 sua proluit, & ductus per quos meat, melius abstergit, quam quivis aliis
 humor. Quæ autem inter diuretica sunt acidæ, dum sanguinem aliquantum
 incrassant, serum ab eo separant, idque uberioris in renes delabuntur.
 Absorbentia vero eundem procreant effectum, dum imbibunt materiam qua
 serum velut implicatum tenebatur.

Eadem plane videtur ratio corum quæ sudorifica dicuntur: nam sudor-
 rum materia vel augment, vel ab ea sanguinem expeditum. Nec sudorum
 materia ab urina valde discrepat, eaque in renum glandulas vim suam
 plerumque exerunt. Hæ quippe in jugi actione versantur, non item cutis
 glandula quæ sunt inertes & otiose, nisi forte cum præ labore & exerci-
 tatione sudor per eas exprimitur: unde rara sunt admodum vera sudorifica.

Sic alia prosequitur medicamentum genera quæ apud Autorem Doctum
 & diligenter legi possunt: sunt enim non curiosa modò, sed imprimitis
 utilia.



SECTIO SEXTA.

De Actis anno 1695.

Cum hoc operis in majorem excreverit molem quam cogitatione præ-
 ceperam, hinc gradum sistere mihi certum erat: sed viii graves &
 docti mihi auctores fuerunt, ut hunc laborem ad tricesimum usque annum
 ab ipso Academiz ortu producerem, præsertim cum duobus postremis annis
 lusciantæ dissertationes & crebræ observationes amplam nobis supponerent
 materiam. Primum igitur quæ ad Physicam generalem sp. etant quam bre-
 viissime fieri poterit, erunt perstringenda, tum ad singulares observationes ve-
 niemus.

CAPUT PRIMUM.

De Physicis quibusdam observationibus.

I. **S**ub initium hujus anni D. De la Hire pluviam quæ superiore anno
 vertente deciderat, intra 11 pollicum, & 9 linearum altitudinem
 stetisse comperit: adeo ut summa illius longè minor fuerit, quam annis
 1613, 1612 & aliis superioribus. Tamen animadvertis, fontes ipsos non
 minus ubertim minasse, quod forte anticipem, nec ad disjunctum fa-
 cilem asserte potest de fontium origine quælibet, an non aliae quoque
 subsint eorum causæ occultiores,

II. Mensibus Januario & Februario experti sumus frigus aceritum, *Bota-*
quod utique ad nova circa glaciem experimenta facienda convertit animos. *nica.*
D. Homberg acetum congelatum exhibuit, idque in tres divisum partes in simo
loco subdidit pars tartarea coloris subnigri; medium locum tenebat pars insi-
pida quæ phlegma dicitur; pars oleosa, & rubet coloris summum occu-
pavit locum.

D. Bouleduc oleum vittiolii rectificatum, ut ajunt, ita congelatum invenie,
ut vas ipsum fregerit: nec tamen spiritus sulphuris congelari potuit.

Cum D. Homberg solutionem silicis præparasset, hanc instar gelatinæ in
gelu concretam invenit.

III. Dic 26 Martii D. De la Hite Epistolam legit Castellione ad Se-
quanam datam, in qua mentio habebatur magnæ tempestatis, quæ die 10
mensis circa horam à Meridie septimam orta est. Procellæ hujus capite insi-
flammato, aër ignitus apparuit: undique ignis corpuscula, tanquam scin-
tillæ decidebant, adeo ut vicum urbi vicinum mox conflagaturum crede-
rent. Haec scintillæ his erant consimiles, que fabris ferrum candens in in-
cude rudentibus dissiliunt: in terram vibratæ interdum volvebantur colo-
re cætulæ, mox extinguae: per horæ quadrantem in magno terræ tra-
ctu haec procella sœvit; in cauda nivis flocei, & densiores cadebant. Eo-
dem die circa horam quintam cum semisse magna nivis copia cum ty-
phone quodam delapsa est. Die 27 ejusdem mensis liquor subruber, visci-
dus, fœtidus, & quasi sanguineus variis in locis urbis decidit. Guttæ ma-
iores eidem muro ex utraque parte visæ sunt, adeo ut vi procellæ aut tur-
binis co perlata videantur.

IV. Tum verò quædam de elaterio aëris proposita quæstio, utrum id
temporis lapsu debilitetur. D. Galloys eandem quæstionem anno 1669 agi-
tata fuisse testatus est, tumque D. Roberval experimentum à se tentatum
ait, cum adhuc juvenis esset. Scopelum pneumaticum aëte, ut moris est,
vi adacto impleverat, cuius vim elasticam post 16 annos æquè vegetam
invenit, atque in ipso initio cum aët intrusus fuit.

V. Cum Aprili mense de quodam homine, qui in Suburbio S. Jaco-
obi ex venenato canis rabidi morsu interierat, sermo haberetur, illud fortè
ex usu futurum ait D. De la Hite, si remedium in America usitatum ad-
versus venenatos ingentis serpentis morsus usitatum adhiberetur, accenso
nimis pulvere pyro in ipso vulnere, parte circumjecta prius searificata.
Quod experti licet in animalibus, quibus viperæ infligunt vulnera. D. Du
Clos alia quondam, nec multum dissimili ratione morsus venenatos san-
ari aiebat, cum tubus è chirta bibula formatus aqua vini ardente imbura, &
vulneri admota accendit: tum enim virtus omne ignis vi efflari asterebat.

VI. De armamentis Sinensis præparatione tunc temporiis actum fuit. Id
verò confici solet ex pinguioti fumo piez, vulgo *du noir de fumée*, cui
parum fellis bovini, & ietiocollæ admiscetur. Cùm etiam de liquore in
Sinensi regno usitato, quo splendorem corporibus inducent, vulgo *du ver-ny de la Chine*, sermo haberetur, D. Homberg ait oleo lavendulae cum pa-
ratii apud nos, coque laccam dissolvi; fractæ porcellanæ aut Achati lapi-
di conglutinando utiliter adhiberi.

ANN. VII. Paucis post diebus cùm de peste sermo misceretur , D. Tourne-
1693. fort illud adverit hoc morbo grassante Anhæres eos invadere , qui expti-
mendo oleo navant operam. Atque hujus rei occasione D. Gallovs admis-
nuit à celebri Anatomico Diemmebroë obseruatum eos qui Neemagi
nigrum saponem vendebant , pesti grassanti obnoxios fuisse , sed loca in
quibus tabaci fumus natibus excipi solebat , raro , aut nunquam peste in-
fecta esse.

VIII. Qua ratione autum in liquore frigido & insipido dissolvi queat,
D. Homberg paucis aperuit. Illud porro non aliud quiddam est , quàm
aqua pluviaialis & pura. Auri quippe immatura priùs in mortariolo vitro,
pilo itidem vitico vel ligneo tritutatur ; liquor per filtrum trajicitur , is-
que in vaporem difflatur , dum color auti plenior appareat.

IX. Quoddam attramenti genus exhibuit D. Homberg ex aragine &
ligno Indico , quod vulgo *Campege* appellatur : quin etiam ex his duobus
panni nigro colore tinguntur citra ullum ignem. In aqua aluminosa & fer-
vida priùs lana ebulliat , ut omnis abscedat pinguedo , tum ligni prædi-
eti in frustula concisa libra una 8 libris aquæ fluviaialis & calida per 24
horas vasi fictili imponatur , semi-libra aruginis leviter concilie d'ubus ace-
ti libris affunditur , ita ut infusio calida per 24 horas perficiat ; inclinato va-
se acetum effunditur in vas subjectum. Aquâ ante præparata ter aut quartet
pannum perfunde , sic tamen ut singulis vicibus cum exsiccati finas , post ult-
imam ablutionem bene exsiccatum pannum aceto aragine imprægnato semel
& iterum perfundes , tumque nigro inficietur colore.

X. Hæc artificum industria nos alterius admonet , cuius processus lon-
gè est facilior : èò tendit , ut rerum vestigia , & effigies numismatum gyp-
so statim imprimantur , & imprecisa maneant. Hanc D. De la Hite paucis
exposuit , & eoram exhibuit. Cera Hispanica candenti ferri ope sensim &
citra ullam chullitionem liquefactæ figura qualibet imprimuntur : huic olei
gutulis perfusa gypsum aqua dilutum , in tenuum pulverem antea commi-
nitum , & per cribrum trajectum ceræ superponitur , quod formam typi
subjecti excipit.

Alias quoque impressiones in cornu emolliito duplicitis ferri candentis ope
exhibuit D. Homberg : hæc figuræ in torculari seu prælo exanimuntur. Idem
alias protulit foliis stanneis insculptas : folium numismati applicatur , fru-
stuli lignei apice propriùs admoto , & digitii ope presso : sic enim figura nu-
mismatis , & characteres folio metallico impreressa manent.

XI. Illud minimè tacendum est quod D. De la Hite , cum opus suum
de mechanicis legeret , ac de fornicum structura sermonem haberet , in trans-
fusitu admonuit , arenarium , seu mortarium citius indurari , cum patum sa-
lis ammoniaci aquæ admiscetur , postquam intritum est mortarium.

XII. De magnete cum ageretur , difficultates aliquot aduersus Cartesii
systema proposuit D. Varignon , idque occasione epistolæ , qua ad D. Hom-
berg nulla est , in qua fit mentio cujusdam proprietatis in acu magnetica
recens inventæ , quam Auctōr per magni usus navigationi futuram existimat
sed de facto ipso constare omnino oportere visum est , antequam in novam
illius affectionis causam inquitatur.

C A P U T II.

De Plantarum Analyſi.

I. **V**atis plantatum descriptiones D. Dodard legit annis superioribus, analyses eorum itidem factæ, de quibus nihil necesse est plura hoc loco differere. Plantas ipsas suppeditarunt D. D. Marchant & Tournefort. Id unum silentio prætermitti non debet, quod D. Homberg mense Junio circa partium, quibus olea plantatum constant diversitatem peculiariter dissertatione exposuit: summa fere hæc est. Plantas per analysis in liquores aqueos, olea, sales, & caput mortuum resolvi: ex quibus caput mortuum omni sale exutum, & ignis vi ritè expurgatum, in plantis omnibus est fere uniusmodi: secus de aliis principiis sentiendum: nam in iis magna est saporum, odorum, & consistentiarum differentia, & aquei liquoribus, olea, sales multum inter se diversos procreant effectus.

II. Hæc velut generalis quædam regula statui potest, plantarum grana nondum matura patum olci, majorem phlegmatis, aut aquei liquoris, ac salis fixi præbere copiam, quæm eadem grana ubi ad maturitatis statum pervenire. Quæ enim vasa in granis crudis insunt, succo adhuc aquoso, & admodum fluido, nec dum bene digesto turgent: sed particulae ejus salinæ, terrestres & aquæ, progressu temporis accuratiū permixtæ, crassiores fiunt, quodoleum paulatim non simul formetur. Neque enim hæc velut pinguedo plantam subit jam facta: sed paulatim & temporis lapsu concrevit. Si quidem è granis per aliquot menses servatis plus olei extrahitur. Sic è seminibus & fructibus, ut è nucibus & olivis per tres aut quatuor menses in locis siccoribus asservatis major olei copia elicetur, idque crassius est, quæm cum è fructibus recentibus exprimitur. 2. In oleis destillationis ignis unâ conjungit eas corporis partes, quæ nondum bene inter se devenientes erant, nec olei consistentiam adeptæ: postquam enim oleum quanta fieri potuit vi maxima expressum fuit, ex fecibus adhuc multum per distillationem elicetur. Unde fructus & grana solent igni admoveri, priusquam ex iis succus exprimitur: nam calor opportune adhibitus naturales actiones non parum promovet.

3. Ex iis observationibus id videtur colligi posse, oleum non aliud quidam esse præter aquosas, salinas, & terrenas particulas corporis densatas; idque confirmatur ex olei crassi, & spissi, quod sub finem distillationis violentæ è plantis extabhi solet.

Cum D. Homberg olei illius fætidi libram cum calce in aëre extincta, & ad ignem ritè exsiccatæ ejusdem ponderis miscuisset, distillatione facta in retorta, ut moris est, igne per gradus aucto, & sub finem admodum vehementi, primum quinque phlegmatis, tum decem cum semisse olei unciae prodierunt: cuius octo priores fluidæ, rubeo colore splendidæ, ac minus erant scintentes, quæm postremæ duæ unciae cum semisse, quæ spissæ erant, & admodum fætebant. Liquore aquoso seorsum posito, 10 unciae olei

ANX. cum semisse unà cum novæ calcis libra iterum permista 3 phlegmatis, & 7 olei
 1695. uncias per retortam, ut ante præbuerunt, Postrema olei uncia nigra erat,
 & admòdum foetida, sex priores liquidæ, nec tam graviter olebant, atque
 in prima analysi: destillatione sexies repetita phlegma tandem instar aquæ
 pure pellucidum & insipidum stillavit; oleum ad unciā usque cum semi-
 drachma est imminutum colore succini: siveque per sex illas destillationes
 olei, libra in 15 uncias cum semisse phlegmatis, & unam olei unciam re-
 dacta fuit.

4. Id quoque ab eo fuit animadversum, grana nondum matura liquore
 aquoso, & sale fixo abundare, cum in iis perpetuum sit olei: ubi matu-
 ruerunt, patum in iis est phlegmatis, & salis fixi, sed multum olei. Cum
 per iteratas destillationes certa olei quantitas in phlegma pene tota abeat,
 ita ut patum olei supersit, hinc conjici potest in granis crudioribus phlegma
 unà cum sale, & aliqua terrestris materia portione eam tractu temporis ef-
 ficere olei copiam, quæ in mituris granis conspicitur, ac mixtum ipsum
 ate resolvi posse in eadem principia, ex quibus coaluerat. Id vero est ad-
 modum probabile salem fixum & terram majori ex parte à calce esse re-
 tenta: partem salis aliquam in spiritus acidos abiisse, qui in calce fuerunt
 superstites: unde & calcis color candidus in cinereum mutatus est, eaque
 terrestres aliquot olei partes retinuit.

5. Opinionem ille suam ex fructu Indici, quem cacao vocant, analysi
 confirmavit. Partem illius pinguiorem & oleolam triplici modo ab aliis
 separavit. Primum destillatione ex una libra tres uncias cum quadrante, seu
 patem fere quintam prolexit. 2. Fructum cacao more solito antea calcfa-
 cum, & contusum præculo subjiciens ex una ejus libra duas uncias expre-
 sis; è fece postquam una cum aqua ebullit, semi-uncia olei adhuc expre-
 sa fuit. Sed ex eadem fece cum aqua communī permista duas adhuc uncias
 cum semisse obtinuit: adeo ut summa fuerit quinque unciarum $\frac{1}{2}$. Postre-
 mo fructum cacao calente lapide obterens, ut fieri solet, cum ex eo pa-
 ratur succus dictus *Chocolat*, ex ea velut subacta massa 13 uncias sumens,
 octo ebullientis aquæ libris dilut: refrigerata nullam pinguedinis speciem
 in superficie præbuit. Sed postquam materia aquæ imposita ebullit, &
 instar pulvis spissoris densata est, tum pinguedo supernata visa, eaque pa-
 latum collecta, donec nulla amplius existaret, nec materia cochleari amplius
 tractari posset præ densitate, & tenacitate nimia, tum vero instar
 sebi pinguedo illa indutuit, quæ odorem cacao non exuit. Sex illius pingue-
 dinis, & paulo amplius uncia prodierunt, è fece adhuc uncia extra-
 data est: adeo ut è 13 uncias septem cum quadrante tum olei, tum pingue-
 dinis educta fuerint.

III. Rationem hujus discriminis eam esse conjiciebat D. Homberg,
 quod fructus ille cacao ex India aportatus, vehementer exsiccatus, ac diu
 fervatus, multum de nativo illo humore amisit, ex quo pars pinguedinis
 emanat: unde exsuccus retorta impositus patum olei simplici distillatio-
 ne præbet in prima analysi: sed pinguedine per expressionem separata in
 secunda operatione, tum secibus aqua calida imbutis pinguis materia in
 tecibus superstes, & plus satis exsiccata partem humoris desperdiū recupe-
 lavit,

teavit, ac tantum olei per distillationem exit, quantum expressione prodic.
Plant.
rat. In tertio processu, postquam multum aquæ cacao in subiectam velut *analyss.*
maslam redacto affulum est, postquam leni igne per 5 aut 6 horas simul
ebullierunt, pinguedinis particulæ per id tempus huncore satis imbutæ unâ
coauerunt; sicque olei hac ratione extractum fuit quintuplum ejus, quod
in prima distillatione eductum fuerat.

In his paulo longiores fuimus: sed nonnihil lucis plantarum analysi vi-
dentur inferre posse. Ex iis quoque id confirmatur, quod ante aliquot an-
nos à D. Bourdelin circa olei in sua principia analysim tentatum suo lo-
co exposuimus.

V. Verum satis multa de analysi, nunc per pauca de quibusdam aliis
quæ usui esse possunt, subjiciam. I'ud imprimis, quod mense Febru-
ario à D. De la Hite fuit observata in duabus malis aureis, quarum fo-
lia acerrimo hyemis frigore obriguerant, sed remittente frigore eadem fo-
lia demissa, & pene exsiccatæ se se evanescere, pristino vitore restituto. Ra-
tionem hinc autem: stipium folia pœt humore extratio & conglaciatio vi-
deri quasi siderata, quod eorum fibrae disumptantur; cum autem eo in lo-
co bene clauso nullus esset pene humor extrarius, arbores ipsæ cum fo-
liis incolumes steterunt.

V. Mense Novembri D. Chatas filiam suam Simiæ aceriti mortu vul-
nerata petroselino seu Apio hortensi contuso, & vulneri admoto statim
curatam fuisse testatus est. Cum autem de vulnerum curatione sermo inci-
disset, D. Mery se multis experimentis edictum esse ait, vulnera plera-
que sanari, cum quatuor aquæ partibus unâ aquæ ardentis è vino elicite
admissentur, ac linteum, ut moris est, seu penicillum hac aqua imbutum
vulneri apponitur singulis diebus bis renovatum, Vulnerus in cranio cum di-
stillatione humoris in oculos deflui, intia quadriduum ea methodo curavit.

D. Honberg inter alia artis infectoriæ arcana illud proposuit de co-
lore illo florido & coccineo, quem carminum vocant inducendo. Re-
cipe 5 drachmas cochenillæ, semi-crachimam granorum illius plantæ, quam
Chm., vocant, 18 grana corticis illius radicis vulgo *Autour* dicte, totidem
aluminis rupeis; quinque aquæ libiae in vase stanneo, aut fictili & plum-
bito ebulliant, in quam primum grana chorani injicies, que post tres
aut quatuor undas extahuntur; per linteum aqua trajicitur: eadem aqua
in eodem vase iteum bulliat, in quam cochenillam injicies, que tantum-
dem temporis maneat movendo indesinenter, tum vas ab igne statim re-
move: per linteum aquam trajice in vas vitreum, ubi per octo dies liquor
permaneat, aqua inclinato vase effusa, qui in fundo vasis subedit limus,
ipsum est carmini pigmentum, quod in umbra paulatim exsiccatur char-
ta obducunt, ne pulvere inficiatur. Pulvis ille rubeus spatuli lignea,
aut eburnea collectus in loco sicco assertetur. Quæ subalba videtur co-
chenilla, ea est optima ubi grana sunt crassiora, grana chorani integra,
& subvitidi colore tincta aliis præponuntur; quod *Autour* dicunt, candi-
dum sit, idque melius est, quod candidius. Cavendum i'ud imprimis ut
præscripto tempore bulliant pigmenta, eaque in subylem pulverem prius
terannerit, ac i'udicata sint linteæ; unicuique percolationi sum detur linteum
purem & nitidum.

C A P U T III.

De Spiritu acido.

I. **Q**Uæ de stirpium analysi, de oleorum natura & origine dicta sunt, ad Chymicos labores videri possunt aliquo modo pertinere: nam latius patet hæc scientia, & in omnes pene partes Phylsicæ se diffundit. Utetumque ea res sit, quæ mox dicturi sumus, Chymia propriè dicta sibi vendicat; atque eo genere censentur, quæ D. Homberg circa spiritus mixtorum corporum acidos fecit experimenta. De eorum natura & origine è scripto recitatavit dissertationem, cuius hoc est velut summarium.

II. Primum illud statuit, spiritus acidos in fossilibus & plantis non aliud quiddam esse præter sales volatiles in liquoris aquæ parte exsolutos: neque adeo hos spiritus in peculiarem velut classem ab aliis mixti corporis principiis distingtam reduci oportere, ut à plurimis Auctoriibus factum est. Hanc sententiam ex eo confirmat, quod omnes hi spiritus unâ cum liquore aquoso per distillationem exeant, atque ubi ab eo se se expedient, salium concretorum, aut crystallorum forma se prodant, quæ pruni ardentiibus imposita in fumum abeunt, nullis relictis fecibus.

3. Cum sales concreti permagni usus non habeantur, non multum operæ possum fuit in iis penitus exsiccandis: nam hic pene unus eorum est usus, ut magna phlegmatis parte, quæ unâ cum iis salibus ascendit, secreta, corporibus terrenis & metallicis dissolvendis adhibeantur. Nec ratiō aquæ communis diluendi sunt hi spiritus acidi, ut certa quædam exsolvant corpora. Sic aqua fortis cum purior est, & actior quam vulgaris esse solet, argentum nequit dissolvete: sed ex ea nî aqua regalis optima, quam ad certum usque gradum aqua communis diluere necesse est ut dissolvat & penetrat argentum. Tum vero adhuc actior est, quam ut cuprum, ferrum, plumbum facilè exsolvat, nisi duas aut tres communis aquæ partes addantur, ut cuprum, aut ferrum, quinque aut sex partes, ut plumbum solvat: lecus in calcem hæc metalla redigit.

4. Hoc itidem in aqua regali, quam autum solvit, accidit: eam quippe diluere necesse est, ut stannum exsolvat: quatuor scilicet aut quinque partes aquæ addenda sunt, alioqui calcem tantum dabit.

5. Quamobrem, qui ab acidis spiritibus expectari solet effectus, dissolutio videlicet corporum, ex mixtura ejus quod propriè acidum est, & in saltem concretum abire potest, cum certa & idonea phlegmatis portione, quod fluidos sales efficit, omnino proficiuntur. Atque hi sales longe diversos effectus, imo & quandoque us ipsi, qui à salibus stirpium & animalium prodeunt, omnino oppositos procreant: nam sales pene omnes animalium & vegetabilium volatiles, idem sunt urinosi, si ostreorum & cancerorum sales volatiles exceperis, qui nec acidi sunt, nec urinosi.

6. Spiritus acidi nonnisi multo labore solent concrescere, ac pristinam suam fluiditatem citò recuperant ex aquosis aliquibus liquoris vicinia. Hinc

zio nulli hujus ætatis scriptores id suspicati sunt, sales illos nihil esse præter certain aquæ modificationem, quæ longa digestione, & multiplici, ut vocant, cohobatione, seu iterata distillatione cum terrestri, aut metallico corpore exsoluto, hanc contraxit aciditatem: adeo ut hi sales insipidi ut antea, fieri possint.

Clay-
mica.

6. Quædam hanc in rem fecit experimenta D. Homberg, quibus haec opinio confirmari utcunque posset: duas aquæ partes cum una salis communis miscuit, post cohobationes sexagies repetitas, aqua tandem facta est pene insipida, nec salsa, nec acida. Cum postea aquam variis imposuerit vasculis bene sigillatis, eamque per triennium in digestione sœpe interrupta reliquisset, pars aquæ refrigerata in crystallos abiit, quæ nitri fere saporem præ se ferebant. Aqua nimis tamen sœpius distillata perparum salis secum extulerat: ac digestio ipsa tantum mutationis attulit. Hinc justa est suppicio spiritus acidos longa digestione magnas mutationes subire posse.

III. Alteram de salium natura dissertationem legit D. Charas, in qua id primum advertit, salēm esse velut mixti corporis animam per omnes ejus partes aquæ interjectu fusam.

2. Tria distinguit salium genera: sunt enim volatiles, iij; urinosis; sunt acidi minus volatiles; sunt fixi denique. Animalia in urinosis abundant salibus; in his acidi sales sunt minus uberes, iij; in pinguedine sunt magna ex parte reconditi: sales fixi in his sunt perpaci. In plantis salēm volatilem inesse, cumque acidum, qui & spiritus vocatur, quod fluidus sit, & salium spiritus quodammodo referat: tametsi non aliud quidam est quam sal liquore aquoso exsolitus, quique sali fixo & volatile facilè sociatur. Sales acidi in quibusdam plantis, ut in acetosa non ægredi separantur. In aliis non ita facilè deprehenduntur, iis tamen sal inest, & præfertim in lignosis, quæ ut solidiores sint, aqueis tamen partibus abundant. Sal volatilis & sulphureus in parte oleosa, quæ ex utroque sale constat, potissimum delicitur.

3. Ea est interdum in plantis salum copia, ut acres sint, & corrosivæ, ut in allio, flammula, aconito cernimus. In fossilibus spiritus acidi à phlegmate expediti vim suam fortius excipiunt, ut liquor vitrioli extremus, quem oculum appellant.

4. In fuligine per naturalem quandam distillationem partes ligni incensi præcipue unā conjunguntur. Ea siquidem oleosis, salias, acidis & urinosis partibus constat, idque magno est argumento in plantis sales volatiles vigere, quos forsitan figurunt sales acidi in vulgari analysi. Etsi enim sales acidi ætē expositi facile toluntur in liquorem, hi tamen firmi sunt & solidi, ubi idoneam ostendunt substantiam, cui pertinaciter adhaerent. Id videre est in acido sale aceti, qui arête cum plumbō, corallio, marginitis conjungitur, & saporem dulcem contrahit. In illius rectificacione, seu leni illius distillatione repetita, sal remanet in fundo cucubalæ colore putrido, dum soluta materiæ partes pristinam formam recipiunt. In cromore tartari sal est acidus cum volatile ita conjunctus, ut aqua frigida dissolvi nequeat, nisi cum sale tartari fixo ita miscatur, ut salis tartari pars una, cromoris sex aut septem partibus adjiciatur. Tunc enim sit sal in aqua frigida solubilis: ex quo paratur sal ille vegetabilis, q. i. notus hac ætate adeo celebratur.

ANN. 5. Cum vegetabilium , aut animalium sales acidi debiliores sunt ; quām 1693. ut proposito fini serviant , interdum cum salibus acidis fossilium conjunguntur. Sic parum sulphuris plantis incensis , ut sal ex iis elicatur , admissum obstat quominus sal plantæ volatilis dissipetur , quin & salem extractum tuerit ab aëris humiditate.

6. Nonnulla profert exempla salium acidorum , qua è fossilibus extracti concrescunt , ubi in aliam incurront substantiam sibi aptatam : unum enim & idem corpus cum iis efficiunt. Id cernere est in Lutæ , seu argenti crystallis , in eo lapide quem infernalem ob vim ejus causticam appellant , qui que cum nitri spiritu paratur ; in sublimati corrosivi præparatione , ubi acidi spiritus à sale marino , & vitriolo secreti hydroxyro adhaescunt. Sie in oleo glaciali , seu in butyro antimonii , postquam sublimati vi regulus antimonii solutus leni ignis calore unà cum sublimato sursum elatus est ; tum enim ex utroque candidum quid & compactum efficitur. Sic in cinnabri facilia spiritus sulphuris acodus à pinguiori illius portione secretus unà cum hydroxyro arctè conjugitur.

Neque hoc præterendum , quod cum ista legerentur , D. Beuleduc obiter admonuit , morbis pectoris à Medico sibi noto stibii cinnabatim utiliter abhiberi : dosim esse 75 granorum : sed reliqua persequimur.

7. De variis salium generibus in ea dissertatione agitur , de atramento seu vitriolo , de alumine , de sale calcis vive . Calchanihem seu vitrolum nihil esse existimat D. Charas , præter spiritum sulphuris acidum , qui cum ferri aut cupri particulis , quas exedit , arctè conjugitur. Quod si enim cupri , aut ferri limaturam in spiritu sulphuris dissolveris , humor superfluo exhalato , crystalli optimum dabunt vitriolum. Sic alumen non aliud quiddam videtur esse præter lapides , aut terrestria quædam corpora à spiritu sulphuris exesa . Quod si enim cretam sulphuri spiritu solveris , spiritum pallatim instillando , & quantum ea capere potest , misceram aquæ dilueris , ubi in frigidiori loco crystallos eoncrescere siveris , tum verum alumen prodibit.

Salem vero calcis inesse vix negari potest , cum effectus omnes procreat , qui à sale fixo oriuntur. Quod si spiritum acidum alicujus fossilis solutioni calcis recentis instilles , exhalato sensim humore , sal quidem in fundo subsidit è sale calcis & acido mineralis sale compositus , adeo ut sal acidus in fixum abeat.

C A P U T IV.

De quibusdam aliis Experimentis Chymicis.

Nonnulla circa sulphur antimonii fecit experimenta D. Homberg ; caque non aspernanda. Oleum per deliquium , ut vocant Chymici , è scorii reguli antimonii simplicis extractum , & phiala conclusum exhibuit. Id vero nihil esse existimat præter sulphur inflammabile antimonii , quod sales fixi tartari & nitti exsolverunt. Altera phiala tinctoriam ang-

timonii è vitro antimonii extractam aceti communis ope , inclusum habebat. Chymicu*mica*
priori oleo tabula abietina est illita , sed nullo colore tincta ; exsiccat. tabula
bulu antimonii tinctura itidem est perfusa , tum vero nigio admodum colo-
re infecta appauuit. Priori oleo alteri tabulæ inducto acetum supe. sudit ,
quod gravem odorem astivit , & lignum flavo colore tinxit. Hujus discri-
minis hanc attulit rationem : sulphur ipsum antimonii communis sulphuri
non dissimile p̄t spiritum ab aceto funile , & nativum colorē suum ser-
vasse cum gravi odore , qualis solet in præcipitationibus sulphuris nates fe-
cire. Sed in priori experimento cum tinctura viæ antiro ii fixum suum
sulphur , quod non inflammatur , sulphuri inflammabilis dixerit , corpus
inde prodit à communis sulphure omnino diversum , et in coloris expers ,
& coloris admodum nigri. Idem aliud insigne experimentum de maceratio
qui è stanno eductus fuit , protulit : processus ipse in tabulaia s̄t ieiatus.

I I. Cum anno superiori Chymicus quidam peregrinus in aite siâ pe-
ritus , autum quoddam potabile ventaret , idque malignis fibribus , q̄æ
cum temporis grassabarunt ut remedium utile prædicaret , qua illud paretur
arte D. Homberg paucis exposuit. Pars una auri in 20 , aut 30 partibus
spiritus salis dissoluuntur ; solutioni tantummodo olei cuiusvis essentialis ut
rotis mutini , aut alterius plantæ aromaticæ assunditur ; succusso vase oleum
flavo colore tinctum apparet ; hoc per infundibulum , aut inclinato vase à
spiritu salis separatur ; huic oleo quod auro ditatur , triplum vini spiritus
assunditur , qui oxalidis , aut acetosæ alterius plantæ spiritu animatur : ac
fotè color ille rubcus non tam ab auto , quam à spiritu acido proficiisci
videtur.

I I I. Mense Decembri è scripto legit atrem salis cuiusdam parandi ;
qui fetrum penetrat citra fusionem ullam. Jam ante aliquot annos coram
exhibuerat stibium sic præparatum , ut instar ceræ fusile esset , & friabile :
id erat coloris atri. Cum hujus materiæ particulam pisi magnitudine tenui
argenti laminæ ad lenem ignem admotæ imposuisset , hoc stibii frustulum
liquatum est , ac lamellam sic pervasisit , ut aqua solet chartam bibulam ,
nullo inducto foramine : utrimque tantummodo maculam nigram argento
impressam reliquit. Quin etiam id totam argenti substantiam , qua penetra-
verat , colore atro infectit : nec minus ductile in ea parte fuit argentum
quam in aliis locis , quæ colorem nigrum non induerant. Jam ut ad pro-
positum veniamus.

Inter varia tentamina , quibus in vetram Boracis compositionem inquie-
bat , materiem offendit quæ in fetro idem pene præstat , quod prædicta
stibii præparatio in argento efficerat. Hujus autem materiæ præparatio cum
sit paulo prolixior , hanc omittimus , eaque tabulatiis est tradita.

I V. Idem artis vulgaris conficiendi atrem citra zincum , aut calamina-
rem lapidem edocuit. Solet enim conflati aurichalcum ex 4 aut 5 partibus
cupri rubri , & ex una parte zinki , vel ex fusione cupri & lapidis calami-
naris , qui est velut zinki vena. In quibusdam regionibus calaminari ad-
miseretur cobaltum , seu arsenici mina , quod facile cupro societur : sed
opta ex ea mistione facta inaurati nequeunt , quod arsenicum sit admodum
volatile , & levi calore ab aurichalco statim discedat : cum autem metalli

ANN. 1695. inauratio circa calorem fieri non poscit, incalcentem aurichalco arsenicum specie sumi albi etumpens inter ipsum aurichalcum, & aurum se insinuat, idque obstat quominus unum alteri proxime adhaerescat. Quod autem fit aurichalcum Aquis-grani, immune est ab arsenico: verum hydrargyrus non facile huic adhaeret. Unde artifices coguntur amalgama suum aqua forti immergere, antequam operi illud adhibeant: zinko citius dissoluto mercurius cupro quidem una cum auto inhæret. Quo quidem modo opera paulo rudiora inaurantur, sed in tenuibus & exquisitis operibus, cuiusmodi sunt horologia portatilia, id evenit ut aqua fortis ea exedat, & dentes rotarum inæquales efficiat.

Quare D. Homberg non ita pridem cuprum tubeum sic parandum docuit, ut eo tutius uti liceat in iis operibus delicatulis inaurandis. Cupri rubri partem unam cum tribus mercurii ex arte miscer; hoc Amalgama per duas horas cum aqua fluviali ebullire finit; per distillationem educit mercurium, qui semel cohobatur; cuprum quod in retorta superest, fundit, idque aureum & pulchrum exhibet colorem, quod magis est ductile, quam aurichalcum vulgare.

V. Cuprum quidem cum zinko confusum colorem suum exuit: nam zinkum pallidius est, & nativum cupri colorem diluit: sed mirari subit mercurium adeo volatilē cupro colorem magis dilutum largiri, & nativæ sue albedinis vestigium illi imprimere. Quod vix concipi potest, nisi amalgama cum cupro mixtum quasdam sui partes in cupro implicatas relinquit. Nam patie sui octava minuitur mercurius post iteratam distillationem, quod quedam mercurii corpuscula cum cupro sibi conserta & colligata. Unde post multiplicem fusionem cuprum pristinæ rubedini restituitur, postquam mercurius omnis exhalavit: tametsi cuprum sic irauratum non augetur pondere, sed potius minuitur, quod ipsa fusione & combustionē quedam ejus partes discedant.

D. Morin cuprum inargentatum exhibuit, idque non minus specie ipsa pulchrum, quam si argentum foret. Aliud quoque pretulit metallum pulcherrimum partim è cupro, partim ex argento conflatum.

C A P U T V.

De rebus ad Anatomen, & Historiam Animalium pertinentibus.

I. **D**e 12 Februarii D. Varignon conjecturas suas de usu aëris in digestione alimentorum proposuit. Hec porro ejus animatum subiit cogitatio, an forte qui alimentis continetur aër, caloris naturalis vi sic dilatetur, ut qui majoribus inest poris, eujusmodi sunt sensibiles in pane meatus, facilem habeat exitum, ac meatus illos citta parietum disruptiōnem distendat; sed qui intra minimas panis, aut cibi eujusque moleculas est interclusus, distendi non potest, quin vim suam exerat in partes cellularum, aut vesicularum, que in farina v. gr. mole attitūdū cludunt. Has itaque cellulas disruptit aër nisi suo, & in minutiores particulas frangit: que tandem

ica comminuantur , ut tenuem velut pultem cum liquore ipso , quo diluuntur , efficiant : cuius pars fluida chyli nomen obtinet.

*Hist.
Anim.*

Contra opposuit D. Homberg , quod si aer rarescens sic alimenta , quibus ineft , dissolvit , cur ignis aera intra carnium poros conclusum vehementius exagitans , carnes in chyli formiam non redigit . Cui D. Varignon respondit coctionem carnium , seu elixatione , seu afflatione fiat , in partium sensibilium separatione esse positam : nam carnes excoquuntur , cum ignis particula subeunt carnis cellulas , cæque ab aere dilatato subito rarescente disrumpunt soluta fibrarum texture . Cum autem ignis corpuscula , quæ è ligno accenso prodeant , multo sint crassiora , quam spiritus animales , qui nativum efficiunt calorem , ea quidem non satis sunt subtilia , quæ angustiores corporum meatus subeant , & in tenues adeo partes redigant , ut cum aqua , cui carnes incoquuntur , genus quoddam pulvis chylo non absimilis efficiant . Ac nescio an illud addi possit , carnes in vase rite occulso , cuiusmodi est machina ossibus emolliendis à D. Papin excogitata , in consimilem chylo pultem , imo & ossa in gelatinam brevi temporis spatio facessere : seu aeris , seu ignis particula fortius exagitata ossium moleculas disrumpant , atque ex iis gelatinam chylo non absimilem exprimant . Verum ista velut in transitu , nunc ad certiora veniamus , nempe ad ea , quæ inagis sunt facti , ut ita loquar , quam juris .

II. Inter ea quæ præter naturæ ordinem eveniunt , illa imprimis expli- catu sunt ardua , quæ extra locum generationis formantur .

Die Martii 16 D. Meri cotam exhibuit os maxillæ superioris dentibus aliquot munium , iisque duris , & perfectis , adeo ut verisimilimum sit eos ante decem annos formatos fuisse extra uterum . Cum filia ejusdem mulieris , quæ vix duos nata erat annos , obiisset , corpore ejus dissecto quasi ova 5 aut 6 linearum in eadem corporis patte reperta sunt , quæ hydatidas esse existimabat in abscessus sine pure tamen conversas .

III. De structura lingua pici , vulgo , un Piver , actum fuit , cuius artificium mechanicum non eodem modo exposuerunt D. Perrault , & Alphonse Borellus , ille in mechanica animalium , hic in opere suo de motu animalium . Id vero D. Mery recepit fore ut structuram musculorum , qui producent , & trahunt pici linguam , acriori animo expenderet , ubi primum hujus avis copia facta fuisse : quod postea ab eo effectum est .

Die 16 Novembris D. Mery observationes suas circa varios lingua pici motus legit è scripto , naturæ artificium , structuram organorum , è quibus hi motus pendent , intento animo contemplatus id primum advertit hujus avis linguam non amplius quam tres aut quatuor lineas in longum patere . Nam truncus & rami ossis hyoidis ad linguam non pertinent , neque eorum longitudo huic tribuenda est , ut viris pereruditis Alphonso Borello , & D. Perrault visum fuit , qui in hoc argumento versati sunt .

Lingua C , pici ex ossiculo admodum brevi , & corniculo squamofo constat ; ea est figura pyramidalis , basis ejus cum extremo ossis hyoidis D. per articulationem commititur .

IV. Os illud hyoidis stylum patrum referens , duos pollices longum est , nec amplius , quam linea semisse crassum ; parte sui extremâ & poste-

ANN. 1695. **riore** cum duobus ramulis ossis E, F, minus crassis, quam sit ossis ipsius corpus nequitur. Singuli rami duobus quasi filis inæqualis longitudinis constant, hæc unâ junguntur.

Anterior quidem filum uniuscuniusque rami sesquipollice tantummodo longum est; posterior, & Alphonso Borello omnino incognitum ad quinque aut sex digitos protenditur, cum tenui cartilagine id juxtam est, in quam desinit: adeo ut hic ramulus osseus hyoïdes, & lingua simul junctis triplo sit longior. Hi ramuli qui ad os hyoïdes pertinent, instar arcus sic intectuntur, ut pars media colli latera occupet, & extrema eorum anteriora sub rostro inferiori delata in os hyoïdes desinint, extrema autem posteriora quæ summam capitidis partem decurrent, nates à parte dextra subeant, cista tamen ullam cum iis articulationem, quod utique lingua productionem non parum adjuvat, ut mox dicetur.


V. Os hyoïdes, & anterior ramulorum filamentum vagina quidam conduntur: quæ vagina ex illa formatur membrana, quæ rostri inferioris partem interiore vestit; extremum hujus vaginæ cum orificio corniculii squamosi linguae conjugitur, eaque producitur, cum lingua extra rostrum profertur, ut contrahitur lingua intra rostrum redeunte: squamosus ille corniculus, qui osculum linguae tigit, supernè convexus est, inferne complanatus & inuis cavus: utrimque armatur sextuplici cuspi'e admodum tenui, inflexili, & diaphana: extrema cuspidum paululum inflectuntur versus guttur. Idque non abhorret à verisimili corniculum his spiculis munium ipsum esse organum quo picus prædam suam ad se rapit, hoc quidem facilius, quod illud organum viscosa quadam materia imbuatur, quæ in extremum rostri inferioris se exonerat per duos tubulos excretorios, qui è duplice prodeunt glandula pyramidali in utroque latere interiori hujus partis posita.

Quo picus hoc uteretur organo, multis à natura est instructus musculis, quorum nonnulli ad ramulos ossis hyoïdis spectant; siue linguam foras exerunt, alii ad vaginam, quæ os hyoïdes cum filamentis ramulorum interiorum includit, siue linguam intra rostrum retinabunt B, B: sunt deinde sui musculi linguae proprii, qui eam sursum, deorsum, & utrimque flexunt ad latera.

VI. Unicuique ramulo ossis hyoïdis unus tribuitur musculus, A, A, A, A, qui sua longitudine linguam, os hyoïdes cum suis ramis æquat. Hi duo musculi originem suam ducunt à parte anteriori laterali, & interiori rostri inferioris, siue versus posteriores partes progressi filaments ossis hyoïdis posteriora involvunt, & summum caput decurrentes ad extremitatem filamentorum pervenient, siue inseruntur. Hinc duo prodeunt ligamenta elaterio prædicta I, I, quæ simul juncta tertium L, procreant, quo membranis narium nequantur. Hæc ligamenta admodum sunt brevia, sed facile producuntur. Origó musculorum A, A, infra naturalem sūrum designatur, ut oculis subjiciatur.

VII. Cum igitur musculorum contractio nullo negotio vincat ligamentorum resistentiam, id intellectu scilicet est, quomodo ii contracti secum trahant extra nates ramulerum ossis hyoïdis extreimas & posteriores partes, casque

eaſque ad locum ſuę originis adducant; ac ſimul corpus iſum oſlis, *Hift.*
filia ramulorum, ac lingua iſam extia roſtrum protruſant. Quod eadem *Anim.*



facilitate preſtare non preſent, quantumvis ſint flexibilia filamenta, ſi muſculi
ramulo affixi forent, & articulatim connexi cum narum oſibus. Etſi
enim quos deſcribunt atrijs, in eſtendit in rectum queant, hi ramuli quan-
tum taliſ eſt linguae filias ad quatuor uſque pollices extra roſtrum profe-
rendae nullatenus produci potuſſent. Quod eo facilius preſtant, quod li-
berè moventur in hiſ muſculis quibus includuntur, tanquam in tubis,
nec articulatione cum oſibus narum ſint conjuṇcti.

VIII. Lingue & ueni intra roſtrum reducendæ duo ſunt à naſu rea con-
ceſſi muſculi vaginæ, qua os hyoïdes & anteriora ramulorum filamenta
conducentur B, B. Cum enim eorum productionem & contractionem an-
tagonitatem productioni, & contractioni aequales eſt oportet, ac lingua
idem iter conficiat, dum regreditur, quod percurrat foras cundo, quod
illi commad. in tam arcto ſpacio, quæ inter laiyngis partem inſimam,
& extremitatem roſtri interiaceat, collocentur, id fuit à natura proviſum, ut
utique muſculus enī aſpera alterat partem ſupremam, unde ortum ſuum
capit circumvolvatur, una item, & altera revolutione, aut circuitu facto
in partes contrariaſ. Tam illi in poſtice laiyngis parte decuſlatim interio-
rem vaginam veſtunt, & iſi connectuntur. Cum autem vaginæ iſi extremitum
corii uili ſquamofili lingue junctum ſit, hinc evenit ut hiſ muſculis con-
tracti, vaginæ iſa ſe iſam redeat, & lingua in roſtrum reducat, ac de-
mum posterior & ramulorum oſlis hyoïdis extremitates repellant in nares,
cui uia quod ſunt tria ligamenta elatiſta, quorū fecimus mentionem.
Postquam enim producta ſunt ab iis muſculis, qui lingua foras propel-

ANN. hant, relaxatis his musculis statim illa contrahuntur, & in nates revehunt
1695. ramulos ossis hyoïdis, quibus sunt illigata.

In summa etanii parte que lam est velut stria, qua una cum pelle canaliculum efficit, quo posterior pars ramulorum ossis hyoïdis cum suis muculis concluditur: in quo quidem canali liberè moventur partes illæ. Hic vero canalis obstat quominus rami ossis hyoïdis dextrosum, aut sinistrosum à seips deth etant, cum antrosum propelluntur, & scum suum facile recuperant, ubi retrorum reducuntur.

IX. Hoc intento animo consideratis, quae nimittum si linguae ipsius, ossis hyoïdis, & ramulorum, cum in à somuntur, longitudo, quae sit origo, & insertio musculorum determinata, quorum ope lingua excentur, & intus se recipit, judicata facile est. A phonium Borellum nonnullo errore lapsum esse, cum iis musculis quatuor tantum pollices in longum tribuit. Nam lingua extra rostrum ad quatuor pollices etiampens candem remittitur viam ubi creditur; unde musculi, qui eam producent, & reducunt, quatuor itidem pollices produci & contrahi debent, si que adeo longiores 4 digitis eos esse necesse est: non enim tota & integra sui longitudine contrahuntur.

Quinobrem ex quatuor primis musculis, quos Borellus linguae tribuit, ut motus suos perficiat, cum duo ab extenso rotuli infections, exenti (ut ipsi visum est) ab anteriore parte crani otiantur, & quatuor illi ossis hyoïdis medio inserantur, quod 8 digitos, longum est, id planum sit effectum illum ab iis musculis profici nullatenus posse, si ut Borello videntur, singuli ultra quatuor pollices in longum non patent.

X. Neque hanc induisset opinionem Borellus, si advertisset duos illos musculos à rostro oriundos rotum os hyoides & ejus ramos percurrente. In hoc deceptus videtur, quod unumquemque ex his musculis in duos divisit, ac sola agnoverit filamenta anteriora ramulorum ossis hyoïdis, in quorum extremis quatuor primorum musculorum, quos descripsit, insertiones collocat: sed tamen eorum, qui circa asperam arteriam revoluuntur, genuinum usum agnoscit. Horum quidem non meminit D. Perrault, quorum actione lingua in rostrum retrahitur. Deinde quatuor Borelli primos linguae musculos è larynge deducit, quotum duos mittit ad extrema & posteriora ramulorum ossis hyoïdis, duos reliquos ad anteriores illorum extrenitatem, ut linguam exerant, & reducant; quo quidem modo in Borelli incommodum incurrit, eo quidem magis, quod nullus musculus è larynge prodecat, qui in ramulos ossis hyoïdis desinat. Nullam quoque musculorum, quibus lingua hue illuc movetur, mentionem faciunt, sed eorum tantummodo, qui linguam foras excentur, & intus tetrahunt.

Hic vero linguae proprii musculi suum ducunt originem à parte anteriori ramulorum ossis hyoïdis: è singulis duo prodeunt, qui omnes in longum & tenuem designant tendinem: quatuor illi tendines corpus ossis hyoïdis amplexi ad basim ossiculi linguae infertuntur. Quando omnes hi musculi conjunctim agunt, linguam in recto suo positam sustentant.

Cum superiores mucleuli contrahuntur, simul linguam sursum movent, ut inferiores deorsum: sed ubi duo musculi ex eodem latere sibi vires suas

quasi ex confusâ exertunt , alternatum illam in partem dextram , ac si *Hyp.*
mistrum trahunt. Cum autem ex omnibus musculis , qui diversos linguae mo-
tus efficiunt , quatuor duntaxat postremi suas habeant inflectiones , palam est
musculos , qui eam producunt , aut reducunt , ad eam , si propriè loqui
volumus , non pertinere , sed ad vaginam , & ramulos ossis hyoïdis , ubi hi
musculi inseruntur : adeo ut motus linguae intra vel extra rostrum sit ha-
bitum partium proprii , non lingue , cum in utroque motu lingua perstare
possit immobilis.

Q[uo]d hæc facilius intelligi possint , eam figuram subiecit D. Mery AA
AA musculus est , qui linguam extra rostrum proferit.

B B musculus qui linguam intra rostrum retrahit.

C Lingua.

D Os hyoïdes.

E Osseum filamentum , seu ramulus anterior ossis hyoïdis.

F Osseum filamentum , seu ramulus posterior ossis hyoïdis , quem duæ
lineæ albæ designant.

G Unus è quatuor muscularis lingue propriis , quem nigra linea in lin-
guam definens signat.

X I. De variis quoque morborum remediosis , cum identidem , ut fit ,
sermo incurret , D. Homberg hypocondriaco morbo hominem sanatum
à se dixit , calcis viva beneficio in aëre exindeat : duæ illius partes cum
una salis ammoniaci permiscantur , dosis 20 granorum : calx per deliquium
soluta inter apertientia medicarina nec postremum tenet locum.

D. Bouleduc hemorrhoidas sanari dicit hyosciam , & linaire ope , cum
anguilla pinguedine ad ignem astata , cuius remedii in seipso periculum
fecit.

D. Tournefort anginam ait curari per gatgarismos cum mutia oliva-
rum quam pinsolinam vocant in Provincia.

Affecto hoc anno D. Dodart Epistolam ad se scriptam Vesuntione à
viro Clarissimo , in hac Provinciæ præside legit , de puerò quodam 10
annis nato non procul à Monte-Juta , vulgo *S. Claude* , qui sexto ætatis
mensi siles incedebat : vix annum integrum assecutus quocumque vellet
predicabatur , nec fascias , quibus infantes involvuntur ferre poterat ; anno
septimo virili erat habitu , & barbatulus.

C A P U T VI.

De rebus Anatomicis.

I. **D**E usu ovalis foraminis in fœtu inter D. Mery , & D. Varignon
questio initio hujus anni est agitata. Negabat ille in ovali for-
amine ullam valvulam , aut eam quo nomine censetur , ita esse collo-
catam , ut foramen ipsum possit occludere : cum aqua syphunculo in aor-
tam , aut pulmonis venam injecta per illud foramen in auriculam cordis
dextram , atque inde in venam cavaam libere transmittatur : quod semel &
Y y ij

ANN. iterum in duplici fætu palam ostendit. Experimentum illud opposuit D. 1695. Varignon : cum extremo styli apice hanc valvulam , quæ post motuum complicati soler , tam exactè foramini admovisset , ut D. Du Verney tubulo venam pulmonarem perflaret , & D. Varignon filum ceratum & accensum ex parte altera versus dextram cordis auriculam minu teneret , nihil mota est flammæ , & valvulam accuratè foramini applicitam ambo videbunt : sed è venæ cavæ partibus perstatus aët ultro per valvulam dehiscentem subiit.

II. Negabat D. Mery membranam illam omni ex parte foramen obduxisse , quod pædictio confirmavit experimento. Nam aqua syphone injectio per aortam , & venam pulmonum immissa in dextram cordis auriculam trahicetur.

Hoc argumentum circa usum ovalis foraminis & Botalli ut vocant , canalis in fætu & in testudine paulo uberior est persecutus D. Mery in peculiari dissertatio. Ac prium quidem non assentitur communis illi & receptæ Anatomicorum recentiorum sententia , quæ valvulam in truncu venæ pulmonum sic aptatam putant , ut majori sanguinis parti libetum pæbeat aditum à vena cava ad pulmonum venam , ejusque redditum in cavam prohibeat , cum ea valvula foramen ovale obducatur , eique impulsa sanguinis è vena pulmonum prodeuntis adhærescat.

III. Rem non ita se habere multis rationibus contendit. Ac prium quidem apud omnes in confessu est arterium tubos cum sanguinis per eos decurrentis mole certam habere rationem , adeo ut per amphorem canalem major sanguinis copia deferratur. In homine sanguis omnis à vena cava in dextrum cordis sinum effunditur , qui per arteriam pulmoam , tum per venas pulmonum in sinum sinistrum cordis commicat , ac denum per aortam in totum corpus dimanat : unde utriusque arteria diametri in basi cordis æquantur ; dummodo vas utrumque liquore aut aëre impletum naturali sua quantitate donetur. Sed eadem arteria in fætu sunt plane iræ piales , ac longè major est arteria pulmonum , quam aorta dian eti : & tamen contrarium planè ex communis recentiorum opinione deducitur. Quod si enim pars magna sanguinis venæ cavæ per ovale foramen in truncum venæ pulmonum defertur , neque in dextrum cordis sinum restat , sed una cum sanguine qui venis pulmonum continetur , in sinistrum cordis sinum effunditur , & per aortam in totum corpus pellitur , id plane consequens est , sanguinem , qui eadem velocitate per arteriam pulmonum & aortam fluit , longè ampliorem aortæ tubum exigere , quam arterie pulmonariae , & eo majorem esse opinetur aortam , quo major est sanguinis quantitas per foramen ovale transire nec dextrum cordis sinum subcurrit. Nam ex ea portione sanguinis quæ è dextro cordis ventriculo manat , detrahenda tantummodo erit pars ejus fere tertia , quæ per canalem communicationis ab arteria pulmonum in aortæ truncum inferiorem commicat , neque pulmones aut sinistrum cordis sinum pertransit. Id tamen ipsa resellit auctor si : nam pulmonaris arteria truncus in fætu multo major est ac fere dupla aortæ trunci , quod sanguis omnis venæ cavæ in dextrum cordis sinum effulget per arteriam pulmonum transmittatur , atque ea sanguinis portione sublevet.

tur aorta, quæ per interjectum canalem in truncum inferiorum ejusdem *Anæ* aortæ trajicitur; nec non ea parte sanguinis in venis pulmonum contenti, *tomica*. qui ab auricula cordis sinistra per ovale foramen in ventriculum dextrum cordis remeat, neque in sinistrum cordis ventriculum delabitur.

I V. Quod quidem ex vasorum structura sic demonstrat: pulmonum arteria in fœtu tres in ramos pene æquales dividitur: primus qui & canalis communicationis dictus est, in aortam descendenter definit, reliqui duo in pulmones contendunt. Quæmobrem sanguinis massa, quæ è ventriculo cordis dextro egreditur, & arteriam pulmonum subit, in tres partes distribuitur, quarum una per canalem prædictum effluit in aortam descendenter, reliquæ duæ per pulmones trajecta in sinistram cordis auriculam, & in aortam contendunt; sed aortæ truncus, cum adhuc sit multò minor, quam duo rami simul juncti arteriæ pulmonaris, palam est totum sanguinem, qui pulmones pertransit, aorta excipi non posse. Quod igitur supereft ex auricula sinistra cordis per foramen ovale in ventriculum cordis dextrum remeat necesse est, nec subit sinistrum ventriculum, neque adeo sanguis venæ cavæ per foramen ovale venam pulmonum subit, ut vulgo creditum est: sed pars sanguinis è venis pulmonum hoc foramen penetrat, ut in dextrum cordis sinum contendat. Quemadmodum de testudine dictum fuit, in qua sanguis per venas pulmonum in sinistrum cordis sinum rediens non aliam inire viam potest, ut ad dextrum ventriculum appellat.

V. Ex quibus illud colligit vir peritissimus ad foramen ovale fœtus nullum apponi valvulam, in quam sanguis per truncum venæ pulmonum continenter fluens directè incurriteret, eamque potius occluderet quam aperiret: nam recto itinere & quasi ad perpendicularum in valvulam impingens majore risu foraminis ovali eam applicaret, quam sanguis à vena cava ex obliquo valvulam perstringens contra eam pattem obniti posset; neque adeo per ovale foramen sanguis è vena cava in truncum venæ pulmonum trajicitur.

V I. Idque ex structura foraminis ovalis confirmatur, nullam co loco esse valvulam: cum illud inter duos semi circulos sit positum & ab iis formatum, quorum unus interiori lateri auriculæ dextræ, & sinistre auriculæ applicato incisus est, alter verò est pîrva limbi portio ejus quæ vulgo dicitur valvula, quodque reliquæ est ejus valvulae ambitus, patet sinistræ auriculæ efficit: ex quo illud manifestum est ab ea valvula foramen ovale occludi non posse, cum à suo loco dimoveri nequeat, nec foraminis occludendo applicari.

V II. Hec etiam ipsa confirmat experientia: nam aqua per aortam aut per venas pulmonis injecta ultro ab auricula sinistra per foramen ovale in dextrum cordis ventriculum delabitur. Postremò si aëte per aortam inducتو cor ipsum quantum fieri potest, distendatur, atque in eo statu paulatim exsiccari sinus, tum eo dissecto foramen ovale patens apparebit, & ea quæ vulgo habetur valvula, ejusdem protus magnitudinis ac nullo modo imminuta.

V III. His explicatis quis sit usus tum ovalis foraminis, tum canalis, quo ambae arteriæ, pulmonum n. mpe & aorta inter se communicant, ma-

ANN. infusum fieri. Cum enim cor sanguis vi propria motu circularem sanguinis efficiere non possit ob rationes superius allatas, quando in utero continetur, matris respiratione eget, quod perennis ille motus continuatur. Et tamen tantum in foeti sanguinis est, quam cum in adulto habita corporis ratione. Quapropter si mater foeti per venam umbilicalem multo minus aeris suppeditet, quam respiratio cordi humano prib. e solit, palam est tantulum aeris quem mater faci impedit, non sufficere circulationi sanguinis efficienda, nisi natura majori sanguinis parti viam compensacionem præbeat eis ipsa quam in homine insit.

Eam ob causam foramen ovale & canalem praedictum aptavit naturæ opifex: si quidem ex universi sanguinis misla, que è dextro cordis sinu egreditur, pars una è pulmonum arteria per canalem inter. Etiam in aortam inferiorem delabitur, neque ei per pulmones aut sinistrum cordis ventriculum circulatur. Ex duabus aliis quæ pulmones pertransirent, atque in auriculam cordis unistrans afflunt; pars una per foramen ovale in dextrum ventriculum redit, nec per sinistrum cordis sinum, aut per alias corporis partes circuitum suum agit: pars altera in sinistrum ventriculum delapsa iter suum per aortam conficit.

I X. Qiamobrem illud palam est hunc esse ovalis foraminis & canalis usum, ut pars major sanguinis in foetu multò breviorum insistat viam, quam in homine, atque ut sanguinis in foetu non minor sit copia, servata corporis proportione, quam in ipso homine adulto, circulationi tam in foetu efficienda multò minus aeris requiritur, quam in homine.

Hinc etiam ratio asserri potest, cur in machina pneumatica exhausto pene ære per repetitos antræ illis, quod tamen superest aeris circulationem sanguinis diutius conservat in fœle, cuius foramen ovale & canalis adhuc patent, quam in eo, cuius meatus illi occlusi sunt: cum ille extra machinam tam cito moriatur, quam felis qui obductus habet praedictos artus, si utrique intercludatur spiritus: neque adeo mirum est, si fœtus humanus citius extinguitur in utero, ubi prie fanatici umbilicalis pressione privatur ære, quem mater ei suppeditat, quam felis recens natus in machina pneumatica.

X. Verum illud intellectu difficilis videtur, cur ovale foramen & canalis in testudine, & in foetu ad eum usum comparata, nempe ut sanguinis iter brevius fiat, cor tamen foetus non possit sanguinis circulationem tam diu continuare, ac cor ipsius testudinis intercepta respiratione.

Sed hoc est est discriminis inter testudinem & foetum, quod in testudine sanguinis pars major è dextro cordis ventriculo in aortam, & in eum canalem, cuius sepe mentionem fecimus, dilabatur, ac per venam cavaem in eundem sinus rediebat, ubi suum circuitum absolvit, nec pulmones aut sinistrum cordis sinus subit; pars altera quæ pulmones pervadit à sinistro cordis sinu per foramen ovale in dextrum ventriculum commeat; neque per alias corporis partes defertur. Unde universa sanguinis massa uno circuitu per cor ipsum semel tantummodo transit. In foetu vero, uti diximus, sanguis universus ab utraque vena cava trunco in dextrum ventriculum effusus in tres partes dividetur in trunco arterie pulmonalis; prima

per canalem in ramum inferiorem aortæ ingreßus in venam cavam tedit, *Anatomia* neque per pulmones trahitur, duæ alteræ pulmones pettianteunt, & in *tomica*. auriculam cordis sinistram decidunt, ubi in duas partes dividuntur, una ex iis per foramen ovale in dextrum cordis ventriculum reineat, nec ad sistrum cordis sinum, aut ad reliquas corporis partes appellit: quæ quidem pars secunda sanguinis, ut prima, tantum uno quoque circuitu eorū ipsum fœtus adit, uti universa sanguinis massa in testudine: sed pars sanguinis tertii quæ per aortam excurrit, tantum itineris in fœtu conficit, quantum universus sanguis in homine, qui in unaquaque circulatione ad cor bis revolvitur: primum cum vena cava sanguinem in dextrum ventriculum exonerat, deinde cum venæ pulmonum eam sanguinis portionem in sinum cordis sinistrum deferunt. Hinc eorū fœtus debilior est quam ut circularem sanguinis motum tamdiu citra respirationem continuet, quamdiu testudo ipsa: etiā foramen ovale & canalis in utrisque iter sanguinis brevius & facilius efficiant, quam in adulto homine. Præterea eadem molles sanguinis in fœtu à corde pellit, quæ in nato homine, corporis proportione servata eandem celeritatem huic impetrat debet, vires inter duos cordis ventriculos divisæ sunt, ut in heminis corde; neque adeo fœtus comed temporis spatio potest respiratione privari, ac testudo ipsa, cujus cor minus sanguinis protinus, & minori celeritate, cujus demum vites in unum magis collectæ sunt quam in fœtu,

Hæc sane si minus vera, qua de te meam sententiam non interpono, certè vero proxima videntur.

Quemadmodum & id ipsum quod in calce suæ dissertationis subjicit, nimis ob easdem rationes in fœtus jecinote canalem communicationis inter vñæ cavæ truncum inferiorem, & truncum venæ portæ à naturæ officie aptatum fuisse, quò sanguis facilitior & breviori via trahiciatur, qui alioqui non satis virium haberet, qui ex vena umbilicali per ramos venæ portæ hepatis glandulas, & dispersos in eo viscere ramulos ad eorū pervenire.

Interjectis aliquot diebus aliud à se factum experimentum subjecit D. Merci, ligata nimirum vñæ cavâ, & aorta asperam arteriam perflavit, tum que aët subiit auriculas cordis.

De variis actum est remedii: inter alia D. Dodart, qua ratione urinæ supplicio à D. Joubert curata fuerit, nos edocuit: nempe vesica supra os pubis pertusa fuit. Idem quoque admonuit arthriticos dolores à non-neminē sedari, patenti affectam urticis verberando. Idem in morsibus canum rabidorum ait sanguinem exprimi oportere è vulnera, aqua falsa perfundi sepius, nec vulnus ligandum. aut obducendum: aqua vero facile, quantum capere potest, imbuatur.

Adversus viperatum & venenatuum animalium morsus salem communem utiliter adhibet posse ex eo colligebat D. De la Hire, quod in suis de vipers experimentis asserit D. Charas, multos olim salem communem sub specie salis vipers vendidisse: nisi enim aliquos juvalset, id remedii genus brevi infamatum fuisset: illud quoque non inutile furorum judicabat, si suðio flammæ adhiberetur, quò venenum foras prodiret, nec in-

ANN. 1695. *tus penetraret: id enim s̄epius fuit experientia comptobatum viperæ venenum exsuctum nihil nocere, contra atque evenit in mortu serpentum in Antillis: sed venatores præmissa scarificatione pulverem pyritum in isto vulnera accendunt, uti ex D. Blondel accepimus, & supra jam innuimus.*

C A P U T V I I.

De rebus Geometricis, Mechanicis, & Hydrostaticis.

I. **H**ec utique summatis attingimus, quæ partim in Tabulariis Academiarum sunt descripta, suis quæque temporibus vulganda, partim jam sunt edita, illa in primis quæ vir nobilissimus D. Marchio de l'Hôpital de analysi quantitatum quæ indefinitè sunt parva, publici juris fecit, quæque ab exercitatis in hac scientia sunt admodum apta: persuasum id habent ex hac demonstrandi ratione Geometriam mirum in modum auctum iti.

Junio mense idem D. Marchio de l'Hôpital novum theorema demonstravit circa quadraturam Cycloïdum, quatum bases sunt arcus circuli, siue punctum describens extra, sive intra circumferentiam circuli mobilis possumt sit.

Mense Martio D. Rolle methodum exposuit qua fractionum exponentes in Algebra evanescant.

II. Die 13 mensis Aprilis P. Nicolaus Societatis Jesu Tractatum Geometricum ad Academiam misit, ubi duo theorematata reliquit inquitenda: paucis post diebus illa demonstravit D. Varignon. Ante aliquot hebdomadas quadraturam curvæ sinusosæ demonstraverat, cujus ordinatio ad diametrum sunt obliquæ. Hujus figuræ descriptio ab ellipsois formatione pendet: demonstratio tamen à quadratura ellipsois non pendet. Idem demonstravit rectificationem, seu integræ, seu partium, quibus constat linea, quam Cycloïdis vulgaris sociam vocant. Brevis post inducias tempore generali methodum proculis, qua centrales vires omnes habeantur, quibus genitus omnne curvarum continetur, quas D. Hugens centrifugas, & D. Newton centripetas appellantur. Quod fundamentum est principium Philosophie naturalis ab iis exposita.

III. Interjectis aliquot diebus demonstrata ab eo fuit rectificatio; ut loquuntur, seu longitudo & quadratura evolutæ Cycloïdis: eo modo descriptæ, quem D. Hugens tradidit, item rectificatio, & quadratura indefinita omnium Cycloïdum, quarum bases sunt circulaires, quæcumque ponatur inter punctum eas describens, & centrum circuli mobilis distantia.

Nec multo post tempore evolutiones omnium spiralium cuiusque generis demonstravit, idque ostendit omnes evolvi in parabolas uno tantum gradu sublimiores. Paulò ante proposuerat novum methodum omnibus rectificationibus, & quadraturis indehincis accommodatum.

IV. D. De la Hire propositionem generalem de sectionibus solidorum Pyramidalium demonstravit. Sed

Sed in Operc suo de Mechanicis hoc vertente anno is potissimum ver- *Geom.*
satus est. Theoremat & problemata , quæ ad hanc Matheſeos pittē non
ignobilem & uſu præcipuum ſpectant, ſingillatim expoſit, & demonſtra-
vit. Et quidem ad annum 1675 illud à nobis annotatum fuit, Domino Col-
bert id cordi imprimis fuſſe, ut in hoc opus generi humano, ſi quid aliud
utile, Academici incumberent. Idque à multis tentatum & incēptum fuit,
quorum tentamina ſuo loco non omiſſimus. Hoc iſpum videtur præſtigile
D. De la Hirr in hoc opere, quod eodem hoc anno publici juriſ fecit ;
partes quippe omnes Mechanics, cūm ad artes , tum ad Physicas diſci-
plinas magis neceſſarias ſic complectitur, ut nihil pene ſpeculatione di-
gnum , aut utilitate ipſi præcipuum videatur omiſſum.

V. Exeunte Mense Januario D. d'Alſme, cuius identidem mentionem
fecimus, typum exhibuit pontis versatilis, qui ſilicet attollitur, & depri-
mitur : ingenioſe excogitatus, neque iſdem vitiis obnoxius viſus eſt, qui-
bus alii hujus generis pontes. Formam hujus pontis delineavit D. de la Hirr.

V I. Mense Februario cūm D. Galloys à D. Vauignon id poſtularet, ut
plani inclinati preſſionem , cūm direcțio eſt plano parallelā, d. moſtraret , id in omnibus , quæ excogitati poſſunt directe onibz ab eo fuit de-
monſtratum, ſimul oſtentum quid ea in re pccatiſt Cateſis.

VII. Mente Martio riuine idem demonſtravit, qua propoſitione ra-
dius Sphæræ per ſuum gravitatis centrum diuiſatur , juxta hypothēſim vul-
go receptam , qua pondere directiones in terra centrum concurtere ſatu-
tur. Idem mense Aprili velocitatem aquatum in ſubire ſilicium eſſe
ut radices altitudinum demonſtravit. Hoc unique eſt quid si primum Luius
Scientia, que circa motum aq. atum veſtatur, principium , quod ruiſquam
demonſtratum fuſſe exiſt mit, fed experientia trahit modo coſtructum :
adeo ut inter principia ab omnibus coſtruiatur. N.c tamen illius ra-
tio admodum eſt recondita , ſed ſimilitudo ipſa hujus velocitatis cum
ea quæ accelerato lapſu aq. eſt, ab ipſa fonte ſup. ſicie ad tubi ori-
ſificium uſque inēſt, ab inuſtione hujus rationis enīs deterruit : quid
eam ut effectum hujus accelerationis in oculis labuerint, atque hac una
viā rationem hujus proportionis quaſierint, que ut natura ſit conſentanea,
forte tamen non eſt genuina; nec tuta ipius natura via. Itaque ad actio-
niuſ adverbit, quis ſit aquæ motu ſe tubo exuniſſ; cumque aqua in om-
ni ſua longitudine continuatatem ſuam tueatur, cur tuuimo loco eſt, ea-
dem celeritate deſcendit, atque ea que in hmo i. loco eſt poſta, nullam
adeo eſſe in tubo ipſo accelerationem. Quocirca aquæ non eſt tubo ſolūm,
fed ex omni alio vase æquabili motu exiſt in ipſo ſui lapsu initio, atque
in medio , quādū in eadem manet altitudine.

Piſcepta hic motu æquabilitate , principii de quo agitur , rationem ex
motuum æquabilitate deduxit , cumque demonſtratam inverit in Cor.
21. regulæ generalis, quam in Actis 31 Decembris anno 1692 vulgavit;
que enim ex Coroll 29 nullo negotio crui potest. Sed nihil neceſſe eſt ge-
neralem illam adire regulam : id enim ſatis notum eſt cauſas ſuis effectis
eſte accommodatas, atque adeo motuum quantitates motricibus viribus in
eadem proſuſ ratione respondere.

ANN. Sint igitur duæ columnæ aquæ A F, C F; exitus aquæ sit in G, vi-
1695. res motrices sunt columnarum pondera, aut pressiones: quantitates mo-
tuum, quos pressiones efficiunt, sunt in ratione quantitatis aquæ in tem-
poribus æqualibus effluentis, multiplicataæ per suam cujusque velocitatem,
seu in ratione composita ex unaquaque mole aquæ & celeritatis. Quamob-



rem columnarum A F, & C F pondera, seu columnæ ipsæ sunt in ra-
tione composita quantitatis aquarum, quæ æqualibus excent temporibus per
foramen G, & velocitatis earum leui aquæ quantitatum: cum autem ra-
tiones componentes sint æquales, liquidem quantitates aquæ sunt inter se,
ut velocitates, quibus è tubo A F effluunt, palam est rationem composi-
tam fore ut utriusque quadratum; ergo columnæ aquæ A F, & C F,
aut quod eodem recidit, altitudines A E, & C E, erunt inter se ut qua-
drata aut molis, aut celeritatis: ac propterea, vel moles aquæ, vel ve-
locitates, aut potius utraq[ue] eam inter se habebunt rationem, quam radic-
es A E, & C E superficie aquæ supra foramen, per quod aqua effluit.

VIII. Mense Julio lineam curvam ostendit, quam describit corpus gra-
ve descendens motu æquabili ratione habita horizontis, ad quem æquis tem-
poribus æqualiter accedit.

C A P U T VIII.

De Rebus Astronomicis.

I. **E**xente anno superiori D. Maraldi scriptum legit de fixarum appa-
reni magnitudine, quæ diversis temporibus mutari visa est: hujus
dissertationis hæc est summa.

Præter eas quæ à recentiotoribus Astronomis sunt observataæ insigues stella-
rum mutationes, quibus ita augentur, aut minuantur, ut visus aciem pen-
itus fugiant, (cujus generis sunt stella in collo Ceti, & dux in Cygno,)

complures ab eo sunt observatae, quarum apparenſis magnitudo non medio criter aucta est, vel imminuta. Quæ sita est in Sagittarii tibia ſinistra, & nomine praecedit, à Bayero tertiae magnitudinis eſt designata: anno 1671 inter ſellas ſextæ magnitudinis viſa eſt; anno 1676 major apparuit, ut in tertio ordine à D. Hallay notata fuſt; anno 1692 vix eam potuit conſpicere D. Maraldi: annis 1693 & 94 ea quartæ magnitudinis apparuit.

II. Complures alias in eadem conſtellatione deſignat, quarum apparenſes magnitudines multum ab iis quæ in tabulis & chartis ſunt notatae, diſſident. Hujus generis eſt illa, quæ in dextro ſagittarii brachio luet, quim D. Hallay in tertio ponit ordine, quæque multum eſt imminuta. Que erat in femore, nunc viſum planè fugit.

Eadem eſt ratio extremæ ſtellæ in ſerpentis cauda, quam Tycho & Bayerus in tertia claſſe poſuerunt: hanc D. Montanari ad quintam revocavit claſſem: ſed aucta eſt annis conſequentiibus.

III. Quasdam in Serpentario notarunt ſtellæ, quatum mutata eſt magnitudo, imo quæ iam evanuerunt, ut quæ in praecedenti pede videbatur, à Montanarii temporibus ad hunc uique annum ſui copiam non facit. In Leonis conſtellatione quæ eſt undecima, anno 1667 à Montanario viſa eſt, cum ante penitus extincta videatur. D. Maraldi abhinc triennio eam conſpexit, ſed minutam admodum. Daodeima à Tychone & Bayero in quaſta claſſe reponitur: vix ſub oculos adiebat anno 1693. Quæ ſextæ magnitudinis notata eſt, non amplius eſt viſibilis, ſed octo huic finitimæ certiſſuntur, quæ de uī catalogo & chartis.

IV. Iuſt à D. Kirchio fuit obſervatum anno 1686 vigiſimam quaſtam Cygni, quæ à Bayero ut quinque magnitudinis deſignatur, augii & miiani iofit ejus, quæ eſt in collo Ceti: nullam in ea mutationem potuit animadvertere D. Maraldi anno 1692: tcd mense Julio anni 694, nullum ejus ſtellæ uisum extibat, utque ad accūmum quinque hujus mēſis diem, cum illam priuū vidit.

V. Quæ verente hoc anno circa illam ſtellam Cygni à D. Maraldi fuerunt obſervata, & Mense Novembri in Academia lecta, ea ſunt ſpeculatione digna, neque à nobis ſi entio pia eterrita. Primum illud piaefatur in ſuā diſſertatione vix ullam in caelo eſſe conſtellationem, cui aliquia mutatio ab ineunte hoc ſeculo ad hunc uisque annum non acciderit. In ſola Cygni conſtellatione tres, eaque inſigues viſe ſunt: nam præter duas illas pectoris, & capitis ſtellas adeo celebratas, quæ ſepiuſ ſui copiam fecere, & idemtideum evanuerunt, adeo ut rediū ſui periodus certa ratio ne definiſſu non potuerit, tertia quaedam eſt in collo ejusdem Aſterismi à D. Kirchio paucis abhinc annis deprehensa, quæ unoquoque anno per aliquid mēſis in conſpectum venit, tum fugit oculorum aciem. Anno ſuperiōri mense Julio eam vidit D. Maraldi ea fere magnitudine, quæ in tabulis Bayeti & Royeri deſignatur, ac die 15 Julii altitudinem ejus meridianam 73 gr. 21, 30 invenit, quod quidem hoc anno novis obſervationibus conſirmavit. Cum eam ſtellam excunte Auguſto anni 1694 quæ ſuſtiter, deprehendere illam nullo modo potuit, adeo ut illa ſe oculis ſubduxit eo temporiſ intervallo, quo inter Julii 15 diem, & Auguſti 15

ANN. nem interjacet: neque in conspectum venit, nisi die 30 Julii hujus anni 1695; tum vero ita mole imminuta visa est, ut vix iudicis oculis aspici posset: sed brevi post tempore lumine aucta est: nam die 12 Augusti ut stella sextæ magnitudinis; die 10 jam stellas vicinas quinti ordinis splendore suo æquabat, eaque ad tricelimum usque diem paulatim aucta est: die 9 Septembris non nihil imminuta, ac sensim deinceps decrescente visa est: ita ut circa 16 Octobris aspectui se omnino subduxerit.

Itaque ex variis observationibus id liquet, die ultimo Augusti ad apicem sue claritatis venisse. Quod si illæ observationes cum usque à Kirchho factæ sunt, conferantur, periodus variationum eis f. m. 13 mensium, cum periodus stellæ Ceti sit 11 mensium, & paulo amplius: ita ut phasis maxima stellæ Cygni singulis annis tantumdem recidetur, quantum stella Ceti solet in unaquaque periodo per 4 mensies in conspectum venire: cum stella Cygni hoc anno spatio duorum mensium cum semissæ visibilis fuerit. Utraque stella citius augetur, quam minuitur: nam intra 13 dies à 30 Julii ad 12 usque Augusti tantumdem aucta est, quantum per 26 dies fuit imminuta; nempe roridem numerantur dies à 19 Septembris, quo stellas quintæ magnitudinis æquabat, usque ad 15 Octobris, quo videri debet.

V I. Quæ in stella Cygni variationes contigerunt, minus erant sensibiles, quam quæ in stella Ceti cernuntur: hæc enim stellas tertii ordinis plerumque assequitur, cum stella Cygni vix æquet stellas quinti ordinis. Complutes interdum anni labuntur, quibus stella Ceti in conspectum non venit: cum enim phasis illius maxima mensibus Aprilis & Junio & Julio contingit, tum radiis solariis obruitur: sed stella Cygni etiam in sua cum Sole conjugatione quatuor horis ab occasu Soris persistat super horizontem. Unde quantum conspicit poterit, & faciliter dijudicari, utrum apparet illius magnitudo, tempus quo in conspectum possum venit, ac periodus ipsa eadem subeant variationes, quæ in stella Ceti se produnt. Quæ, ut videtur D. Maraldi, vix explicari quæ per revolutionem corporis sphærici partim lucidi, partim obscuri circa proprium axem: nisi superficies eorum corporum magnas & Physicas subeant mutationes.

V II. Id quoque testatur D. Montanati stellam locidiorum Medusæ diversis annis varia esse magnitudinis: nullam pene in ea mutationem potuit advertere D. Maraldi annis 1692 & 93. Sed anno 1694 aucta est & imminuta insigniter, modo quarti, modo tertii, modo secundi ordinis stella apparuit.

Quæ auriculæ dextræ majoris Canis affixa est stella, à Tychone & Bayero tertiae magnitudinis statuitur: ex observationibus Mertinarii anno 1670 non erat amplius visibilis; annis 1692 & 93 ut stella quarti ordinis videbitur. In eadem constellatione quatuor sunt novæ à Montanatio reportæ, quæ in catalogo Bayeri desiderantur. Idem Montanarius anno 1690 stellas 31 & 32 magnæ Navis evanuisse comperit, neque eas videre potuit D. Maraldi.

In constellatione Andromedæ, quæ littera, A, à Bayero signatur, &

evanuerat, ex observationibus D. Cassini sui copiam fecit, atque ibi re-Astro-
centes visuntur. Idem anno 1671 quinque novas in Cassiopea conflexit, nomica
quarum duæ adhuc extant, tribus reliquis extinctis: sed tres novæ sexti
ordinis ibi visuntur.

VIII. Complures alias D. Maraldi, easque recentes in aliis Asterismis
obseruavit, quas in hoc scripto designat. Ac pleraque ejus generis mutationes
in viâ lacteâ contigerunt, quas accurate designat: duæ navis extinctoriae.
Quæ sita est in Canis auticula, Medusæ itidem stellæ sunt mutationibus obnoxia; nova Cassiopea à Tychone obseruata, tres Cygni
stellæ, quæ saepius sub conspectu venerunt, & è conspectu nostro evo-
larunt, ac deinceps memoratae stellæ in Sciente & Serpentario, nova à
Keplerio in tibiâ Serpentarii visa, hæc, inquam, omnes viâ lactea conti-
nentur.

IX. D. Maraldi die 12 Februarii Epistolam legit D. Cassini datam
Bononiæ 26 Januarii. In ea quidem Epistola lincæ Meridianæ, quam in
Ecclesia S. Petronii olim delineaverat, positionem à se exploratam com-
memorat. Id enim placuit experiri an forte per 40 annos aliquid mutationis
accidisset. Ex Solis altitudine ante & post meridiem simpta punctum
ipsum mediæ diei eo ipso momento, quo Solis centrum hanc lineam atti-
git meridianam, invenit. Id ipsi perjucundum fuit, quod manifestè hinc
liqueret 40 annorum spatio nullam variationem accidisse. Non eadem occurrunt
evidentia in examine lincæ meridianæ à Tychone olim Vraniburgi
designatae, quam D. Picard multum diversam à vera invenit: adeo ut dubitaverit an potius discrimin illud Tychonis obseruationibus, quam ulli quæ
acciderit variationi esset tribuenda.

X. Quod ad situm ejus lincæ meridianæ horizontalis spectat, id com-
perit D. Cassini, duo ejus lincæ extrema, & loca in quibus Äquinoctia,
& solstitia sunt designata, ad eandem libellam circa ullam mutationem esse
posita: sed in iis locis, quæ columnis fornici sustentibus sunt finiti-
mi, id deprehendit meridianam tribus lineis infra libellam esse depresso,
quasi pavimentum ab ipsis columnis, quæ tamen sunt vetustissimæ, præsum
fuerint. Nam murus, qui ex uno latere fornici tangit, nunc à fornice
multo amplius divellitur, quam sit linea meridianæ depressione. Ex quibus
illud efficitur, non penitus credendum ædificiorum, firmitati, ubi
de Astronomicis obseruationibus agitur, sed certis temporibus eas renovari
oportere.

XI. Cum de reformato orbis terreni chartâ universali mensis Fe-
bruarii die 9 ageretur, D. De la Hite id sibi persuasum aiebat Lutetiam à
primo meridiano non amplius, quam gradibus 20 3 min. distare. Siquidem
ex obseruationibus in Goræ factis id competitum fuit Lutetiam ab ea 19
tanum gradibus ad ortum removeri. Cumque hæc insula respectu insulæ
Di ferro ubi primus meridianus constituitur, à Septentrione in Austrum
penè dirigatur, non amplius quam unus gradus cum 30 min. longitudinis
inter utramque insulam intercipitur.

XII. Die 17 Decembris D. Maraldi legit obseruationes factas à D.
Cassini Bononiæ, & à D. Chazelles Massiliæ postremæ eclipses, quæ

ANN. 20 Novembri contigit : ex quibus conclusiones suas eruit. Hujus eclipsis
1695. itum ex tabulis D. Le Fevre fuit Lutetiae hora sexta 8, 43 medium 7
hora, 21, 46; finis 8 hora, 35, 28; duratio 2 hora, 27, 24; magni-
tudo digitorum 5. 12.

C A P U T I X.

De Dioptrica & Architectura.

I. **N**on aliud magis siderum scientiam nostra ætate promovit, quam telescopia ex 2 vittis convexis composita, de quorum origine & usu dissertationem è scripto legit D. De la Hire, simul & quâ ratione ad observationes Astronomicas facilius adhibeantur, exposuit.

Illud imprimis advertit P. Antonium Mariam Schulerum de Rhei Ordinis Capucinorum primum omnium parallelo telescopium cum oculati convexo. Libellum ea de re edidit, cui hic titulus praefixus est, *Oculus Enoch & Eliae*. Majora quidem telescopia vix ullius celeritatis usûs in siderum observationibus, nisi hoc illis accesserit præstium. Cum enim oculare cavaum aptatur tubo vel sex pedes longo, pars rei objectæ adeo parva detegitur, ut planeta vix à stella secerri queat; ocularia vero convexa amplius spatium retegunt: adeo ut longè facilius sit objecta quæque contueri.

II. Cum autem vitra objectiva ea ratione augeri possint, quâ ocularia focum habent longius productum, & spatium conspectum oculatis magnitudini respondeat, idem spatum per longiores tubos licet intueri, quod per minores, si materia præstò esset majoribus oculibus parandis idonea. Sed res non ita se habet, cum ocularia cava adhibentur: nam spatii determinatio ab objectivi vitri apertura pendet, quæ hoc magis immunit spatum comprehensum, quo longius ab oculati distat vitrum objectivum. Neque hoc dispendium pensari potest vel à maiori viti objectivi apertura, vel à minori viti ocularis cavitate, ita ut effectus ipse longius in tubi respondeat.

2. Ut casu quodam fortuito in prima tubi optici inventione convexum vitrum cavo adjunctum fuit, sic admodum verisimile est duo vitra convexa à P. Rhei tubo aptata casu quodam non ex certo consilio: nam ipse per parum commodi hinc cepit: cum tubi 30 aut 40 pedum ex ea quam prescribit regula, rei objectæ non magis augent imaginem, quam tubi usitati 4 pedum.

3. Quamobrem in tubis majoribus uberioris tantum lucis lucrum fecit, quæ in sideribus contuendis non est adeo necessaria. Is tamen rei per minoribus tubos conspectæ majorem quoque speciem esse perspicuum habebat, quam ubi per minorem tubum eam cerniebat, quod luce perfusa esset majore. Neque enim ex Dioptrices regulis perpendiculariter, quas locis oculatum praescribit mensuras, ubi cum sociis objectivorum comparantur, rerum objectatum species in majoribus tubis non augeri magis quam in minoribus tubis.

Tabulam pertexuit illius proportionis, quam statuit inter utriusque vitri Dioptricos, quæ semper eadem est a 2 partibus ad 40 usque. Pedem in 100 *perica* partes tribuit, telescopio 40 pedum ocularis foco unum assignat pedem: cum objectivi focus à vitro distat 20 pedes, ocularis foco tribuit pedis semiſsem, & ita deinceps.

4. Nondum ei perspecta erat hæc Dioptrices regula, imaginis augmentum datis utriusque vitri focus haberi facile posse, cum foci objectivi distantia à vitro, per ocularis foci à suo vitro distantiam dividitur: quotiens enim exhibet quantum res objecta major appareat, quām naturalis, quæ scilicet nudis oculis conspicitur.

5 Quod si objectiva vitra, quibus P. Rheita utebatur, ocularia convexiora, aut fortiora, ut vocant, non admittabant, quam ea ipsa, quæ in ejus tubulis describuntur, hæc certè etant nostris longè inferiora. Nam objectivum cuius focus est sex pedum, oculare admittit trium pollicum, quod imaginem 57 majorem efficit. Quod si focus ocularis esset sex pollicum, imago esset tantum 45 m. j. naturali, & parum excederet proportionem à P. Rheita ubique constitutam, qua res objecta major quadragies cernitur. Sed quæ nunc adhibentur vitra objectiva 25 pedum cum ocularis foco 3 digitorum faciè conjunguntur, & rerum imagines centies maiores efficiunt.

I. Id tamen est incommodi in vittis convexis, ut sidera non facile eorum ope deprehendi possint, si Solem & Lunam excepitis. Qui enim radii imaginem rei objectæ & in foco depingunt, in angustiori spatio contractam ex oculari vitro excunt fere paralleli, iisque pupillam oculi subite debent, ut obj. & speciem in fundo oculi delineent. Sola autem utriusque vitri dispositio in locum ipsum radii nos ducit, & quo in loco oculus sit ponendus indicat. Ac sàpè is locus queritur, nec facile inveniuntur ob angustam pupillæ aperturam. Accedit illud quoque in tubis longioribus, quæ in foco est rei objectæ imago, brevi temporis spatio magnum iter conficit, & prior in locum, ubi eam positam fuisse judicatum fuerat, cito defecit, sive que visus arietem eludit. Cum duo vitra in eundem includuntur tubum, hic oculum ipsum dirigit, ut eo in loco sistatur, in quam radiosæ objecti species incurrit.

IV. At vero cum focus longius à vitro distat, quām ut tubis adhiberi queat, ac de nocte sunt faciendæ observationes, tum res est majoris operæ. Id enim cavendum est ut astrum ipsum una cum vitro objectivo, & oculari, quod manu regendum est, in eadem rectâ collocentur. Id quidem difficile admodum est, quod vitrum objectivum ægide percipiatur. Optima autem inveniendi sideris ea est ratio, ut charta candida in loco foci collocetur, atque ibi lucida sideris imago queratur: hæc vero satis clara noctu apparebit. Tum id statim efficiendum, ut imago ipsa in medium ocularis vitri incidat, quo oculus illam percipiat. Quod utique vix fieri potest, nisi adsit aliquis, qui oculare vitrum ni loco imaginis collocet, dum observator per vitrum eam intuetur.

Non possum hoc loco silentio prætermittere præclarum, & si quid aliud est in Dioptrica utile inventum, quod D. Homberg incunis anno

ANN. 1692 cum Academia communicavit: quod quidem vir doctus & industrius
1693. atque inter eruditos notissimus, ut proprium tum temporis sibi vindicabat.

Sed illud accidit, quod in limine hujus Operis sepe evenire diximus, & præsertim hac ætate, cum viri eruditæ in perficiendis artibus summo studio elaborant, ut eadem plures excogitent, ac plerique ea sint mentis celeritate, & ingenii solertia ut leviter admoniti artificium omne alicujus machinæ, aut quodvis aliud inventum statim percipiant. Quin etiam illam, de qua mox dictui sumus, longiora Telecopia perficiendi rationem Clariss. Viris D. D. Hugenio, Campani, & Borello Academæ Socio, & in Chymicis versatissimo, quiq[ue] ante aliquot annos è vita dicesset, non incognitam fuisse justa est suspicio. Nam D. Borellus magna facilitate vi-
tra objectiva cujuscumque magnitudinis elaborabat arcarii cui tenax: verum ad rem ipsam veniamus.

Hoc factu difficultimum semper visem fuit vitra objectiva, quæ focos longius proferunt, expolire, propter ea quod typi, seu lances, aut disci, aut quocumque alio donentur vocabulo, vasa illa paululum devexa, in quibus vitra elaborantur, & poliuntur, è metallo confitata majoribus vitris ex-
poliendis apta vix effici possint. Quare illud in mentem venit D. Hom-
berg an sitius foret typum vitreum sic adhibere, ut objectum vnum typo suo
vulgo *Bassin*, idoneam præberet figuram eo ipso tempore, quo à typo
suo formatur: ac res bene processit.

Vitrum idque purum à bellulis seu lacrymis & venis feligendum ejus
magnitudinis & densitatis, quæ fini proposito respondeat, rotundari id de-
bet, priusquam poliatur, breviori ligni truci agglutinatum oportet. Tum aliud vitri frustum sumendum est, unius aut circiter digiti crassitudine, qua-
tuor aut quinque latius priori, idque itidem rotundatum.

Vitrum ligni trunco affixum expolitur & deteritur ab eo quod majus est,
& mobile, quodque priori superpositum in orbem circumgitur. Quam in
rem Smuidis, v. *Emeril*, pulvere utendum, non arena quantumvis dura.

Neque necesse est huic posteriori vitio velut n[on] a ultro quoddam adhi-
bere, cum manu sola, eaque aliquantum in midente tractari facile posset.

Quo quidem modo vitrum mobile alteri impositum. & diu circumactum
excavatur, dum vitrum alterum fixum sit convexum, & eo magis, quo
dantis vitrum mobile agitatur. Cum optatam adeptum fucit convexitatem,
quæque ex usu potius quam ex certis regulis innotescit, tum è triun-
co cui affixum erat, avellitur, vitio concavo in illius locum substituto.
In eo postea convexum vitrum expolitur & perficitur more usitato: nam
vitrum concavum deinceps typus erit, seu discus.

Jam ut vitri recens elaborati focus dignosci queat, id alteri vitro cuius
focus notus est, ex. gr. 50 pedum erit illigandum, ut radios Solares simili
excipiant. Quod si utrumque vitrum focus projicit, v. gr. 40 pedum, fo-
cus vitri cogniti 50 pedum dividatur per utrumque foci differentiam, ni-
mirum per 10, tumque prodibunt quinque, hæc multiplicata per 40, ef-
ficient 200. Itaque focus vitri recens expoliti 200 pedum futurus est.

V. Sed ut redeamus, unde egressi sumus, qua ratione observator solus
id exequi possit, ut oculare vitrum in loco imaginis collocet, D. De la

Hinc , quod ne longiores simus , nunc prætermittimus : præterquam *Diop-*
res digna nobis videtur , quæ ab Autore ipso publici juris habet , tametsi *tricæ*.
 circa machinam vitrum minus operosè dñigi & sibi posse idem existimat ,
 & modum , quo id perfici queat paucis exponit.

V I. Sub finem hujus anni D. De la Hire problema Architectura im-
 primis utile proposuit , qua arte possint majorcs columnæ e variis lapidibus
 conflati , ubi commissuræ non appareant , nec minus sumæ sint , & ad diu-
 turritatem stibiles , quam si essent ex uno eodemque lapide formitæ. Id
 quippe in magnis ædificijs difficultimum semper visum est , columnas ex
 eadem materia strucere : quæ autem sunt ex variis , ut loquuntur , tym-
 panis , v. Tambours , sic coagmentatae , ut alia aliis superposita per axem
 ferreum , qui medium pertransit columnam , inter se devinetantur , id præter
 cetera habent incommodi , quod ferum tubiginem contrahat , hinc lapides
 quantumvis crassi dissiliunt , & ædificia complura non alia ex causa sapient
 fatiscent , quam ex ferro , quod ipsis ædificijs adhiberi solet. Accedit illud
 quoque pluviam per juncturas lapidum subire , herbas & arbusta in iis ra-
 dices agere , quæ crassiores factæ nisi continuo satis habent virtutem , ut lapi-
 dum commissuras disrumpant , eosque suis locis dimovent.

Illud quidem negari non potest , quin in plerisque lapidicinis occurrant
 lapides satis magni , ut ex iis columnæ fiant : sed ejusmodi lapides gelu
 ipsum non ferunt , & in folia diducuntur , cum extra nativum solum effe-
 runtur , ac demum id raro evenit ut tatis densitatis habeant crassioribus ce-
 lumnis efficiendis.

Nonnulli Architecti in Gallia , quò iis mederentur incommodis , com-
 plures lapides sic unà compogetunt in columnarum formam , ut juncturæ
 incipiunt subeentes iis in locis ponerentur , quæ aspectui minùs esse et ex-
 posicæ. Sed experimento compertum fuit columnas ex tot fractis , inque
 tenuioribus compogetas non satis esse solidas , quæ ædificiorum structuræ
 sine periculo adhibeantur , nisi forte iis in locis , ubi nihil oneris est susti-
 nendum. Rationibus omnibus subductis existimavit D. De la Hire ad tym-
 panum omni redendum esse , quæ ita sibi mutuò jungi opporteat , ut ea-
 dem sit eorum soliditas , ac si unus & idem esset lapis , nec eorum junctu-
 ræ apparcant.

V II. Quod ad commissuras attinet , sunt quedam in Gallia ædificia ,
 eaque spæcia , in quibus lapides proximè sibi citia alienatum adharet-
 sunt. Ac hec ea sint peranqua , in iis tamen juncturæ vix percipiun-
 tur. His exemplis adductus D. Perrault , qui in Architectura , ut in
 aliis artibus & disciplinis promovendis magnâ cum laude versatus est.
 At cum triumphalem juſſū Regis Invictissimi prope S. Antonii subur-
 bioum castrense cœperat , lapides per instrumenta , ut mons est , aliis ex-
 cipiendis parati , & dolauo saxeo pulvere aqua permisso conspeignuntur ;
 superpositi lapides huc illuc moti , & idenidem aqua perfusi , dum am-
 bo lapides sibi mutuò aptati , perparum aquæ relinquent inter lapides
 intercœ , quâ paulatim exhalata , arctius sibi mutuò sic cohærent , ut
 divelli facilè non possint. Hac quidem ratione lapides sibi mutuò aptan-
 dos cœset D. De la Hire : sed alium quoque excogitavit modum , quo

ANN. 1696. facilior esset attitus lapidum, nimirum si cuiusque lapidis superioris pars extima in eori formam affligeret, ita ut apex coni supra basim quinta aut sexta tantum patre basis ipsius extaret & conum superpositi lapidis exciperet pars subjici lapidis excavata.

Ea quidem ratione singula tympana sibi mutuò sic aptarentur, ut circa axem queque suum verticentur, nec opus esset ferro, aut alio metallo instar tertuminis, ac demum non alio motu agerentur lapides, quam motu in orbem. Sic tympana solius figuræ ope sibi invicem aetere cohererent. Aqua cum pulvere taxeo, vulgo, *Du Gras*, in ipso attitu parvos circulos, quasi ut eidem canaliculos formaret, quorum alii alios exciperent, & compaginem efficerent firmotem. Licebit etiam postquam bene erunt compositi, aquam solam infundere, quæ pulvorem saxeum abducit, priusquam tympana in suo suu sustantur. Accedit illud quoque commodum, quod in locis pluvia expositis aqua per commissuras subite vix poterit, quod illæ sursum tendant. Id demum est observandum, extremam tympanis manum imponi non oportet, nec quæ ad ornatum, & speciem exteriorem spectant, induci, priusquam columna integra absoluta fucit: tum enim figura idonea, & decor huic apponetur, quasi ex una & eadem constaret materia; quæ ratio vel ex eo est præferenda, quod tympana è lapidibus minus idoneis formata rejici facile possint; non item evenit in columnis ex eodem lapide factis; cum enim sint tari admodum, sepe iis, qualescumque sint, uti co-guntur Archiecti; & si quid iis acciderit cum eriguntur, & in locis suis collocantur, non ita facile abhiciuntur ut tympana, quæ cum leviora sint, patvo labore exiguntur.

Idem mense Julio admonuerat mortarium, seu arenatum citio indurescere, cum aqua diluitur, cui parum salis Amoniaci fuit admisum: sed de his, quæ penè sunt ab instituto aliena, satis multa.



SECTIO SEPTIMA.

De Actis Physicis anno 1696.

IN junctus nobis labor opinione nostrâ longius est productus. Nam Academiæ historiam jam ineunte anno 1692 mandare litteris jussi ad hunc usque annum profecte coacti sumus. Ante omnia quæ sunt Physicæ contemplationis, quæque hanc scientiam non mediocriter nostra ætate promoverunt, ea videlicet quæ ad pondus & elaterium ætis spectant, exequamur, tum de rebus Anatomicis, & Botanicis dicemus.

CAPUT PRIMUM.

De Pondere aëris.

I. **E**xunte mense Januatio D. De la Hire dissertationem de pondere aëris è scripto recitare incepit: nam ad plures congressus ob argumenti magnitudinem producta est. Ac primum quidem in ea dissertatione id obseruat nonnullis è veteribus Philosophis id persuasum fuisse gravem esse aëra, sed quæ esset ratio ponderis aëris ad aquæ pondus ante Galileum in mentem venisse nemini, ut experimentis hoc ipsum comprobaret. Omissis in hanc rem variis tentaminibus Galilei, Merenni Riccioli, Alphonsi Borelli, & aliotum quæ minus ipsa scum, & cum ratione convenienti, experimenta à D. Homberg anno 1683 coram nonnullis Academicis facta proponit, è quibus major hinc questioni lux afferti potest.

Globum vitreum & cavum, vulgo, *un Balon*, cuius circumferentia erat 43 pollicum, bilanci appendit; tum exhausto aëre in machina pneumatica, leviores cum invenit 10 drachmis, adeo ut pondus aëris ad aquæ pondus esset ut 1, ad 692. Facto illo globo, reratum fuit experimentum in globo altero, tumque aët levior visus est, ac ratio ejus ad aquam esse ut 1, ad 832. Qod si media quadam inter utrumque ratio sit incunda, hæc erit scie ut 1, ad 765.

II. Anno 1693 omnibus Academicis coram idem experimentum factum est in vase vitro, cuius capacitas erat 2 pedum $\frac{1}{2}$, quod exantato aëre levius 2 uncii & 4 granis visum est; atque hinc ratio aëris ad aquam, ut 1, ad 1087 conclusa fuit.

Quæ experimenta magnâ cautione facta id videntur evincere, eam inventi ponderis aëris methodum, licet omnium accuratissimam minus tam esse tutam, & certam.

In Biblioth ca universitati anni 1686 p. 479, ex dissertatione D. Halley in diario eruatorum Anglicano gravitatem aëris cum aquæ gravitate collatum esse ut 1 ad 800 ex variis experimentis in Angli sculis colligitur: ac si bene menuni, paulo majorem olim cum esse Londini, D. Boyle terperit, ope longioris vas, cuius aës in machina pneumatica exhaustus futur. Ex altitudine mercurii in tubo Toricelli, quæ sit ratio ponderis inter hydrargyrum, & aëra exploratum haberi posse docet eo loco D. De la Hie: qui obser. tio. à se f. etiæ Tchone in Provincia hanc in rem uitur.

III. Ad maris littorū hydrargyrum in tubo invenit altum 28 poll eos & 2 lineas: ante dies horas 11 venerat in vertice mortis cui nomen Clarus, altum 26 pollices 4 lineas $\frac{1}{2}$: mox supra mare aslurgit 257 hexapedas: ita ut 257 hexap. dæ differet iam 21 hr. $\frac{1}{2}$ efficiant in tubo, qualis tum erat aës in maris littore, & in montis illius cacumine, atque ideo inter utramque aëris nempe & hydrargyrii altitudinem ratio futura est ut 1 ad 10327 quæ erit reciproca ratio ponderum in eodem volumine aëris & mercurii. Ponamus autem Mercurii ad aquæ gravitatem in eodem volumine esse ut

ANN. 71 $\frac{1}{3}$ ad 5 $\frac{1}{3}$, hoc est ut 10327 ad 770. Ex iis efficitur aëris ad aquam ratio $\frac{1}{770}$
1696. nem esse ut 1, ad 770: cum utrimque æquales sunt moles aut volumina.

Quod si aëra aliquanto plus gravitate ponamus prope maris littora, quām in summo hujus montis vertice 257 hexap. dimidium hujus altitudinis sumi potest, numerum 130 hexap. vel circiter, ubi sic premitur, ut ponderet $\frac{1}{770}$ partis aquæ communis, qualis esse solet in Barometro, cum mercurius ad 27 pollices & $\frac{1}{4}$ sublatus est. Postremò ratio utriusque gravitatis, qualēm esse diximas ad montis altitudinem 50 hexap. supra maris horizontem determinati potest, ubi mercurius ad 27 pollices $\frac{1}{2}$ attollitur, quæ media est & vulgaris ejus altitudo. Circa medium montis elevum in tubo invenit 27 pollices $\frac{1}{4}$, cum frigidior esset aër eo in loco & serenus, temperatus in parte montis infima.

I V. Celebre illud experimentum, quod in monte Arverniae factum est, pondus aëris cum aquæ pondere collatum præbet in ratione 1 ad 845, sed eam proportionem minui oportere satis verisimile est: nam D. Perrier, qui hoc fecit experimentum, montis altitudinem non adeo sibi perspectam esse fatetur, vulgo eam æstimari ait 500 hexapedalium: ac forte ultia quadringentas hexapedas vix excutit. Nam præcessi loci altitudo plus æquo æstimari solet, ob varios itineris anfractus. Unde montis illius prope Telonem positi altitudinem saltem 400 hexapedatum esse opinabatur D. De la Hire, antequam eam esset dimensus.

V. Quæ à D. Cassini facta est observatio in monte, cui nomen nostra Domina à custodia, *Nostre Dame de la Garde*, cuius altitudo supra mare est 178 hexapedas, eam præbet proportionem aëris inter & aquam quæ est 1, ad 669: sed aër non erat eodem modo dispositus. Addit illud etiam D. De la Hire ex observationibus quæ sunt in locis parum altis, ut 30 aut 40 hexap. non adeo exactas elicere posse rationes inter aëris & aquæ pondera. Quæ tamen à D. De la Hire facta est Meudonii prope Lutetiam coram perillustri Abbatे de Louvois adeo fuit accurata, ut illius ratio quoddammodo habenda videatur.

V I. Idem argumentum mensē Martio cum esset agitatum, D. Homberg observationes legit suas circa ejusdem aëris diversa pondera, ut magis aut minus dilatatur aut comprimitur, penes diversos caloris gradus. Hujus scripti hoc est velut sumptuarium, duas esse præcipias aëris affectiones, quæ nunc temporis sunt extra omnem controversiam positæ, gravitatem nempe illius, & elatorem: pondus quidem ex ipso Barometro, elaterium cum ex aliis multis, tum ex scelopeto pneumatico demonstratur. Nec semper opus est syringe, aut embolo in comprimento aëte: sed variis caloris aut frigoris gradus id ipsum plerumque præflant: adeo ut aër nobis circumfusus magis prematur hieme, quām æstate, ac plus aëris certum quoddam spatiū, cuiusmodi est Sphaera vitrea, leviente hieme quām æstatis temporis occupet, ac globus ipse hiemis tempore gravior sit quām in æstu ferido, cum aëris magis dilatatur.

V II. Hec utique variis comprobatum fuit experimentis à D. Homberg factis. Globum vitreum cuius diameter erat 20 pollicum, vel circiter in machina pneumatica exinanivit æstatis tempore post 130 emboli itus & machin, tum bilanci appensus est: mox epistomio aperito, ut subiret aëris, redditus ad eandem lancem est appensus; tum vero duabus uncis cum se-herum

misse gravior inventus est , quām paulo antea cum aere esset destitutus. *Phyſi-*
Hiemis tempore idem globus totidem exantilationibus fuit exinanitus & ca.
in bilance positus , tumque duas uncias & sex drachmis ponderabat , le-
vior inventus , quām paulo antea.

Huic experimento aptè convenit cum altero olim citta machinam pneu-
maticam factò : globum vitreum , cuius diameter erat 17 pollicum in
vaporario , vulgo *un Poëſte* , servavit per hiemem acetrimam ; locus
erat calidior , ibi globum appendit bilanci , tum occluso epistomio , & in
cubiculum , ubi frigus acre fæviebat , translatum globum paululum levio-
rem invenit , quod in densiore aere minùs gravitaret : sed discrimen omni-
ne vix unius erat semidrachmæ : cum per duas horas eo in loco stetisset ,
aperto verticillo aët cum impetu subit globum , quasi in machina exinan-
itus fuisset : tum lanci impetus duas diachmas cum semisse lanci alteri
adjecit , ut fieret æquipondium : adeo ut aët trium circiter drachmarum
pondere subierit : nam semidrachmæ minùs in loco frigidore ponderabat .
Noluit in vaporario globum lanci appendere , ne forte nimium dilatatus aët
præ calore vas ipsum constringeret.

VIII. Cum Aprili mente de iis , qui in aquâ submersi post aliquot
dies emergunt , sermo haberetur , & causa hujus emersionis quæriteretur ,
hanc attulit D. Varignon , inclusum in corporibus aëtra premi arctius ,
& disruptis fibris evoluti . Id confirmatur ex eo , quod cadavera post ali-
quod prælium aëtri exposita intumescant , dum aët antea pressus se se ex-
plicat.

C A P U T II.


De elaterio aëris.

I. **A**TQUE hæc de aëris pondere : de ejusdem elaterio iisdem tempo-
ribus actum fuit , ubi de Atmosphæra altitudine quæsum est ,
quod argumentum à D. De la Hite , & D. Varignon non Physicè modo ,
sed & mechanicè tractatum fuit : per pauca è multis feliciter , ne ultra
quām pat sit longior sim.

Primum itaque id principii loco ponit D. De la Hire aëris particulas
magno elaterio esse præditas , easque graves esse , tum quæ ex duplice illa
affectione sequantur corollaria , ad leges mechanicas examinat.

Atque ut id omne clarum fiat & apertum , ponamus lineam A B multis
elateriis constare , quæ longitudinem hexapedæ unâ conficiant , cum libe-
ram habent extensionem , & ab omni pressione sunt libera. Sed ubi alia
aliis incumbunt , & inferiora premuntur à superioribus singula elateriæ
flectuntur , & contrahuntur in spatiis , quæ sunt in ratione reciprocæ oneris
superpositi ; idque est velut quoddam experientia principium.

Unde si elateria , quorum alia alii sunt superposita , suis donentur
ponderibus , iisque æqualibus , cum æqualia ponantur elateria : tum elater e d c ,



ratione elater c b a , & propria & duorum incumbentium gravitate flectetur in b , elater a z y in punto z , & suo & incumbente onore premetur ; sed supremum elaterium suo tantum pondere inflectetur. Quamobrem secundi distantia a z y dimidia pars V futura est : sic terti aperatura erit tercia pars primi & ita deinceps & usque in infinitum. Ac subinde regulam proponit D. De la Hire , quæ ad calculum tevocabi possit altitudo cuiusque linearè è variis elateriis constata.

II. Quam regulam dimetienda altitudini atmosphærae subtili quadam ratione applicat. Ponuntur enim particulae , quæque aeris ut elateria sua gravitate p̄æ sita , eaque ut inter se æqualia spectari possunt. Item accidet , si sint inæqualia , & partes ponderibus certa proportione respondeant. Jam vero ex barometro nota est ratio ejuslibet altitudinis , seu columnæ æris ad Mercurium tubo inclusum , & proportio atmosphærae al eam altitudinem , si altitudo integra mercurii in tubo suspensi per differentiam altitudinis mercurii quæ inventa est in certa æteris altitudine , dividatur. Sic enim innotescit quoties ejusmodi æteris altitudo observata continetur in tota altitudine atmosphærae , ac subinde altitudo atmosphærae innotescit in variis gradibus pressionis : quin & parvæ altitudines æris , si sunt accira & mensuram dibunt accuratiorem , quæam si minoribus observentur , quod positio medie pressionis cuiusque spatii proprius ad veram accedat : idque exemplo fieri apertius.

III. Die 11 Februarii anni 1696 altitudinem Mercurii in ima specu Observatorii 27 digit. 8 lin. & 3 punctorum , seu sem illæ linearè compent D. De la Hire . Cum statim Barometrum ad summam turris lignei partem translatum fuisset , mercurius in tubo sublaus tantummodo erat ad 27 digit. altitudinem 5 lin. 2 punct. Quamobrem altitudo 37 hexip. $\frac{1}{2}$ seu 225 pedes altitudinis æteris sic pressi , ut inter specum s' hterram , & turris cacumen premitur , dant tres lineas mercurii , punctum unum , seu 19 puncta : nam linea in sex puncta dividitur. Sed tota altitudo mercurii erat 27 digit. 6 lin. 3 punct. seu 2043 punctorum. Quod si igitur

altitudo integra 2043 punctorum dividatur per 19 puncta, quæ est differentia utriusque altitudinis mercurii inventæ in ima specu, & in turtis fastigio, prodibit numerus $107\frac{1}{2}$, qui numerus designat quoties 37 hexap. $\frac{1}{2}$, ex quo infimæ in totius atmosphæræ columnæ continenterunt, cum facta est observatio in tota altitudine atmosphæræ. Itaque per regulam, quam ante proposuit multiplicandi sunt 225 per $107\frac{1}{2}$ & prodibunt 24187 pedes: cuius summae partes omnes ex ordine sumendæ sunt $\frac{1}{1} \frac{1}{2} \frac{1}{3} \frac{1}{4} \frac{1}{5} \frac{1}{6}$ usque ad $107\frac{1}{2}$, & fieri summa 327221 pedum, aut 21203 $\frac{1}{2}$ hexap. vel citoiter pro totius atmosphæræ altitudine.

Sic in observatione facta Toulonii, si ad 27 hexap. $\frac{1}{2}$ altitudinem, mercurii suspensionem huic convenientem sumamus, & ead in methodo quadratur atmosphæræ altitudo, hæc fere consimilis invenietur, nempe 20319 hexap.

I V. In eodem argumento versatus D. Varignon methodo Geometrica progressus hæc statuit velut principia. 1. Totum æra terram inter & extreamam atmosphæræ interjectum consimilis esse, & ejusdem naturæ 2. Eandem aëris molem eò minorem esse, quod magis premitur, idque servata ponderis incumbentis proportione, adeo ut volumina aëris sint in ratione reciprocâ ponderum, quod ipsa, ut dictum ante fuit, comprobat experientia. 3. Differentiæ inter duas altitudines ejusdem columnæ aëris pondus æquale esse ponderi differentiæ quæ est in altitudine hydriargyri in barometris, ut supra probatum fuit ex variis experimentis.

Hinc propositiones quasdam dedit more Geometrico, & varia hinc erunt corollaria, quorum illud primum est, absolute atmosphæræ gravitatem inventi non posse, cum pars ultima, que sola est indefinita, nullo modo explorata haberi queat, quamvis pondus ejus sit vel millesima pars totius columnæ 2. Atmosphæræ non terminari superficie æquabili & unita, cum partes aëris superiores magis ac magis rarescentes hue illuc sint dispersæ 3. Negligi posse extremam atmosphæræ partem, cuius ponderis ratio ad totius columnæ pondus datur.

V. Hinc demum quorundam problematum solutionem eruit pesito aëre ejusdem ubique naturæ, adeo ut sola pressionum & onerum inæqualitas diversitatem aliquam inducat. 1. Barometri ope cuiusque præcessi montis altitudo inventi potest. 2. Inter exhaustendum ætra machinæ pneumaticæ usque ad certam quantitatatem definire quæ sit altitudo aëris ejusdem raritatis cum eo quæ in machina supereat. 3. In qua aëris altitudine extingueretur animi, quod in machina intercluso spiritu moritur.

V I. His & alius breviter decursis hæc tandem animadvertisit, constitutionem aëris hactenus more Geometrico spectatam fuisse juxta experimenta à D. Mariotte facta. At si ut Physici compositionem aëris contemplatur, hæc imprimis notanda sunt; non semper ætra comprimi, aut dilatari juxta ponderum incumbentium rationem: cum enim exhalationibus & vaporibus sit refertus, imo & quibusdam particulis solidioribus sit permixtus, ubi pressio ad certos fines venerit, ulterius progredi vix licet.

VII. Quamobrem majora pondera non ea ratione premunt, aut den-

ANN. 1696. fane acta, qua premunt minora, quoque à nobis principiū loco posita est proportionio, intra certos limites erit contrahenda. 2. Pars inferior atmosphæra vaporibus, cùm sit permixta, dubitari meritò potest an de proportione constituta hi vapores nihil detrahant, quin & juncti non nihil mutationis hæc in re afferunt, cùunque ad certam usque aëris altitudinem venti tollantur, quæci potest quid discriminis in diversis aëris ponderibus hinc afferri possit. Verum ista sunt hujusmodi ut ad exquisitam & Mathematicam subtilitatem non sint exigenda; nec quoisque pateat atmosphæra, tam scrupulosè inquit necessaria est. Quæ nostra hac ætate circa illius pondus & vim elasticam aëris sunt observata, mirum quantum lucis Physicæ intulerint.

VIII. Illud pene mihi exciderat, quod ad Physicam maximè pertinet, quantum pluvie in Observatorio decidet anno superiore: summa fuit ex diligentí observatione D. De la Hure 19 dig. 7, lin. $\frac{1}{4}$. Id vero hoc anno præter solitum accidit, ut mensibus Januario, Februario, & Martio major imbris copia, quam Junio, Julio, & Augusto occidet: cùm tres hi menses tantum pluvie plerumque suppedent, quantum novem menses reliqui? Cetus, Favonius, & Noto-zephyrus, qui hac ætate regnarent, calorem adeo debilitarunt, ut fructus debitam non consecuti sint maturitatem.

C A P U T III.

De quibusdam flammæ Phenomenis, & aliquot observationibus Chymicis.

I. Neunte mense Aperti D. Varignon conjecturas suas de natura flammæ, & specie quam oculis præbet, ex occasione experimenti cuiusdam à viris periculosis D. D. Bernovilli factis proposuit. Ex citramentum illud est hujusmodi: tubo vitro inslexo, cuiusmodi est thermometrum Sancto-rii, nisi quod phiala est undique ocluta, quatuor grana nitriti pulveris per orinçium tubi imposuit: tubus vasis vitro aqua pleno sic immersus est, ut aqua tubi ad eandem libellam cum aqua vasis esset composita, speculi uestiori ope accensa sunt grana pulveris pyrii, quibus aqua tubi infra libellam aquæ vase contentæ protulsa est, ac refrigerato tubo aër spatiū ſatis amplum infra eam libellam occupavit; adeo ut aër pulvere nitroſo contenues spatiū ducenties majus granis ipsis impleverit.

Hæc D. Varignon conjiciebat aëra in corporibus, que ignem concipiunt & infundunt continuo nisu fugam moliri: sed carceres quibus tenetur, vix potest infiungere, nisi ignis ſpicula in ejus veniant tubidium. Hæc tanquam rotidem cuncoli blotum eæcos moleculatum meatus, eaque una cum eis, iis moleculis inclusis, & cum impetu erumpente crassiores & terrestres particulas diffluant, que vicissim in ſpicula ignea mutuantur, & moleculas diflumpunt adjuvante aëris in his moleculis inclusi elasticis. Sic nevae ignis puticule prodeunt, & continuatur ignis & vehementior,

II. Quod flammam attinet, palam est crassiores particulas, quibus de-
 tinebatur aët, ab eo quoquo-versus vibrati, & circumiecti corpora dis-
 jici: adeo ut subtilis materia in eorum succedat locum. Ac fortè nihil ne-
 cessere ad subtilis illius materiae confluxum recurrere: nam flamma non aliud
 quiddam est prater multitudinem cuspidum aut scitillatum, quæ dissolu-
 ta cum impetu sic avolant, ut sui vestigia relinquunt, pene ut in accen-
 sa de nocte exhalatione sulphurea, vel in titione celerius circumacto spe-
 ciem suam oculo imprimitur, quasi unius & ejusdem continuati corporis.
 Nam ignitæ illæ & volitantes scintillæ alias atque alias retinæ parties com-
 movent tanta celeritate, ut motus à primis scintillis excitatus adhuc per-
 severet, cum postremæ erumpunt: quod vestigium filo ignito non dissimi-
 le oculo imprimit, ac multitudo sua id ipsum efficiunt quod flammam
 dicimus, que è superficie accensi corporis integra prorumpit. Unde ardor
 flammæ longè minor est, quam in accenso titione, ubi ignis particulae
 sunt coarseræ magis, ac collectæ. Quamobrem ut flammæ species appa-
 reat, ea materiae accensæ spicula non solum ignita esse debent, sed & ci-
 tissime avolare necesse est, eaque tam numerosa esse oportet, ut in flam-
 mata ejusmodi fila quæ post se relinquunt, continua & minimè interrup-
 ta videantur.

III. Die 14 Aprilis cum D. Cassini ex Italia redux mentionem faceret
 levis teræ motus, qui tum accidit, cum Bononiæ versaretur, id unum
 observatione dignum fuit, aquas pridie teræ motus turbidas visas esse. Jam
 ad Chymicas obseruationes veniendum.

IV. Illud primo loco ponamus, pleraque corpora in igne examinata na-
 tivos suos prodere colores: atque ut de aliis taccion corporibus, metalla
 ipsa in igne suas habent notas, quibus ab aliis secernantur; in cupro flam-
 ma est viridis; argentum dilutum quoddammodo cæruleum præbet colorem,
 stanni & plumbi extimæ super ficies flavo, rubeo & purpureo colore tin-
 guntur: & utrumque catillos facile penetrat; è ferro velut stiræ scintillan-
 tes et impunt: In auro ejusmodi netæ insignes defunt.

Circa viridem flammæ colorem id observatum fuit, cuprum recens si-
 sum, aut vnde ignium hanc viridem flammam non exhibere, sed pse-
 quam ex hæc midiore aëre nonnihil æruginis contraxit, "du est ex eo
 igni vehementiori adnotum fuit. Itaque leviores illas cupri particulas ignis
 calor sursum tollit, quas flamma in minutiora corpuscula dissolvit, qæ
 in quoconque liquore solvantur, viridem colorem præ se ferunt. Vnde n
 quidem est cupri partes vi solius flammæ solvi non posse, quod guttae cra-
 ssiores simul conserte sursum offerri nequeant. Quare necesse est ut cupri
 superficies prius à talino corpore, quoconque illud sit, excisi fuerit: tum
 enim aëlo minutum per flammam spargitur, ut eam colore suo tingat,
 donec penitus in sublime elata fuerit: sed partem cupri illasam ab hu-
 midiore sole integrum & sanam relinquat. Unde & igne modico mate-
 ria illa viridis separatur, quod minus atq[ue] cupro adhaereat, ac s[ecundu]m vi-

ANN. iudicis color se prodit , cum cuprum non adeo incaluit . Nec verò ille è 1696 . sulphure , ut loquuntur , cupri proficiscitur , alioqui in diuturna fusione totum illud sulphur , cum sit volatile , fugam capesceret , cupro penitus destruxo , ac fieret illud quod cuprum usum vocant , quod utique cum experientia non convenit .

V. Aurum , ut dictum est , nullum sui indicium in igne præbet : sed duæ sunt illius dotes præcipue , & ipsi peculiates , quod nimis nūnil minuatur in catillo cinereo , seu in cupella , ubi cum plumbo miscetur , nec in probatione aut cupella antimonii : alia quidem metalla cum plumbō miscentur in catillo , & calcinantur , ut plumbum , quod facile in vitrum abit , eorum fusionem accelerat , eaque in vitrum idem convertat . Cum autem vitri plumbæ pars catilli spongiosi meatus subeat , una subeunt vitra aliorum metallorum , saltē ex parte sui aliqua : quod superest plumbi , in densiorē abit fumum , & secum vehit quod reliquum erat ex aliis metallis jam vitrificatis , & plombo levioribus . Aurum verò à ignis vi in vitrum non facessit , nec à plumbō intra catillum , nec in fumum effertur , uti nec argentum in cupella vitrificet , aut in fumum diffusum ob easdem rationes .

V I. In cupella antimonii cuncta metalla , ne argento quidem excepto , imminuantur : magna quippe copia acidī liquoris , qua an ironi sulphuri inest , metalla solvit , & minutius concidit : unde crassior sulphuris fumus & reguli antimonii ea faciliter in sublimē tollit . Sed cum liquor ille acidus vim tantummodo habeat aquæ fortis , non item aquæ regalis , quæ sola aurum dissolvit , aurum illasum relinquit , quod etiā ingravis est quam ut à fumo antimonii sursum rapiatur . Argenti vero solvit ab acido antimonii partes aliquæ sic in fumum absunt una cum reguli antimonii particulis non solutis , ut in ignem & circumiecta loca decidant , nec percant . Dos altera auri , eique propria hæc est , quod certa ratione præparatum , cum arena , aut silicibus calcinatis permixtum , & ut a cum his fusum pulchro & rubeo colore ea tingat . Auri si patrandi ratio ad artem vitrariam pertinet , quam dilucidè in sua disputatione exposuit D. Hon be g.

V II. Idem occasione data de gemmis factitiis copiosè disciunt , quæ à vittariis tam aptè effigi solent , ut solo aspectu à genninis discerni vix possint , adeo nativam harum perspicuitatem , & coloris splendorem æmulantur ; dulities tantummodo genitiarum factitiis deest . Ex iis aliae sunt teneriores vitro communi , aliae vitro duritatem æquant , aliae denique silecum duritatem assequuntur , imo & Smar. gdis sunt finiores , carbunculis vix inferiores . Cæteris tamen gemmis nativis in duritate cedunt omnes factitiæ . Ipsa compositione ex partium componentium , que felicit vitri corpus sappiant , aut fundunt , aut optatum colorem præbent , apta præparatione penderet .

Arena alba hac in operatione minimè utendum est , tametsi crystalli laminis vittreis utiliter adhibetur ; qui enim est color in granis quibusdam arenæ metallicis , has laminas aut specula non inficit , dummodo vitrum sit pellucidum , nec color plus satis emineat , quin & color ille deleri potest , aut immixtu adhibito solito medicamine , aut mag-

gnesia, quæ viriditatem nimiam suo colore subrufo temperat, au sapientia, *Cly-*
cujus cæruleus color nimiam flavedinem diluit. Nam hi duo colores *flavus* & *verde*.

vix se velicit & viridis sunt præcipua vitti vitia. Flavus plerumque ortitur ex

particulis venæ ferreae, quæ in atena occurrit: viridis è cupri venâ, aut

ex nimia cinerum copia, qui in fale, seu in parte materiae fundente sunt

superstites.

Optima igitur gemmis effingendis materies sunt silices, è quibus ignis elicitur: candidi sunt huic rei aptiores. In igne ad subducendum usque tor-
rentur, tum in aquam frigidam coniecti in flumina facillunt: qui in igne aliquid induerunt colorem, sunt abjecendi, reliqui exsiccantur: item exsiccati & tosti in catillo frigidæ immerguntur, quod quinque, aut
sexies iterandum, dum ipsis digitis teri possint. Cum postremo fuerint ca-
tillo impositi, non amplius extinguntur in aqua, sed in mortariolo ligneo,
& pilo itidem ligneo tritu per cribrum subtile, aut textum cilicinum tra-
jecti lavantur, aqua turbida in vas aliud transuersu ibi qui se sit aliquamdiu,
ac tandem aqua clara inclinato vase effunduntur, qui lumen in uno vasculo sub-
sidit, exsiccatur; hæc est materia vitiæ futuri, & quasi corpus ipsum, ex
quo gemmae constabunt. In pulvriem adeo subtilem, hanc materiem iedam
oportet, ut color per minimas ejus partes diffundi possit; secus ma-
culæ in vitro forent coloris expertes.

Materia fundens est minium, quod alia non eget præparatione, nisi
sila ciburatione, ut cum calcinato silice accurate misceatur. Fundit qui-
dem minium, seu calx plumbi, sed & in vitrum quoque abit, & silicium
fusionem promovet. Tingens materia sunt metalla, aut res metallicæ.
Autum rubicum colorem impertit, ferrum aureum colorim, crystalli
argenteis viii libras, magnesia calcinata colorem violaceum & dilutioriem;
Azuræ nileum; calx stanni opali colorem præbet.

VIII. Quia methodo hæc præparentur fure explicat D. Homberg, sed
longum est ut ire per singula, ac dosim cuiusque gemme propriam definire.
Ritque speculatione digna, nec inutilis: sed ipsa tabularia exscribere, aut
latine te bonare non suscepimus.

Cum geminae durescant faciendæ, plumbum, seu minium silicibus
non admiscentur. Soda vice plumbi adhibetur, eaque aquâ calente bene
purgata, & filtrata priusquam colores cum silicibus præparatis mis-
ceantur.

IX. Ac ne à proposito longius abeamus, exemplum illustre nobis pro-
positum D. Homberg die 28 Martii de inauratione fatti, quam difficulta-
tia experientur, qui inaurandis artis operibus incumbunt. Non enim
aurum a ferro applicari potest: rationem hujus velut antipathie repetit vir-
tus laudatus ex uestiore ferri sulphure. Cum enim auri folia ferro applicantur,
quod sine ignis calore non fit, tum fumi tubiles & sulphurei è superficie
ferri erumpentes inter ferrum, & auri folium interjecti obstant quominus
auri folium illud proximè tangat: & tamen auri folium curvo vel argento
inducta non alia ratione huic adhaerescunt, quam quod inmediate tangant
subjectum sibi metallum, ut fit in duobus marmonibus, que ob mutuam
& proximum contactum sibi tenaciter cohærent ex sola acti gravitate.

ANN. 1696. *Huic incommodo artifices ea ratione mederi coguntur : ferti superficiem gladio ad hanc rem idoneo variis in locis incident ; ac frequentes incisuræ & subtiles esse debent ; tum in calidioribus ceteribus ferrum sic repouunt, ut levi rubedine linteum possit afficere ; scopis abigunt fordes. Primum auti folium, idque crastinum instrumento politoribus usitato, vulgo *Brunifoir*, sic applicant, ut intra incisuras subeat, horum cuspides extantes folium auti varis in locis pertundunt, quæ eodem instrumento depressæ, quasi totidem hamuli folium auri stringunt. Antequam auti folium ferro applicetur, hoc incallescere necesse est, tum ut expellat æca intra incisuras inclusum ; sed ûnus enim aurum subire non posset : tum etiam ut pauculum dilatentur incisuræ, in quibus remittente calore autum premitur arcuatus, & retinetur firmus.*

*Huic folia alia tenuiora deinceps apponuntur, ac sibi mutuo agglutinantur, quod proximus sit & immediatus contactus. Quidam artifices ut labori parcant, & tempori, ferrum lima tantummodo præparant ; sed cum non satis altæ sint incisuræ ac pauciores sint velut *Barbulæ*, quæ folium auri stringunt, inauratio illa diutius non perstat.*

C A P U T IV.

De Chymicis aliis laboribus.

I. **Q**Uæ diximus magna ex parte ad Chymicas operationes revocari possunt : nam Physica & Chymia tum natura, tum utilitate, & tractatione sunt coniunctæ maxime : cum tamen in plerisque vix ullus sit aut furnilis, aut distillationi, aut analysi locus, sed quedam tantummodo corporum affectiones in iis spectentur, ad naturalem scientiam videntur omnino pertinere : nunc quæ propria sunt arti Spagyricæ, quæque intra hujus anni decutsum sunt agitata, breviter excquamur.

Hoc anno vertente stirpium analysis à D. Bourdelin eodem studio, quo antea, & eadem diligentia fuit continuata, de qua nihil necesse est sigillatum differere, cum in magno Academiæ opere de plantis præcipue analyses certa ratione ac methodo à D. Dodart digestæ continentur. Incunite hoc anno olea quedam plantatum per iteratas distillationes expurgavit, atque, ut loquuntur, rectificavit : 5 uncias olei 15 uncias cretae albæ permisit, post ceto distillationes 5 unciae olei ad duas cum una drachma rediectæ sunt ; tales simul sumptū ad duas drachmas, & 45 grana. Aquæ omnes rectificate ad unciam cum semisse sunt redactæ, quæ cum spiritu salis effervescunt. In unaquaque distillatione oleum extractum eidem cretae exsiccatæ sociavit : Aqua in unaquaque distillatione educta sale volatili erat imprægnata.

Fuliginis quoque analysim semel & iterum perfecit. Quinque ejus libri in tenuem pulverem comminutæ uncias liquoris undecim tale volatili feras, acidi tamen non expertes præbuerunt ; olei 12 uncias cum semisse, salis drachmas quinque.

II. D. Bouleduc de juniperi essentia sermonem habuit, ac subinde mo- Chy-
nuit eam parari cum granis juniperi contusis, & unâ cum floribus cere- mica-
visia fermentatis.

III. De vino & tartaro, ac potissimum de natura vini Hispanici mense Novembri dissertationem legit D. Charas, in qua primum illud notat uva- rum succum vini naturam & affectiones ante fermentationem non adipisci. Fermentatione ipsa partes illius in magno positæ motu liquidum corpus, nempe vinum procreant, idque à crassioribus seceruntur, quæ interiorem vasis superficiem incrustant, & tartari nomen sibi vindicant. Et tamen utrumque illud corpus suis constat partibus tum activis, & volatilibus, sulphureis imprimis & acidis, tum aliis, quæ magis inertes cum sint, suos tamen habent usus: nam actuofas temperant, ac vino idoneam præ- bent formam. Ex justa partium inter se proportione, ex cœli & soli natura præcipuae vini dores ducuntur.

Tartatum vini solidum, quod à vino secrevit fermentatio, duplice con-
stat sale, acido nempe, & volatili, quem acidus uberior fixum efficit. Hæc
enim duo in tartaro dominantur; nonnihil phlegmatis, quod distillatione
seceruntur, perparum quoque inest olei, quod exit una cum phlegmate;
terra demum non deest, quæ solutionibus, & filtrationibus ab aliis partibus
separatur. Hæc duplicitis corporis secretio, quæ fermentatione solâ perfici-
tur, est Chymia operatio quædam naturalis: nec aliam postulat præpara-
tionem, quam succi expressionem, qui unâ cum scapis & pelliculis in cella
vinaria suis vasis conditus fermentescit, & crassorem materiam in lateri-
bus vasis deponit: hujus materia & basis sunt feces, sic tamen ut partes
magni usus in se contineant. Quæ vino accidunt mutationes, & corruptio-
nes, ex partium minus apta proportione, interdum ex uberiori salis acidi
copia, sæpius ex aqua uberiori diminant, nunquam fere ex parte spiri-
tuosa, sulphurea, & volatili, quæ cum sit incorrupta, reliquas partes à
corruptione vindicat.

V. Cum in Andalusia, seu Bætica prope fretum Gaditanum versaretur, anno 1683 circa mensem Decembrem, illud præter cætera observavit, vi-
num non in dolii, sed in magnis urnis asservari, quæ dolium seu mo-
diū Parisinum continent: harum orificium lignæ tabula negligenter
operiunt, nec timent ne vapescat vinum. Quin & urnæ partes interiores
nullo tartaro obducuntur: id enim in Hispania deest, atque è Gallia as-
portatur, quod uva Solis calore sint magis digestæ & excoctæ, quam in
aliis regionibus, quodque in iis est acidum, sic exalteatur, ut in spiritum
sulphureum abeat majori aquæ parte exhalata. Quin & terrestrium partium
minus inest, quod Solis æstus cuncta efficiat puriora, acidum omne à vo-
latili separet, & partes omnes tam aëte cohærent, ut aëri omnis inter-
cludatur aditus. Unde & purior est in his vinis spiritus, quam in iis quæ
abundant tartaro.

Accedit illud etiam terram in iis regionibus nitro abundare. Quod ipse
Madritum iter faciens observavit: nam per vallem latè fusam transiens
mensis Maio hanc albam & quasi priuina opertam offendit, quam sapore,
candore, perspicuitate verum esse nitrum competit: vapores quippe ni-

ANNO. 1696. trosi è terrâ sublati, & noctu in aëre densati recidunt. Id vero est suspicatus nitrum licet acidum, suis tamen spiculis retundere tartari feces, easque volatiles efficiere, antequam uva maturescant: unde in ardenti siti uno hujus vini cyatho hausto cerebrum turbari sensit.

Ex occasione addit vina Hispanica, qua in Gallia, Anglia, & in vicinis regionibus vœunt, ex insulis Canariis asportari, ubi succus uvarum statim atque expressus est, excoquitur usque ad quartæ partis immunitionem; vinum Malacense v. *De Malaga*, magis excoctum flavescente; vina Hispanica extra regnum ratò asportari, quod vix incolis sufficient.

C A P U T V.

De sale Ammoniaco.

I. **P**AUCIS post diebus D. Chartas dissertationem de sale Ammoniaco recitavit ex scripto. Existimabat salēm Ammoniacum qualēm his in locis habemus, compōri ex una parte salis matini, dimidia parte fuliginis in quinque urinæ partibus extolitus, & filtratis. Humore exhalato missam superstitem coctam in moles rotundas redigunt, quales Venetiis, vel Antuerpiis asportari solent: utium res ita se habeat valde ambigo: nam si bene memini, D. Borel hanc salis Ammoniaci confectionem nequicquam tentavit: utcumque ea res sit, fuliginem admiscent, in quā p̄t̄ter salēm volatilem quadam inest salis fixi & acerimi portio.

II. Id commune est salibus fixis ut acidos ad se rapiant, qui volatilem sunt quasi æquipondia. Quæ autem acida sunt potentiora, ea non continuò sunt magis idonea, vix enim ab iis divelli possunt. Unde & sal matinus ad salis Ammoniaci confectionem commode selectus est: nam quod in eo est acidum, & reliqua ejis substantia implicatur, cum novam offendit materiam, cuius meatus surs acu'cis sunt magis accommodati, ultra in eos incurrit, & cito deserit volatile, cui erat locutum.

III. Id vero palam est, salis fixi, ut tartari, aut nitri, aut similiū accēsū volatiles sales ab acidis statim deferti, ut fixis locentur, ac sal qui calci inest, tametsi es facile dissipatur, ubi solus est, aut aquæ soli admiscentur, cum tamen ille partem accidam salis marini offendit, quæ salēm urinæ volatilem implicatum tenebar, tunc salis fixi manus obicit, & salēm marinum sūa suo excipit, idque efficit ut sal communis volatilem urinæ salēm dimitiat, & in pristinam libertatem afferat.

Accedit illud quoque aquam, quæ sales fixos, & acidos diluit, ambo'rum mutuam in te se actionem, & reactionem pluimum adjuvare, eorum nexus arctius stringere, & libertatem salis volatilem procurare. Ad demum justi salis Ammoniaci comp̄sitiō, fūtū, & variae ejus p̄paratiōnes pendent ex salum fixorum, acidorum & volatilem apta proportione, ut simul coēant & separentur.

IV. His constitutis cum sal Ammoniacus utroque sale constet, volatile & acido simul conjunctis, & fixatis, ubi alteructo opus est, si divelli

nequeunt, nisi utriusque communi nexo disrupto. Quod acidum est, & Chy.
volatile velut captivum tenebat, statim illud dimittit, ut cum sale fixo, ^{mīc.}
aut cum substantia aliqua minerali societatem ineat; in iis quippe poros
idoneos offendit, quibus suos aculeos infigit, unde ad fixa illa corpora
confugiendum est, cum sal urinosus & volatile, seu in forma florū,
aut concreti salis, seu in forma liquoris est separandus. Nam sal acidus
inita societate cum salibus fixis, aut cum minerali aliqua substantia dimittit
salem volatilem suis solutum vinculis.

V. Id utique probant variae tum florū, tum spiritus urinosi præpara-
tiones, quæ omnes ex hoc ducuntur principio, salis marini spicula in
fixis salibus sic defigi, ut saltem volatilem deserant, & pars illius non
minima in fundo vasis distillatione, aut sublimatione facta remaneret, nisi
novus sal fixus, aut alia quedam substantia, quæ salis cuspides excipiat,
de novo adderetur, ut quod reliquum est salis volatile, odore quidem
minus urinoso, sed copioso tamen, & valde penetranti ascendet.

V I. Quid si è salis artati, & Ammoniaci æ uis partibus simul per-
missitis spiritus aut flores urinosos prolicias distillatione facta quæ rema-
nent in aqua dissolvantur, filtrantur, coagulentur, saltem illum dabunt,
quo utebatur olim ut Febrisugo Sylvius Del Boë. Quin etiam bene excis-
catus & sublimatus in cucurbita terrea dabit flores candidos admodum pe-
ntrantes, & grati s. potis, quem à parte acidâ salis marini mutuantur,
& ab aliquâ parte acidi quod inest tartaro, quodque sal urinosus volatile
fecit. In præparatione salis Ammoniaci, cum cautiones debite adhibentur,
salis fixi aut calcis, aut hæmatitis, aut limaturæ vel scoriaræ ferri admistio sa-
lis marini aculeos non destruit, imò ferri permisso eos magis penetrantes
esset.

VII. Odor ille croci, qui in floribus salis Ammoniaci se prodit, ubi
sublimantur cum lapide hematite (unde aromatis Philosophorum cognomi-
men traxerunt) ex ferro aut lapide duci posset, si unius coloris habetur
ratio, sed cum sal Ammoniacus solutus in aqua, tum filtratus, & in vase
terreo ac plumbito distillitus, sale in fundo superflite candido, cum ipsum
odorem vasi ita imperiat, ut cum pluribus aliis decoctionibus vas idem
intervisset, ex omnes eundem servaret odorem: hinc conjectari licet cum
croci odorem à lapide hematite non proficiisci, sed ab uno sale Ammo-
niaco.

Illud demum observatione dignum videtur, quod accedit, ubi spiritus
volatile cum acido spiritu salis Ammoniaci permiscetur. Nam si lentè unum
alteri affundas, licet ambo effervescent, phlegma tamen insipidum tan-
tummodo attollitur, atque ambo spiritus simul conjuncti suo odore & sa-
pore mulctantur, ille acido & pungente sapore, hic odore urinoso. Ubi
humor ignis calore exhibavit, in fundo vasis sal mirinus subsidit.

VIII. His quedam addere possumus ex præfatione laudata D. Tour-
nefort decrepta, quæ ad plantarum analysim spectant. 1. Id observat sa-
lem Ammoniacum in plantis ex sale volatile & urinoso deprehendi, idque
maxime cum solutio calcis, aut oleum tartari admisetur. Cum autem in
plantis sal urinosus cum sale acido semper sit conjunctus, id existimat plan-

ANN. tæ alicujus vim sali Ammoniaco , vel huic finitimo potius tribuendam , 1696. quām spiritui volatili & puro : cum stipes quaë salem volatilem & concretum præbent , chartam cæruleam , seu heliotropii succo unctam rubeo colore inficiant , quemadmodum sal ipse Ammoniacus.

2. Hunc salem in gypcis ruderibus , & in terra è fornice cellæ vinařia etas post aquæ infusionem diversis ruderis lapidibus repetitam extrahi docet. Hæc enim aqua una cum oleo tartari , vel calcis solutionem permista odorem sulphureum emitit. Quin & calcis solutionem albam efficit , ubi sublimati corrosivi solutio addita est , uti fieri solet à sale Ammoniaco : Sale tamen alcali acido , & nitroso imprægnata est hæc infusio. Terra agri , aut horti aquam simili modo affusam isdem salibus imprægnatam præbere , ex quibus id colligit naturalem quemdam terræ inesse salem , qui de nitroso , & marino , & Ammoniaco participat , vix ulla acidi præbet indicia.

3. In his terræ infusionibus plus inesse salis Ammoniaci arbitratur , quām prima specie videatur , idque colligit ex odore illo urinoso qui se prodit , & ex colore candido quem solutioni calcis & sublimati imperit. In foliis uberior saxe est sal ille Ammoniacus ; radices & fructus acidum ultiro ad se trahunt , oleum in seminibus uberior , phlegma per universam plantam diffunditur.

I X. Ac de salis Ammoniaci compositione , analysi , & usu satis multa : nunc de aliis operationibus Chymicis preßiori stylo agendum. Prima occurrit ruderum veterum analysis à D. Bouleduc facta. Id quidem in mente ejus venit , an forte spiritus nitri è vetustis ruderibus extrahi posset. Cum enim in eo spiritu extrahendo opus sit aliquo intermedio , illud à naturâ ipsa conjunctum videtur : veteres itaque lapides gypcos inter ruderâ elegit : libriæ 16 in pulverem contusa leni igne exsiccatæ ad 12 libras redactæ , testaceæ retorta bene lutataæ , ut loquuntur , sunt impositæ ; in reverberii furno conclusæ : levi ignis calore 12 unciae phlegmatis protus insipidi stillatunt ; ubi vapores apparuerunt , detracto phlegmate vas vitreum & Sphæricum aptavit , igne per gradus subiecto , ut in spiritu nitri eliciendo fieri solet , quandiu vapores visi : valsi refrigeratis & apertis 7 ferè unciae spiritus , à vulgati nullo modo discrepantibus inventæ sunt.

Caput mortuum cum falsum videretur , pars ejus lixivio , filtratione , & exhalatione præmissis materiam falsam præbuit.

Ex hoc experimento non aliud quiddam colligitur , nisi id unum , quod ex vetustis ruderibus salpetræ educi possit , eis nullo pene fructu.

C A P U T VI.

De quibusdam aliis experimentis.

I. **D**ominus Homberg de quorundam vitrorum solutione in aquosis liquoribus egit. Ac primum id observatum ab eo , nullum nobis praesto esse liuorem , qui vitium commune dissolvat : & tamen saxe accidere

cidere ut in phialis vitreis interiores parietes à liquore in iis, contento in Chrysostomis rimis incisi appareant, adeo ut amissâ perspicuitate vel digitorum *meas.* levi pressione evadant friabiles: quin & liquor contentus interdum est aqua simplex, saepius est spiritus acidus, & causticus.

Duo tantum vitrorum genera huic destructioni sunt obnoxia; quæ scilicet uberiore quam pat sit sale, aut metallo abundant. Vitro autem communis non plus salis admisceretur, quam necesse sit ad illius fusionem; & satius diu in igne fornacis permanet, ut sales ex æquo per totam vitri massam diffundantur: unde huic incommmodo non subjacet, uti nec vitra colorata, in quibus per partum inest metallicæ materia.

Id quidem notum est, quo diutius vitri materia in catillo, aut olla detinetur fusă, hoc vitrum esse magis pellucidum, dummodo non obstat vitro materia ob nativum colorum.

II. Id quoque est exploratum, atenam in igne non liquari nisi salium fundentium ope, & quorumdam salium copiam vitri colorem, si quis sit, deleri: adeo ut crystallum rupcam interdum candore & specie superet: hinc sit ut artifices saepe tantam salium copiam apponant, ut particulae silicium, & arenarum pauciores sint, quam ut sales omnes complecti possint, & tegere; unde particulae salis paulatim solvuntur ex liquoris aquae contactu, atque humore imbutæ intumescentes majorem quam antea locum occupant, & vitti cellulas, quibus continentur, tandem disrumpunt. Sic aditum pirant humoris extrario, ita ut salina corpuscula retro & circum posita tangat; quoisque ad calcinationem integrum ventum sit; idque à liquore etiam insipido, imo ab humidu aëre interdum proficiscitur.

III. Quæ vitra metallicâ miteriâ abundant, ab acidis tantummodo liquoribus, qui metallum exedunt, calcinantur: nam corpuscula metallici toto vitri corpore dispersa ex contactu dissolventium immediato soluta intruuntur eo quo diximus modo.

IV. Mensis Aprili observationes aliquot circa vitrum antimoniî non spernendas proposuit. Primum illud animadverxit vitrum antimoniî more solito paratum inter emetica præcipuo loco censeti. Quæ quidem vis emetica non ex ipso stibio est repetenda: nam illud vomitum non cœt, sed ex ipsa oritur vitri præparatione, qua quibusdam partibus destrutis, quæ reliquæ sunt male coharentes, à succo ventriculi ita dissolvuntur ut membrana interior ventriculi, his aculeis irritata ad eas convulsiones incitetur, quæ vomitum efficiunt.

Quandiu enim partes antimoniî integræ persistunt, arctius inter se colliguntur, quam ut divelli facile possint: sed quibusdam ejus partibus destrutis, que reliqua sunt, non eo quo prius ordine conjunctæ adiutor præbent dissolventi liquori per coram interstitia subcunti. Pars autem illa quæ ignis vi destruitur, est sulphuris acida portio, ita ut pars altera sulphuris pinguis & terrena cum sale fixo permaneat. Succus ventriculi salinum illum fixum solvit, ac menstruum fit, seu dissolvens partis illius sulphureæ & mutillaræ, quam pinguem esse diximus, imo & aliarum partium sulphuris: hinc convulsiones & vomitus evantur. Et quidem pars illa pinguis & salina potest à vitio separari, adeo ut vim omnem emeticam exuat.

ANN. Quò id præstaret, ita processit D. Homberg: spiritus acidi è quercu elicit libram unā cum duabus uncis vitri antimonii in pulverem commixtum posuit per 8 dies in digestione; spiritus tubeum colorem induit, tum à vitro fuit separatus; vitrum exsiccatum iterum fudit, postquam id in pulverem redigit, novum affudit spiritum quercentum, una digerendum, idque repetitum est quinque, dum spiritus querens nullum colorem amplius exhiberet. Vitrum adhuc fusum & vino infusum vi omni emetica erat destitutum; spiritus illi omnes tincti rubidine omnem aciditatem posuerant, priores vero dulces erant & adstringentes.

V. Illud admodum est verisimile rubedinem illam ex parte pinguiori sulphuris inflammabilis prodiisse; salsum saporem è lixiviali sale & fixo hujs sulphuris oriri, qui cum acido sale spiritus querenti mixtus tertium genus salis efficit, ut fieri solet, cum acidi sales fixis & lixivialibus admiscentur; dulcedo autem illa adstringens non aliud quidam videtur esse quam solutio partis metallicæ antimonii à spiritu acido profecta: quod in aliis videre est metallis, que hic spiritus potest exsolvere.

Antimonii communi vitro vinum infusum vim acquirit emeticam, quod vinum stibii sulphur inflammabile ex parte dirutum offendat, & alias ejus solvat moleculas, quæ soluta vomitum creant, ut diximus. Sed ubi partes illius sulphuris avolant à vitro, tum vinum his destinatum alias stibii partes non valet dissolvere, atque in postrema digestione vinum idem manet quod antea omni vi emetica destitutum.

C A P U T VII.

De Botanicis & Anatomicis.

I. **P**roximum est ut de re herbaria perpauci dicamus: plantas complures D. D. Marchant, & Tournefort, cum eorum descriptionibus ut annis superioribus protulerunt; quarum analysi D. Bourdelin exhibuit; ac tandem eorum historiam certo ordine digestam, & varia eruditio ac critici illustratam in unoquoque congressu legit D. Dodart. Si quando strigium usus idonea autoritate nuntius occurrit, is minimè fuit prætermisus. Eo quippe spectare naturæ debet inquisitio, ut ad hominum utilitatem referatur.

Exemplo sit opium ipsum è papavere expressum, de cuius usu tam variae & multiplices faciunt Medicorum sententiae, non solum ob ætatis, sexus, temperamenti varietatem, sed etiam propter morbotum causas tam multiplices, ut vix eorum quid & exploratum constitui potuerit, sed incertis conjecturis submixi vel præstantissimi Medici ejus usū ut periculoso interdixerint. Quid vero de his suis iactura & usū sentiendum esset D. Chiraz non ex alioium testimonis, sed ex scipto & propriis experimentis edoceri voluit: cum esset bene coriunto & sano corpore usque ad 6 & 12 grana opii sumere ausus est. Quia de re in sua pharmacopœa pluribus differunt.

II. Ac nuperrimè cum diuturno morbo paucis ante obitum annis la-

boraret, cumque debilitatis viribus, & exhaustis spiritibus multum suda-
ret, ac peritudo importuno vexaretur, nulla corporis parte affecta, granum *nicti*.
unum opii sumere singulis diebus statuit, quo quidem vires suas sustentari
sensit, cum magna animi tranquillitate circa illum affectum soporiferum.
Atque ut continuo sudores somnum forte prohibuerint, postquam convalescit,
eadem opii dosi uti non desit nullo inducto sopore. Illud vero imprimis
animadvertisit perinde esse quacumque hora opium sumeret, eisdem sem-
per esse ejus effectus; imo adstricta alvus non fuit, nec dejectus vini aut
cibi appetitus, omnis febris expers. Ex prurigine que sudores excipiebat,
conjectatus humores acres & corrosivos id morbi procreasse, quos natura
per sudores excrenebat, hunc naturæ motum sequi oportere judicavit.

III. Vix tamen uni opii grano tantam inesse vim censem, ut noxios
humores foras extruderet: tametsi diaphoreticum esse hoc opii sulphur
credebat: sed postquam recuperata sanitate, & non interrupto opii usi
sudores cessare advertit, non ab eo sudores excitari persuasum habuit. In
ea quidem non etat sententia eisdem opii effectus in aliis quibusque ho-
minibus productum iri, sed quid natura valeat in plerisque motibus effi-
ciendis, qui videntur irregulares, & ab omni specie veri alieni, diligen-
tius advertete non otiosum erit, aut inutile, nec opii usus adeo suspectus
esse debet, ut plerique sibi persuadent.

IV. D. Tournefort in pænatione laudata existimat ab opio aut pro-
duci, aut secerni in sanguinem illum qui somnum conciliat: cum
que dosis pæbetur idonea, sic fundit sanguinem, ut roti illi benigno quo
ligantur spiritus, procreando sufficiat. Qod si ultra quam par sit, augen-
tur desis, seriosus humor spirituum motum perturbat ac sepe hinc soporem
prodeunt affectus.

Die 4. Julii D. Tournefort catiophylla vino albo infusa exhibuit. Ho-
rum flores in formam rosarum sunt dispositi, factus formatur in calice, qui
radiose tegumine unde prodeunt ramuli, induitur.

V. Cum de malignis febribus, que Apilii mense saeviebant, sermo
haberetur, D. Bouleduc ait Rutam Saccharo conditam unum esse inter
optima, que hos morbos averrunt, præsidia.

Ne illud quidem tacendum quod D. Matchant admonuit, cum analysis
herbae cuiusdam que à G. Bauhino ornithopodium radice tuberosa appellatur,
coram exhibetur, Dalecampium testari se experientia edocetum hanc stir-
pem adversus calculum, aut renum fabulum optimum esse remedium.

VI. Cum etiam de gangliis, aut tuberculis, vulgo, *Loupes*, sermo
haberetur, D. Gallois mulieri pauperi non ita pridem tuberculum in genu
sanatum ait, mane & sero utinam applicata, que diu cum sale communi
ebullierat ad consistentiam mellis, atque intia sex hebdomadum spatiū
curationem esse factam. Cum etiam ageretur de distillatione in thoracem,
D. Gallois le à Domino Regis accepisse ait, sanatum eum fuisse juscum
è cancris usu, idque ex Malpighii consilio.

VII. Mense Februario de perspiratione insensibili actum fuit à D.
Dart, ac de experimentis à Sanctorio per 30 annos hanc in r m factis:
que cum Sanctorius sic proferat, quod si ærat diversitas nihil efficeret dicitur

ANNO. minis, hæc sibi aliquantulum suspecta, nec satis firma ad fidem faciendam
 1696. videtur. Nam à 33 annis eadem experimenta usurpans id comperit, perspirationes senescentes corpore minus copiosas esse, easque esse pariores, ubi
 cum iis, quæ per vias naturales excrentur, conferuntur. Qui enim ea-
 dem cibi quantitate vescitur, multo minus perspirat in senectute, quam in
 juventute, sed multo plus per excretiones sensibiles, & vias naturales
 emittit: quod utique de scipio expertus est in utroque statu. Idque rationi
 videtur consonum: nam ingravescente ætate poti densiores sunt, & mag-
 gis contrahuntur: tum vero calor nativus in dies debilitatus non amplius
 suppeditat particulas adeo subtilem, quæ cæcos illos meatus penetrant.
 Hinc parior est occulta transpiratio, atque ubertot materia per vias natu-
 rales seccernitur.

VIII. Paucis post diebus D. Mery duos musculos in avibus exhibuit,
 qui palpebram interiorem ad majorem oculi angulum retrahunt: ex his
 unus à posteriori globi oculi parte suam ducens originem, interiori palpe-
 bræ inseritur ad partem inferiorem majoris anguli; alter musculus à parte
 posteriori orbitæ ortus, & per globum oculi ascendens inseritur interiori
 palpebræ supra majorem angulum.

Mense Januatio in musculo quodam fibras carnosas & tendineas à se
 mutuo separatas ebullitione piævia ostendit, non secus atque epiderma seu
 cuticula à pelle divellitur. Id quoque in conspectum dedit è fibris tendineis
 quædam formari vaginas, quæ separatim involvunt fasciculos carnearum
 fibrarum, ac subinde fibras cujusque vaginae transversim secate, fibras car-
 nosas.

X. Hac occasione data suum de structura & motu musculorum systema
 propositum. De structurâ jam diximus, musculum nimirum esse partem cor-
 poris organicam, quæ ex multis fibrarum carnearum fasciculis constat,
 è quibus venter musculi conformatur: ab origine sua quæ caput appellatur,
 obliquè feruntur ad locum sive insertionis, quæ cauda dici solet:
 ex quidem sunt contractionis capaces, non ex scissis, sed ex spirituum af-
 fluxu, quibus penetratae inflantur.

Omnis illus fasciculos involvunt fibrillæ quædam elaterio præditæ, &
 transversim positæ, exque quasi vaginalibus efficiunt membranulas, quibus
 singuli fasciculi obvoluti ab aliis separantur. Ex quidem fibrillæ elaticæ
 per se contrahi possunt, ex accidente tantummodo distenduntur, exque
 indules cum tendinum fibris per musculum sparsis cohaerent.

Tendines è fibrarum congerie coalesceunt, quæ fibræ per totum mus-
 culi corpus in longum protense in utroque extremo colliguntur. Ex
 quidem nec elaterio, nec contractione donatae, ac ne extensionis quidem
 sunt capaces, nisi vis magna adhibeatur. A fibris carnis coctione ipsa di-
 velluntur; magno quidem arguento cum iis non esse continuatas, ut vulgo
 creditur.

Postremo musculus suis donatur recipilis, per quos spiritus animales
 deferuntur, suis item arteriis, quæ sanguinem in venas transmittunt: partes
 illæ omnes membranis muniuntur, quibus alii ab aliis seccernuntur mus-
 culi.


X. Perspectâ musculi structurâ motus illius uterumque concipi, & ex *Antiplicari* potest. Ubi animal se ad partem aliquam movendam determinat, *tomicâ*, spiritus in fibras carneas musculi mitit, quibus inflatae statim contrahuntur, & fibras tendineas caudæ adducunt, unâ cum patte corporis mobili cui tendo est illigatus. Cum autem hæ fibræ intumelcentes minus fiant oblique quam antea, cum laxiores erant, spatiola inter eas interjecta non-nihil augentur; neque ea replere possunt fibræ illæ carneæ etiam si flatæ à spiritibus, ac proinde laxiores essent musculi, nisi fibriæ carneæ à se invicem divulsæ sanguinem ab arteriolis exciperent, qui vacua spatiola repleret. Sanguis enim uberior ex arteriolis compressis exiens interjecta inter fibras imp'et spatia, eo majore ritu, quod aët unâ cum sanguine permotus majorem efficit dilatationem, ubi ex angustiori loco in ampliorem migrat. Quare motus muscularum non tantum à spiritibus pendet, sed etiam à sanguine & aëre, quibus illi intumescunt.

XI. Quòd si igitur spiritus animales in eos ferantur musculos, quibus brachium flexitur, tum ii conitæli flexunt brachium, & secum trahunt eos musculos quibus brachium extenditur. Idque fit duplicum ob rationem, primum enim fibræ transversæ & elasticæ, quæque corpus musculi flectentis pervadunt, obsistere non possunt tensioni quam spiritus, aës & sanguis efficiunt in fibris carneis, illæ adeo producuntur, & fiant obliquiores quam antea, dum erant laxiores. Deinde pauciores spiritus in musculos extensores illabuntur, quantum sufficit eorum vitæ: neque adeo satis habent virium, ut motui flectentium muscularum resistant. Sed ubi cessant spiritus in musculos flexores brachii illabi, atque in extensores feruntur, tum his contractis alii laxantur. Horum enim fibræ elasticæ vim spirituum, quæ carneas fibras inflabant, non amplius sentiunt, & contractiores factæ spiritus animales poris fibiatum carnearum inclusos expellunt. Dum carneas ante divulsas propius adducunt, sanguinem adeo & aëra ex spatiis interjectis in venas remcare cogunt, atque ita musculos in naturalem statum restituunt: fecus ab antagonista contractis produci, aut distendi non possent.

XII. Ex quibus palam est triplicem motum in muscularis distinguiri opere. Primus est voluntarius, qui contractionis dicitur, quique ex spirituum affluxu proficiuntur, & ex animæ natu pendet. Secundus est naturalis, cum fibriæ carneæ relaxantur, idque carum fibrarum ope, quæ sunt claterio donatae; quæque fibras carneas constringunt circa violentiam ullam. Tertius musculi motus est quodammodo violentus, cum ab antagonista suo distenditur: nam musculus omnis ab antagonista contracto extenditur. Ista quidem magnam præ se ferunt probabilitatem; neque aliud quæri debet in te admodum obscura, qualis est motus muscularum: structura vero eorum magis est explorata.

ANN.

1696.



SECTIO OCTAVA.

De rebus Mathematicis.

A Physica ad matheſim commodus erit transitus per Astronomiam, quæ ex uttaque videtur conſtar, quæque hoc anno imprimis exculta fuit; ab iis quæ magis ſunt ex uſu, ducamus exordium.

CAPUT PRIMUM.

De Astronomicis.

I. **D**ominus Cassinus redux ex Itala quas in itinere fecit obſervatio-
nes, & eas imprimis quæ ad præcipuum uibium, per quas iter
fecit, longitudines ſpectauit, coram exposuit. Ac præter cetera animadver-
ſiones suas in canonem Paschalem Hyppoliti Portuenſis Epifcopi sub ſinom
Aprilis è scripto recitavit.

Inter monumēta quibus Bibliotheca Vaticana exornatur, illud inſigne
est, marmorea ſtatu S. Hyppoliti Martyris in cathedra ſedentis, prope
cathedram ejus operum catalogus & Canon Paschalij Gracis litteris ex-
atati leguntur. Nulla ejus Canonis extabat ante memoria, niſi in quibusdam
autoribus, cum è ruderibus cojuſdam oratorii hæc S. Hyppolyti ſtata
eruta fuit, & in Bibliotheca Vaticana collocata ſtudio Cardinalis Cotvini,
qui poſtea ſummus fuit Pontifex Marcelli II. nomine. Hujus Canonis
epocham & illius cum aliis magis celebtratis, neclion cum tabulis Astrono-
micas collationem, ac methodo nunc uſurpata post Gregorij XIII. cor-
rectionem D. Cassinus intento animo eſt contemplatus.

II. Hic Canon in duas eſt divisus partes: quæ ad dextram Cathedra
poſita eſt, Lunas decimas quartas & Paschales Cycli 16 annorum conti-
net, cum diebus mensium Martii & Aprilis quibus ea contingunt: ferias
quoque indicate & dies hebdomadæ, quibus in diversis Cyclis inciderunt.
Variatio omnis intra 66 annos absolvitur: eis tabula ad 112 annos con-
tinuitur. Altera tabula quæ ad ſinistram eſt collocata, dies Paschatis cu-
juſque anni complectitur. Priori tabule hic eſt titulus, ut à Patre Buchetio
Latine translata fuit.

Anno primo Imperij Alexandri Imperatoris ſatia eſt decima quarta paschalis
idibus Aprilis, Sabbato, cum meritis Embolismenſi fuiffet: ſequentibus annis
continget, ſicut in tabula ſubjeclum eſt, in præteritis autem evenit, ſicut in-
dicatum eſt.

III. Ex iis colligitur eam tabulam codem anno qui priimus fuit Ale-
xandri post 14 Lunam Paschalem fuiffle conditum: eaque quam potuit

accutate, ut ferebant ea tempora, fuit definita. Unde inter omnes pene Astro-Chronologos jam constat annum primum Alexandri Severi incidere in annum Christi 222 à nativitate Christi, et si plerique Chronologistæ ad annum Christi 224 eum annum produxerint. Nam Idus Aprilis, seu dies 13 hujus mersis tum die Sabbati non inciderunt nisi annis 216, 222, & 231. Atque hoc ipso anno 222 media Luna cum Sole conjunctio die 30 Martii, nempe 14 diebus ante diem 13 Aprilis contigit. Quamobrem dies ille merito pro die 14 Lunæ sumi potuit, quæ juxta Canonem S. Hyppoliti non potuit alia die Sabbati, & die 13 Aprilis occurtere, nisi 56 annis vel ante, vel post hunc annum. Itaque annus Christi 222 idem fuit primus Alexandri Imperatoris, & primus Cycli S. Hyppoliti.

I V. Neque Epochæ tum aptior Calendatio Romano feligi potuit: Nam primus dies anni 222 idem fuit primus Lunæ, seu primus post medium conjunctionem Lunæ cum Sole, quæ pridie contigerat. Atque hinc numerando menses Lunares alternatim plenos 30, & cacos 29 dierum, conjunctiones sequentes occurrunt, 30 Januarii, 28 Februarii, & 30 Martii. Sic primus dies Martii, idem quoque fuit primus Lunæ, quod Epochæ calculum præbet percommodum, ut sequentes lunationes facile determinari possint ex tabulis Astronomicis. Die 28 Februarii una hora ante meridiem & 7 minutis Romæ contigit. Quæ Epochæ non minus apta est Calendario Romano, quam ea quæ à Julio Cæsare selecta est anno 44 ante Epocham Christi. Quando annum Romanum, qui erat Luni-Solatis, ad Solarem simplicem rediget, cumque diebus 365 $\frac{1}{4}$ constituit. Primum annum à solsticio Hymali numerare potuisset, unde sequentes anni incœpissent: sed maluit Cæsar primum annum ducere à media Luna cum Sole conjunctione, ut ex hac Epochæ dies Lunæ, quibus consequentes anni inciperent, facilius haberentur. Inter Epocham Julii Cæsaris anno 44 ante Christum & Epocham S. Hyppoliti, quæ 222 post Christum accidit, intercedunt 266 anni, quorum primus fuit Bissextilis, postremus à Bissextili secundus. Ex tabulis Astronomicis liquebit novi-Lunia anni 227 post Christum prævertere novi-Lunia anni 44 ante Christum, qui vulgo habetur 45, octo hotis, & 21 minutis.

V. Est igitur magna quædam periodus inter Epocham Julii Cæsaris & Epocham S. Hyppoliti, eaque est 266 annorum. Hæc constat 14 periodis 19 annorum, seu tribus periodis Calippi, quarum singula sunt 76 annorum, eaque 19 annos bissexiles continent. Periodus quidem 19 annorum, quæ novilunia ad eosdem dies anni Solaris revocat, quæque Methoni Atheniensi tribui solet, longe ante ea tempora rotæ fuit, neque adeo erat sancto præsuli incognita, et si ea est multo accuratior: unde illius tantummodo meminit. Quod enim ait in ipso titulo quarti Paschatis: *In preteritis autem evenit, sicut indicatum est*, magno id est argumento cum Cyclum jam ante in usu fuisse: id enim evenire non potuit, nisi hoc Cyclo, vel alio ejusdem rationis usurpato.

Reliqua omitimus ubi priorem tabulam S. Hyppoliti ad calculum revocat, & inito calculo ostendit methodum Gregorianam cum veterum methodo in hoc convenire, quod in utraque primus dies Lunæ censetur non

ANN. conjunctionis mediæ, sed dici proxime sequentis, iisque ad veterum, qui
1696. à prima Lunæ phæsi dies mensis Lunaris numerantur.

In posteriori tabula festa Paschalis designantur ac semper Pascha die Dominica celebratur, qui vetustissimus est Eccl sive Ius a Pio I. & Victore acriter propagatus, ut à decollatoribus suis constantem obicitur in memoriam Resurrectionis Domini.

Cum dies 14 Lunæ incidit in Sabbathum, Pascha non die subsequenti, qui est 15 Lunæ, sed in alteram diem Dominicam distetebatur, quod nolent eo die Pascha celebrare, quo crucifixus est Dominus: id vero nunc temporis non obinet. Alexandrini Episcopi Paschatis diem post Nicænum Concilium determinare soliti, quod Astronomiæ studium Alexandriae floraret, Cyclos Paschales condicunt.

V I. Post S. Hyppollum alter Cyclus 84 annorum priori 16 annorum fuit substitutus. Hujus Cycli veram Epocham ad annum Christi 298 referit Eminentiss. Cardinalis Noris ex vetusto exemplari, quod publici juris fecit. Ab Epochâ S. Hyppoliti distat 76 annis, quæ est Calippi periodus; ab Epochâ Iuli Cæsaris distat 18 cyclorum decimi novalem numero: adeo ut inter cyclum Julii Cæsaris, S. Hyppoliti, & periodi 84 annorum sit quedam connexio. In hac postrema Epochâ novi-Lunia non anticipant habita ratione Epochæ S. Hyppoliti nisi 5 hor. 50 min. quibus dies non variatur, adeo ut 13 Aprilis sit itidem 14 Lunæ, ut in tabula Cardinalis Noris videtur est, ubi 17 Aprilis dies Paschatis est 18 Lunæ.

VII. Triplici huic Epochæ quartam ad hanc posse existimat D. Cassinus, quæ est anni 32 Epochæ Christi, seu primi ab ejus Resurrectione. Hoc enim anno media Lunæ conjunctione incidit in primum diem Januarii, in meridie Romæ habita ratione. Ab Epochâ Iuli Cæsaris distat intervallo periodi Cilippicæ, atque hæc Epochâ uti solet D. Cassinus in Computis Chronologicis.

VIII. Hoc argumentum prosecutus est die 21 Julii, ubi annotavit errorum Scaligeri in Commentario quem edidit anno 1595 in Canonem Paschalem, & correctis in editione alterius anni 1598. Ex eo error Scaligeri ortus fuerat, quod non advertisset Ecclesiastam Latinam olim non celebuisse Pascha die 15 Lunæ, cum inciderebat in diem Dominicum. Eandem adhibet correctionem, quoties in tabuli S. Hyppoliti Pascha occurrit die 22 Aprilis loco 15 quando fuit dies Dominicus. Sed in altera editione anni 1698 suum ipse agnovit errorem, ac verba Victorini subinde refert, qui hæc habet. *Sin autem die Sabbathi pleni-Lunium esse contingeret, & consequenti Dominico Luna Decima quinta reperiiri, eadem hebdomada transmissa in alterum diem Dominicum, idest, Lunam vicefinam secundum transferri debere Pascha dixerunt.* His allatis Victorini verbis ita concludit Scaliger: *ergo cognitionem hujus vetustæ rei Hyppollo nostro uni acceptam referimus.* Deinde correctis erroribus, quos ipse in priori editione in tabulam S. Hyppoliti induxit, hæc addit: *pulcherrimam igitur est locum faræ vetustatis pignus, in quo operam non lufsinus, cum ex illa dictiorum, que alio non poteramus. Tum Gregorii Turonensis locum proficit, ex quo manifestè colliguntur hanc consuetudinem transferendi Pascha à die Dominicæ 15 Lunæ*

ad diem 22 Lunæ adhuc anno 588 in Ecclesia Latina viguisse. Quæ translatio Paschalis in Cyclo 84 annorum se prodit, ubi undecies intra illud *romica* annorum spatium festum Paschatis transfertur: sed de his jam satis, pluta fortasse in suo Calendario olim dabit D. Cassinus.

Die 11 Augusti Calendarium in lamina argentea utrimque insculptum exhibuit, quo dies cujusque hebdomadæ, die proposito cujusque anni Juliani & Gregoriani invenitur. Quod Calendarium faciendum jussit rogatus à quibusdam nobilibus Anglis.

C A P U T II.

De solsticio Hiemali.

I. **D**UX hoc anno contigerunt Lunæ eclipses, prior die 16 Maii, secunda die 9 Novembris. D. Cassini filius die 16 Junii varias è diversis locis missas observationes ejusdem eclipsis protulit, & inter alias P. Fontanæ Theatini ab Eminent. Cardinali Jansonio missas, & eo coram factas.

Die 9. Novembris altera contigit Lunæ eclipsis, quæ Lutetiarum videri non potuit, quod cælum esset nubibus obductum, sed observationes factæ Avenione & Rupellæ lectæ sunt à D. D. Cassino & De la Hire, quæ collatae cum calculo D. Le Févre cum eo ita consentiunt, ut medium eclipsis Rupellæ observatae uno tantum horæ minuto à prædicto calculo dissidat.

II. Die 22 Decembris observationes suas circa Hiemale solstitium perfectas recitavit D. Cassinus. Sol quidem tum temporis maxima planetarum parte erat comitatus: nam omnes fere planetæ signa Tropico proximi post Solem renuerunt, non simul, sed alii aliis succedentes. Jam ante biennium Saturnus signum Capricorni occupabat, ex quo exente Januario anni consequentis egressurus erat post suam cum Sole conjunctionem. Venus die 28 Novembris idem signum ingressa, ibi cum Marte coniuncta est in longitudine die 9 Decembris, cum Saturno die 19 ejusdem mensis, atque hoc ipso die 22 Decembris hinc egressa.

Mercurius eodem mense Decembri Solem comitatus est in signo Sagittarii, quod ingressus die 11, cum Luna conjungendus die 23, die 1 Januarii hoc signum deserturus.

Luna post illam cum Mercurio conjunctionem Soli die 24 socianda, cum Saturno, Marte, & Venere die 26 copulanda, sed ob latitudinem borealem hos planetas non reget: Solus Jupiter ab iis syzygis remotus manet in signo Libræ; planetæ reliqui omnes in hac Luna solstitiali minus quam unius signi spatio removentur.

Annales Sînenses à P. Martini relati concursus 5 planetarum in eodem signo meminerunt: sed D. Cassini in dissertatione peculiari, quam vir Nobiliss. & Doctiss. D. De la Loubere publici juris fecit in relatione sua de regno Siamensi, demonstravit id accidere non posuisse, nisi quingentis annis post tempus quod huic observationi tribuitur juxta eam methodum, qua ad nostram refertur epocham.

ANN. III. Omnem diligentiam ac studium adhibuit D. Cassinus, ut quam
1696. fieri posset, plurima ex his phænomenis tempore minus commodo ob-
servaret: nam cœlum ante mensim persæpe nubibus obductum obstat. In id potissimum incubuit, ut planetatum conjunctiones in eodem paral-
lelo deprehenderet, quæ observationes sunt certiores & clariores, quod
planetæ tum temporis quotidiana sua revolutione per aperturam tubi optici
ad primam stellam illac transeuntem directi, & in eodem situ immobilis
in conspectum veniant.

Singulas observationes commemorat D. Cassinus, primam Martis &
Veneris die 25 Novembris. Atque hinc differentiam inter Ascensiones
rectas utriusque planetæ etuit 7 grad. 25: sed Mars versus Austrum ma-
gis declinabat, quam Venus: unde conclusum ab eo fuit fore ut per
Veneris parallellum transitet matutino tempore, die proximo sequenti:
sed eo die cœlum omnino nubilum fuit, ac Barometrium simplex, quod
tempore observationis ad 27 dig. & 8 lin. altitudinem ascenderat, eo
die tanta celeritate descendit, ut digitii latitudinem intra sesqui-diem per-
cutteret, idque tantummodo altum foret 26 dig. & 8 lin. Quæ in loco
observatorii est minima fere hydrargyri altitudo: nec tamen ulla in aëre
facta est mutatio sensibilis.

I V. Nocte incunte per sudum tempus utrumque planetam licuit ob-
serveare, atque ita per complutes dies eorum situs & loca explorans, &
comparatione facta inter observationes dictum 7 & 12 Decembribus com-
petit Veneris Ascensionem rectum intra 5 dictum spatiam anteveterræ Af-
fensionem Martis 10 min. 24 sec. ita ut unoquoque die 2 min. 4 sec. va-
riaret Ascensio, atque omnibus rationibus ritè subductis invenit die 9 De-
cembris hor. 18 $\frac{1}{2}$ conjunctionem Martis & Veneris contigille.

V. Sic die 21 Decembribus postridie solstiti, cum mane serenum esset
cœlum, visus est Mercurius major solito, & plane rotundus, tametsi fal-
catus apparere debuisset, cum inferiorem sui circuli partem occuparet,
idque vaporibus circa horizontem suis tribuendum existimat D. Cassinus.
Tubo optico 5 pedum suis filis instiucto differentia Ascensionis rectæ solis
& Mercurii sumpta, tubo in eodem situ relieto, dum sol per eundem cir-
culum horatium transitet, quæ differentia inventa est unius hore 13 min.
52 sec. piulo major quam tabula Ephemeridum Argoli exhibeant, &
propior calculo Ephemeridum Merayachy, quæ hac in re multo sunt
accuracyiores.

VI. Incunte hoc anno D. Mataldi dissertationem è scripto recitavit
de variis mutationibus, quæ circa magnitudinem stellarum apparentem ac-
ciderunt juxta veterum Astronomorum observationes.

D. Cassinus die 23 Junii observationes suas legit circa transitum Martis
per Jovis parallellum. Idem die 1 Septembris scriptum legit de duabus fasciis,
nisi que non ante vissi, quis in Saturni globo detexit.

VII. D. Chazelles observationes à le factas annis 1693 & 94 in variis
matis Mediterranci locis, quod jussu Regis Christianissimi observando
peragravit, cum Academia, cui jam antea a scriptis suciat, communi-
cavit, ex quibus urbium aliquot longitudines & latitudines eruit plenum

Melitam se contulit, de cuius longitudine & latitudine jam supia diximus. *Ajro-*
Ex Insula Melitensi in Cyprum profectus Latneæ die 29 Decembris la-
titudinem invenit 34 gr. 54 min. 54 sec.

Alexandriam deinde Syriae, vulgo *Alexandrette* petuit, ubi Solis & Lunæ, ac stellarum quasdam Meridianas cepit altitudes à die 8 Januarii 1694 ad diem 28. Primi satellitis immersiones & emersiones aliquot designavit, nec non pyxis nautica variationem 14, 30 in easdem mundi partes. Die 8 & 9 Martii latitudinem Damietæ reperit 31, 21; variationem pyxis 12, 30 inter Boream & Zephitum, ut alias omnes.

VIII. Caëri à 19 Martii ad 8 Aprilis usque complures fecit observationes circa Solis, Lunæ, stellarum altitudes Meridianas, emersiones primi satellitis, conjunctionem secundi & quarti, & eorum à Jove distantiam. Ex emersione die 1 Aprilis Caëri visâ & ad calculum redactâ differentia longitudinum inter Caënum & Lutetiam 1 h. 58, 9. Ex emersione Caëri die 8 observata est itidem 1 hor. 58, 10.

Collatis altitudinibus Meridianis stellæ Polaris, & extremæ caudæ magnæ Ursæ, cum aliis spicæ virginis, & Syriæ, altitudo Poli inventa est Caëri 30 grad. 2 min. 20 sec.

IX. Circa longitudinem penduli hæc quoque sunt comperta ex observationibus altitudinum Solis inter se collatis. Horologium retardat solum 3 min. & 4 secundis, singulis diebus, cùm 19 tantummodo secundis tardius recurrere deberet, hinc sequitur illud 2 min. 45 tardius quam medius Solis motus exigat, incedere. Itaque globulum cuprum diametri unius digiti suspendit filamento arundineo, eique exsiccatio, nec contortio, quoque adeo globi pondere non produceatur, expertus est filum vel unius capilli latitudine auctum, aut immunitum in vibrationibus penduli simplicissimi intra 8 aut 10 minuta temporis unius secundi minutus differentiam inducere.

Cum igitur pendulum simplex ita esset compositum, ut intra 24 horas præverteret horologium 2 min. 46 secun. & cum medio motu Solis conveniret, inter punctum suspensionis, & supiemam partem globi cupri distanti in dimetris invenit quartæ linea parte breviorem quam Lutetiae.

X. Acus Magnetice variatio inventa est 12 gr. 15 m. Pyramides ipsas invisit, & cm. ium maximæ verticem confecdit: prope hanc est alia paulò minor, & aliquantò longius sunt aliae tuis in eadem linea constitutæ ab ortu in occasum dispetitæ; latera cujusque Pyramidis à Borea in Austrum directa, quod utique linam Meridianam prorsus esse immotam evincit. Nam Pyramides multis saeculis ante pyxis nauticæ inventionem erectorum, sic disponi aliter non potuerunt, quam per observationes Astronomicas ab iis erroribus immunes, quas acus magnetica inducit.

Usus è lateribus basis funiculo dimetens invenit 690 pedum; à summo vertice ad angulum basis 640: sed altitudini desunt 4 aut quinque hexapedæ, & latus subjectæ hæc in solo inaequali, & in medio se attingente sunt dimicantes; altitudo ad 600 pedes exigi potest: basis quatuor sunt facies, seu 4 triangula aquilatera.

Itaque superficies basis erit 12100 hexaped. & solidum Pyramidis 313550 hexap. cubicatum,

ANN. 1596. X I. Alexandria à 17 Aprilis usque ad 3 Junii omne genus observationum fecit. Ex variis emersionibus primi satellitis cum Parisiensi calculo collatis, constanter invenit differentiam longitudinum 1. hor. 51 m. & aliquot secund.

Dardanellis latitudo, 40, 10.

Constantinopoli à sexto die Septembris ad finem usque Octobris in Francie Palatio observations omnis generis fecit, differentiam longitudinum inter Constantinopolim & Lutetiam ex immersione primi satellitis die 24 hor. 2, 19, invenit h. 1 46, 14, die 21 altitudo Solis inventa 49, 48, 35, acus magneticæ variatio 12 grad.

C A P U T III.

De Geometricis.

I. **Q**UÆ Matheſeos ſunt puræ, cujusmodi ſunt Geometrica, Arithmetica, & Algebraica, quæque ſunt Matheſeos cum Phyſica permixta, Mechanica nimitrum, Hydroſtatica, Optica hoc vertente anno agitata, & pertractata diligenter exſcribere ſi liberet, juſto volumine opus eſtet. Itaque ſatis nobis fuerit ſumma eorum capita decurrere, qua in ſcriniis Academiarum affervantur.

Ineunte hoc anno nempe die 26 Januarii D. De la Hite quadraturam conchoïdis circuli tum integratam, tum etiam per partes delineatam & demonstratam exhibuit, uti & cochlear, ſeu limacis figuram, quam D. Paschal olim proposuerat, cujus tangentes Dominus De Roberval methodo ſua uifata per motus compositos tradidit p. 88. collectionum Mathematicarum, quas D. De la Hite edidit. In hujus, inquam, figuræ descriptione, qua species quædam eſt ſpiralis, D. De Roberval ait eam, qua huic figuræ deſcribendæ adhibetur regulam aut mensuram, minorem eſſe oportere diametro circuli generantis, quæque illi ut basis ſubſteinatur.

Hæc erat conditio huic figuræ necessaria, qua si defit, ubique per omnia circuli generantis puncta non aliud quā dimidiata revolutio formabitur, quod cum cochlear aut limacis nomine à D. Paschal huic figuræ indito, & ejus uſu, cui erat destinata, non conveniret. Sed neque id objici potest, D. De Roberval limacis tantummodo quadraturam demonstrasse, neque aliud quiddam p. æter Conchoïdem circuli, cujus regula aut mensura minor sit diametro circuli generantis, ab eo spectatam fuisse: quandoquidem ejus methodus non ſolum ad omne genus conchoïdis circuli, ſed etiam ad teliqua omnia aquè pertineret.

Is quippe in Tractatu *De Indivisibilibus*, qui in iisdem Collectionibus fuit euulgatus p. 198 methodum tradit, qua ſpatia omnium conchoïdum quadrantur, atque ibi circuli conchoïdes exponuntur, nulla quidem limacis facta mentione, ſed nullam adhibet restrictionem. Nam qua ab eo usurpatur methodus quadrandi, omni geneti conchoïdum circuli convenit.

Quadraturam verò spatii hujus lineæ, cujuscunque sit naturæ, inventum D. De la Hire eo ipso tempore quo hæ Collectiones typis mandabantur. Hanc utique non solum ad omnes ejus generis conchoïdas integras, sed etiam ad omnia eorum segmenta, & ad innumeras alias lineas ejusdem speciei pertinere facile intelligitur.

I I. Longo post tempore, nempe mense Augusto, novum quodam genus spiralis lineæ certis conditionibus adjectis proposuit D. Sauveur, cuius descriptionem, quadraturam, tangentes D. Varignon paulo post demonstravit.

I II. Die 14 Julii D. De Lagny novam Hyperboles quadraturam proposuit, & die 21 ejusdem mensis animadversiones suas in quadraturam Hyperboles à D. Mercatore traditam legit, quam paucis post diebus propugnavit D. De la Hite. Idem D. De Lagny 11 Novembris Tractatum *De Angulo solido* legit.

I V. D. De Varignon Cartesii ovales figuræ ex ipsius methodo demonstravit, tum per analysis, tum citra analysis. Idem incunte Februatio illius curvæ, quam cymba per canalem tracta describit, naturam expusat cum superficie & soliditate corporis hanc lineam descriptentis, cum circum suam Asymptoton veritat. .1.

V. Eodem die animadversiones in signa radicalia proposuit D. Rolle, quovis dimensiones ad summum habere debeant æquationes à signis suis liberatae.

Die decimo Martii observationes quoque suas in æquationes quarti gradus proposuit, ubi ostendit æquationem propositam esse solidam, ubi reducta nulla est radix rationalis, atque hac de re regulas datas esse mutillas & imperfectas.

V I. Cùm analysis quantitatum, quæ in infinitum parvæ concipiuntur, ab Illustri Marchione nuper editæ Geometrarum ingenia plurimū exerceat, D. Sauveur die 23 Junii demonstrationem linearum proposuit calculi, quem differentialē vocant, in multiplicatione & divisione quantitatum.

VII. Die 7 Aprilis D. Rolle demonstrationes suas Geometricas exposuit, quibus methodum à D. Slusio traditam minus sufficere inveniendis locis vel simplicioribus existimat.

VIII. Die 12 Maii Illustriss. Abbas D. Bignon misit ad Academiam novam methodum. D. De Lagny, qui tum Lugduni versabatur, qua problemata indeterminata resolvuntur in numeros integros in simplicibus, duplicitibus, triplicibus &c. æquationibus primi, secundi, tertii &c. gradūs.

In eo quidem scripto illud advertit veteres noluisse in problematibus numericis analyses irrationales admittere, quod numeros irrationales ut versus numeros non agnoverint. Nullam eorum mentionem facit Euclides I. 7, 8 & 9 Elementorum: decimo quidem Libro lineæ tantum rectangularum & quadratorum irrationales, non numeri continentur. Existimavit ille quidem hanc unam esse naturalem & accuratam incommensurabilis rationes considerandi viam, in qua quidem eum errasse putat D. De Lagny, cùm lineæ oculis tantummodo exponantur, atque ut eorum propor-

ANN. tiones perspecte habentur, ad numeros omnino sit configendum, qui intelligibili modo omnium quantitatum inter se rationes exprimunt, cum sunt rationales aut commensurabiles: cùm autem sunt irrationales, nec communem habent mensuram, numeri irrationales, & Logarithmici easdem rationes, & habitudines exprimunt modo, quantum fieri potest intelligibili; cui tamen inest quædam indefinita obscuritas: et si hæc in infinitum minuitur, dum integræ numeri substituuntur, qui magis ac magis accedunt ad numerorum irrationalium summam, seu excellu, seu defectu nonnihil aberrant, neque eos unquam æquare possint.

Quin etiam Euclides ipse fractiones rationales pro veris numeris non habuit, quæque ab eo Libro septimo assertur numeri definitio, his non magis convenit, quam irrationalibus: nec sane abstracta fractio primo intuita considerari potest, cùm unitas intelligibilis eadem sit indivisa.

Diophantus qui solutiones omnes irrationales rejicit, integris & fractiōnibus ubique utitur, quæque proponit problemata, eadē sunt primi gradū, eaque aut indefinita, aut certis conditionibus adstricta, quibus rationalia penitus afficiuntur. Una superest difficultas in iis, quæ cùm sint indeterminata, ad irrationalia naturaliter recidunt: atque in hoc omnis industria posita est, ut iræqualitas ita formetur, ut inter infinitas solutiones tum rationales, tum irrationales illæ necessariò reperiantur. Nisi hæc adhibeatur restrictio, problemata soluto difficultissima erunt adeo facilia, ut quæ proponantur, indigna proflus videri possint.

Nec immetitio numeri rationales aliis præferuntur: nam quæ perfectæ & accuratè percipit animus, eum majori oblectatione complent, quam quæ imperfectæ tantummodo & obscurè percipi possunt.

Diophantus & alii Veteres negativas solutiones non agnovetunt, eaque videtur penitus abiciendæ, cùm eorum ope positivæ inveniti nequeant. Tum vero problema est soluto impossibile, quæque assertuntur solutiones negativa, eadē sunt positivæ alterius problematis consimilis signi permutando. Varios perfectionis gradus in solutione problematis numerici & indefiniti ad quatuor revocat. Primus est ut numeris rationalibus contingatur. 2. Ut numeri sint positivi. 3. ut sint integri. 4. denique ut sint universales, ita ut numeros omnes, qui proposito problemati satisfaciunt, comprehendantur.

Hæc utique variis illustrat exemplis, quæ omittimus. Jam decimo die Martii Lugduno misserat duplē quadraturam analyticam circuli integri, ut cupusque lectoris & segmenti dati.

XIX. D. Sauveur die Junii 30 regulam circa potentias generalem demonstravit, scu illæ sint perfectæ, scu imperfectæ, eaque ad calculum differentialē pertinet.

X. D. Varignon die 14 Aprilis Methodum legit & demonstravit, qua potentiatum summa seu valor invenitur, quatum exponentia sunt ignota: ita ut exponentia illa explorata habeantur cum potentias, que exponentibus sunt affecta.

XI. D. Sauveur Die 5 Maii lineæ Logarithmicas demonstrationem attulit, quam regulis fœneratitiis applicat.

Idem 7 Julii regulam aliam proposuit inveniendæ summæ potentiarum Geom. in progressionē Arithmetica, in qua numerus est infinitus. Hæc summationem decurrimus, inventa ipsa, aut excogitata referre contenti non omissis diebus & mensibus, quibus sunt proposita: nam demonstrationes in Tabulariis Academæ afferantur, ex quibus cum opus fuerit, deponentur.

XII. D. Couplet die 24 Martii artem exposuit, qua tubus telescopii 100 pedum rectus permaneat, idque facilè & citè ad quanvis rem objectam dirigatur, ac si longitudini ejus nonnulli insint defectus, statim afferatur medium. Scriptum illud legit, ac figuræ omnes delineavit, quæ Academæ probatae sunt.

XIII. Paucis post diebus D. Sauveur Moletrinæ cujusdam formam delineavit, quæ vim & celeritatem venti dimetitur.

XIV. D. De Lagny, qui à die 11 Mensis Decembri anni 1695 jam in Academiam ascitus fuerat, cum Lutetiam venisset, scriptum de accelerato corporum motu perlegit die 16 Junii. Cumque adversus hypothesis ad eo constitutam objectæ ei fuissent D. Mariotte tum hypothesis, tum observationes, die 18 Augusti animadversiones suas in utrasque proposuit, quas hoc loco summationem attingam.

Primum quidem id hypothesis loco ponit D. Mariotte globum plumbeum, cuius diameter est 6 linearum 15 pedes intra minutum secundum descendendo percurrere in vacuo, 14 vero in aëre: adeo ut hæc aëris resistentia eo primo temporis spatio unum pedem detrahatur.

Ex hac hypothesis quam micè arbitratiam existimat D. De Lagny, methodum tradit D. Mariotte, qua spatium decurrentum ab eo globulo quolibet numero secundorum dato inveniatur. Quam methodum D. De Lagny ad breviorē & faciliore calculum revocat. Sit ex. gr. numerus datum secundorum 2, hujus quadratum numerum per $14\frac{1}{2}$ multiplicata, prodibunt 58, tum cubi numeri 2, qui est 8, dimidio, nempe 4, subducto ab eo numero 58 restabunt 54, qui numerus est pedum, quos intra duo minuta secunda in descensu suo decurrit globulus plumbeus.

Sic dato numero 10, ejus quadratum 100 multiplicata per $14\frac{1}{2}$: summa erit 1450; ex his substrahe 500, quæ est pars dimidia cubi numeri dati 10, restabit numerus 950; tot scilicet pedes intra 10 secunda peragrabilitate globus plumbeus. Quæ cum tabula D. Mariotte optimè convenient. Hanc vero methodum multiplici ratione reprehendit D. De Lagny, & ea præcipue quod globus ille post 19 sec. & $\frac{1}{3}$, postquam $1806\frac{16}{17}$ pedes in descensu peragrari, motu deorsum omnino sit destituendus: cum tamen & montes & fodinae multo altiores occurrant, atque ex iis gravia quæque corpora decidant. Id vero consequens futurum sic probat: Quod si 20 sec. sumantur, quadratum hujus numeri erit 400; quod ductum per $14\frac{1}{2}$ efficit 5800: ex quo si detrahas 4000, dimidiā partem cubi numeri dati 20, quod restabit, illud erit 1800: adeo ut hic numerus pedum minor sit $1806\frac{16}{17}$ quos intra 19 sec. & $\frac{1}{3}$ pila plumbea peragraverat. Sic calculo inito post 29 sec. pila eo descendet, unde incepereat descendere, atque it motum suum coniuaret sursum.

ANN. 1696. Qux quidem absurdâ in corporibus levioribus, ut in ceteris, & subete erunt manifestiora. Nam ex illius tabulis globus subcreus & linea descensus suo cessabit, antequam 38 pedes confecerit. Hæc utique omissa non oportuit, ut accuratiori examini subjiciantur, neve errores, si qui obrepserint, incendiati relinquantur.

X V. Eandem ob rationem D. De la Hire die 14 Julii quædam propositiones hydrostaticas à D. Mariotte ad incudem revocavit. Illud enim facendum est, quod in ea dissertatione præfatur, difficultatum esse liquidorum vires, cum in seipso, aut in dura agunt corpora, accuratè definire. Unde multas in Heronis pneumaticis propositiones ostendit D. De la Hire, quæ defendi nullatenus posunt, ut aliquæ sunt machinæ, quæ si executioni mandarentur, proposito fine fraudarentur. Sic in Opusculo D. Mariotte de aquis nonnulla ejus generis correctione eagent. Hujus generis est secunda regula, quam in parte secunda sui opusculi proponit, ubi nisum & vim aquæ salientis exponit in subjectum receptaculi foramen, simul & aeris impulsu.

In quarta regula alteram proponit machinam D. Mariotte, qua salientis aquæ jetus, & ejus vim dimiciti licet. In utraque propositione universum enuntiari probat D. De la Hire, quod in certo tantummodo casu singulari vetum est. Cum etiam æt & aqua duo sint corpora liquida naturæ diversæ, quorum unum compitimi facile possit, alterum non item, eorum effectus explicatu sunt difficiliores.

X V I. Neque id mirum si in rebus obscuris partim Physicis, partim Geometricis acerrimo viri ingenio interdum nonnullo errore labantur; cum propositiones, quæ omnium gentium & etatuum consensum meruerunt, in dubium veniant, & ex certis, ut videbantur, incertæ admodum fiant. Hujus generis est terræ figura Sphærica, de qua ante nostram etatem nulla pene fuit dubitatio. Nunc tamen de ea re magna est contentio, quam suè exposuit D. Varignon die 19 Aug. Cum plerique eam esse Sphæroïdis figuræ existiment, ut D. D. Neuton & Hugens, sic tamen ut axis terræ sit brevior diameter, idque ex vi centrifuga, qua gravia quæque corpora à centro motus recedere conantur, D. Hugens colligit. Ac minorum esse nisum illum sub Äquatore, ex pendulorum minori longitudine concludit. Nam diurnus telluris motus, inquit, cum sit major sub Äquatore, quam versus Polos, de corporum gravitate aliquid detrahit, atque methodo Geometrica quæ sit ratio hujus nisus ad gravitatem absolutam inquirit.

Alii contra axem terræ esse majorem illius diametrum opinantur: adeo ut singuli Meridiani sint ellipticæ figuræ, idque ex variis terræ mensuris à diversis Autoribus allatis colligi posse putant.

Mitto alia complura hujus anni decursu agitata, tum in Musica, cuius novum systema exposuit D. Sauveur, tum in Optica.

XVII. De accelerato motu gravium dissertationem è scripto recitavit D. De Lagny Mense Junio.

Demonstratio indefinita de centris gravitatis arcus cuiuslibet Elliptici, & superficium, quas isti arcus describunt, cum circa quainvis diametrum

rum vertuntur, proposita fuit à D. Varignon Mense Decembri,

XVIII. Silentio prætermittere non possum examen Libri, cuius titulus est *De Radiis visus & lucis in vitris perspectivis, & de Iride Tractatus* Marci Antonii de Dominis. Id quidem apertissime demonstrat D. De la Hire hunc Autorem ea in re prouersus cæcutire, neque adeo id verum esse, quod nonnullis visum fuit Cartesium ex eo Libro suum de Iride systema esse mutuatum. Inscitiae suæ argumentum præbet in Cap. 3. & 5. ubi contendit visionem fieri in anteriore superficie crystallini humotis; negat ullam fieri refractionem intra oculum; colores prismatis vitrei diversæ ipsius vitri crastitici refert acceptos. Cap. 6. de usu vitrorum tum convexorum, tum cavorum sic disserit, ut se rudem prouersus Dioptricæ, & omnis Matheseos ignarum præbeat. Longior sum, si reliqua vclim persequi: & quidem memini legisse in Libro *De Meteoris Libertii Fromondi* hunc Autorem inclitem fuisse Philosophum quam Theologum, sed verius scripsisset nec Theologum fuisse, nec Philosophum.

Atque h̄c finem imponimus Labori nostro, ex quo non ingenii, non eruditioñis, ac ne industrie quidem, sed obsequii laudem captamus. Deo uni & Trino laus omnis, & gloria ut par est, tribuatur. *Quis est enim*, inquit, Aug. Tractatu v 111. in Joannem, qui considerat Opera Dei, quibus regitur & administratur hic mundus, & non obstupefecit, obruiturque miraculis..... Et videmus hæc, & si est in nobis Spiritus illius, sic nobis placent ut Artifex laudetur, non ut ad opera conversi ab Artifice avertamur, & faciem quodammodo ponentes ad ea qua fecit, dorsum ad Artificem qui fecit.

F I N I S.



INDEX RERUM.

A

- A** Cademir Scientiarum prima
Institutio, & quibus de causis
à Rege Christianill: fuerit consti-
tuta, pag. 2, 3, 4. E quibus Aca-
demicis ab initio confusa fuerit,
tum Mathematicis, tum Physicis,
4, 5. Quæ prima illius fuerint
exordia, ibid. 6 & 8.
Academicorum Opera ante annum
1681 publicata, 197
Accipiteris, v. un éturgeon, descrip-
tio, 66, 77
Acetosæ analysis maceratione p̄-
missa, 225
Acidum & Alcali, 15 & 115, co-
rum pugna, 252, & alibi p̄f-
fim, ut 115
Æquinoctium utrumque Cavenne
observatum, 109, & alibi sape
de æquinoctii veri & mediî dif-
ferentia, 181
Æstus matis variis in locis exploratus,
201 & 202. Illius phænomena, 180,
qualis sit Cayennæ, 156
Aëris pondus, 371, 372
Aëris claternum, 372 & seq.
Alces, v. Elam, descriptio, 121
Alexandrie latitudo & longitudo
exp'orita, 309
Algebrae nova regulæ, 291, & ali-
bi p̄fim, ut 233. Opus Alge-
braicum, 262
Alimentorum distributio, 138, &
seq.
Allii usus, 301
Alopccias seu vulpes marina, 121
Alumen, 348
- Angine curatio, 355
Analyses Chymicæ variis modis per-
ficiuntur, 60, 61, ubi de ana-
lysi plantarum uulvetum, item
166 & 114.
Analysis purgantium, & diureticorum, 211
Antimonii tinctura, 301
Apogœa & excentricitates Planeta-
rum, 55 & 56
Apoplexia, 253
Apii hortensis usus in vulneribus, 345
Aquarium tenuitas & densitas quo-
modo explorentur, 90 & 91
210, 211
Aquarium mineralium examen & ana-
lysis, 14, 24, 25, & sequenti-
bus, item pag. 90
Aqua mineralis per æolipilam erum-
pentis usus, 177
Aqua marinæ salsugo quomodo tolli
possit, 59, 195, 224. Illius coa-
gulatio, 196
De aquæ profluentis motu & pressio-
ne, 44, & seq. De vi motrice
aqua & aëris, 47, & seq. 262
Aqua salientes qua ratione è patuis
profundis educantur in agro Bo-
noniensi, & in Austria, 98
Aqua salientis motus juxta fontis al-
titudinem, & tubalorum latitudi-
num ad calculum revocatur, 173
& 174, item 262
Aqua Stipuicæ præparatio 155, item
265
Aqua fontium, que Vetsalias

deducuntur, examinatae, 210 &

211

Aqua fortis, 346
Aqilarum varia genera & descriptio
128

Astronomiae utilitas, 34

Arenatum ut facile indurescat, 370

Āmosphæræ altitudo, 374 & 375

Auditus organum, quale sit in p̄f-
cibus, 169

Avis picta, v. *pintade*, 253

Avis Africanæ, seu Galli Indicæ des-
criptio, 128

Avis tardæ, v. *outarde*, descriptio,
128

Avis regiae descriptio, 248

Avis Paradisi, 213

Avium volatus, 131

Avium respiratio, 260

In avibus plumatum structura, 131

Auri cujusdam potabilis præparatio,
349

Aurum fulminans, 155

Auri duæ proprietates, 378

Aurichalcum circa lapidem calamite-
natem factum, & illius usus, 349

& 350

B

B Arometri diversæ altitudines in
Zona torrida, de die minores,

noctu majores, 206 & 273

Barometra hydrargyti & aquæ sumi
inter se collata, 215

In Barometro lumen, 312

Bilis natura & usus, 282 & 283

Botanicæ exercitationes, quales esse
debent, 10 & 11

Botanicæ principia, seu elementa,
326 & seq.

In Bulbis tulippæ folia & flores con-
tinetur, 155

Bulbi liliæ cruenti quomodo rei o-
ventur, 166

C

C Acao analysis, 247, illius sili-
qua, 236, oleum ex eo edu-
ctum, 345

Calcis præparatio, 29 & seq.

Calci falem incelle fixum, 348

Caloris effectus quidam, 178

Calor in Indiis qualis sit, 273. Fer-
rum tundendo incalescit, 301, de ca-
lore, 255

Cameli descriptio, 120, 253

Camphoræ usus, 316

Canalis communicationis in factu,
356 & seq.

Cannabi analysis, 155

Canis r. bidi mortus, 359

Caphæi analysis, 243

Capillorum structura & vegetatio,
158

Capra Lybica, v. *Gazelle*, 121

Carmini color, 345

Casuelis seu avis Indicæ descriptio,
132

Castor seu fiber, 121

Castoreum, *ibid*

Cærulei cineres, 313

Cæruleum artificiale, 314

Carmeni durissimi præparatio, 174
& 179

Cercopitheci descriptio, 124

Cervi Canadensis, & cervæ Sardi-
niae descriptio ; 125

Cervini cornu natura & origo, *ibid*
Chalybis aquæ fervidæ impositi ca-
lor, 255

Chalybis, limature aqua perfusa &
distillatae analysis, 211 & 212

Chameleontis dilectione, cur intumescat &
detumescat ad hibitum, 118
& 119

Capillorum structura & vegetatio,
158

Charia Geographica juxta recentio-
rum obseruationes, 310

E e i j

- Crystellini humoris varia conformatio, 319, & alibi passim.
- Ciconia descriptio, 212
- Cichoræ silvestris analysis, 253
- Coagulationes liquorum variae, 74
& seq. Laetis, albuminis ovi, sanguinis, felis bubuli, 142, 143
- Coagulationis cauæ, 78
- Alii circa coagulationem experimen-
ta, 225
- Cochleariæ analysis, 246, 247 &
300
- Cocci Baphici, seu Kermes pulvis,
314. Cochenillæ grana, ibid
- Colocyntidis tuneluta, 176. Analysis
166
- Columnæ è tympanis coagmentatae,
369
- De coloribus tractatus D. Mariotte,
179. Colores Iridis, ibid. & 195
- Cometa anni 1677, & illius pha-
nomena, 159
- Cometa anni 1680, & illius motus,
197 & seq.
- Cometa anni 1682, 205
- Conchylia, & majores conchæ è ter-
ra effodiuntur, 235
- Congelatio, quædam circa illam fa-
cta experimenta, 226
- Congelationis cauæ, 92 & seq.
- Cornea tunica, 248
- Corvi marini, v. Cormoran, descrip-
tio, 126
- Criteria, quibus stirpium principia
dignoscuntur, 114
- Crocodilus, 157: illius descriptio,
192, & seq.
- Cuncii virtes, 308
- Cupri inauratio, 35: viridis color in
flamma, 377
- Curvarum tangentes, 52
- Cycli Solares & Lunares, 185 &
seq. 245

D

- S**erenissimus Franciæ Delphinus
anno 1677 Academiam & Obser-
vatorium invisit, & eo coram quæ-
dam facta sunt experimenta, 154
158, 162, 169
- Dentes elephantis, 192
- Dentium formatio, 260
- Dentes formati extra uterum, 351
- Descensus gravium, 163 & seq. item
399
- Diametri planetarum qua ratiore ex-
ploratae habentur, 36 & 38. dia-
metri Solis & lunæ, 37, 146
- Digestio alimentorum, 350 & 351
- Directio projectionum, 162
- Dissertatio de Lunæ deflectione, 204
& 238
- Dissertatio de Solis eclipsi, 231 &
232
- Dissertatio de rationibus compositis
ex iisdem rationibus, 209
- Dissertatio de producenda linea Me-
ridiana ab Oceano ad mare Me-
diterraneum, 220 & seq.
- Dissertatio de Saturni satellibus, 244
ubi de Jovis satellibus.
- Dissertatio de rebus Aftonomicis,
de solenni paschatis die, 257, de
ponderibus & mensuris, 262
- Dissertatio de plantatum vegetatio-
ne, 264

E

- E**Chini, v. Herisson, descriptio,
124
- Eclipsis Lunæ anno 1668 observata
in Monte Martyrum, 41 & 42
- Eclipsis Lune in Apogeo, 238
- Eclipsis Horizontalis, 37. Eclip-
sis Solis Lutetiae & Cayenna ob-
servata anno 1672, 108. Aliæ pas-
sim Eclipses suis quæque tempo-

R E R U M

| | |
|--|-----|
| ribus designantur ut atno 1693 309, | 405 |
| anno 1666 , 37 | 380 |
| Eclipsis Jovis & satellitum ejus interiectu corporis Lunaris , | 244 |
| Eclipses primi satellitis Jovis variis in locis observatae , è quibus longitudinum differentiae sunt eruta , | |
| passim , ut pag. 108 Lutetiam inter & Cayennam. | |

Effervescentia liquorum , 142

Elaterii vis , 97

Elephantis descriptio , 190 : ilhus

proboscidis structura & usus , 191

& 192

Epochæ aliquot veteres & novæ , 186

Epochæ Sinensem , 262

Ephemerides motûs primi satellitis

Jovis correctæ , 182

Erinacci disjectio , 66 & 219

Etrucarum varia species , 67 , 68 & alibi.

Experimenta quomodo facienda , 12
13

Experimenta hydrostatica , 209 & 210

F

F Ebres malignæ , & eorum curatio , 315 , & 387

Felis odorata , v. Civette , disjectio , 227 & 228 t

Felis sulli analysis , 247

Ferrum gelu contractum , 263 & alibi.

Ferti iniuratio , 379

Flammae phænomena quædam , 376
& seq.

Fontium origo , 253 & 296

Fontes quidam singulares , 255

Fraxinellæ quædam mirabilis mutatio , & illius causa , 297

Frigoris varia phænomena , 12 , 92
cut solam aquam dilatet , 295

Frontini Liber Gallicè redditus ab Academicis , 239

Fructus quidam Indici grati sapotris , 250

Fuliginis natura & principia , 347

G

G Allinæ Africanæ , v. Pintade ;
descriptio , 127

Gallæ tabula reformata , 207 . 220
& 233

Geographiæ progressus , 277

Geometræ varia theorematæ & problemata , 290 , 291 , 187 , 310

Geometriæ Tractatus , 202 , 208 & 360

Gemmæ factitiæ , 378 & seq.

Glacies quomodo concrescat , 92 &
93 ; varia circa glaciem experimen-

ta , 93 & 94

Glaciei velut officina quædam natu-

ralis in Comitatu Burgundia , 241

De Gnomonica Tractatus , 209

Gorreæ latitudo & longitudo , 205

& 206

Gravium descensus , 80 & seq. 292
& 293. Motus acceleratus gravium

post certum spatium decursum
cessat , 86 & 87

Grus sc : Geranos , 39

Gruis Africanae disjectio , 243

Gryphi descriptio , 253 & 254

Gummi gutta ex arbore , 157

Cyprinus piscis . 254

H

H Eronis Alexandrini de spirita-

libus Liber examinatur , 266

Hæmorroïdarium sanatio , 355

Heilbronæ anno 1689 novum phæno-

menon visum , 259

Historia animalium anatomica gene-

ratim , 115 & 116

Historiæ plantarum prodomus , 111

Horologium oscillatorium Hugenii ,

100

| | |
|---|--|
| Horologium portatile <i>passim</i> , cum pendulo, 189. Aliud novum, 240 | Juniperi essentia, 381 |
| Hydratgyri usus, 315 | Jupiter ellipticæ figuræ visus, 278 |
| Non induatur plumbi fumo, 141. | |
| Illiis in Barometro suspensi, pro varia altitudine loci, 106 | L |
| Hydrosis curatio, 259 & 264 | Actis analysis, 212 |
| Hydrostatica experimenta, 209, & alibi <i>passim</i> theorema hydrostati. cum cum sua demonstratione, 361 | Lacerti Indici exuviae, 213 |
| Hydrocephali dissecatio, 170 | Lacus Huronum astu reciprocō agitatur, 184 |
| Hypocondriaci moibi curatio, 355 | Lacerii viridis cauda resecta renalc̄ vila est, 243 |
| Hyena, v. <i>Civette</i> , 122, 161 | Lacertus Siamensis dictus <i>Togucet</i> , 235 |
| S. Hyppoliti Canon Paschalisi, 350
& seq. | Lacteæ silvestris analysis, 217 |
| Hystricis, v. <i>Porc-épic</i> , forma corporis exterior, lingua, pellis, aculeorum figura & otigo, 124
227, pancreas ductus, 283 | Lappæ folia adversus venena, 177 |
| | Lapidum concretio, 18 |
| | Lapidum concretiones in aqua ductibus, 247 |
| | Lapis Indicus qui vulnera sanare perhibetur, 215 |
| | Lapidis Bononiensis calcinatio, 247 |
| | Leonis & Leænae anatomie, 116,
117, & alibi. |
| | Leonis partes interiores felium visceribus non absimiles, 116. Illius cystis fellea, 265 |
| Ibis descriptio, 212 | Ad Libellam exacta magna terrarum spatia inter Ligetim & Vesalias interjecta, 146, 165 |
| Icterus, 264 | Libellandi ars, 99 |
| Intestinorum motus peristalticus, 138
corum conformatio, 139 | Libile structura, 100, & alibi,
ejus usus, 146 |
| Insula S. Thomæ, 205 | Librationis motus in Luna, 147 |
| Insecta quæ malis aureis insident, 275 | Librae quoddam genus singulare, 147 |
| Jovis satellites <i>passim</i> novæ in Jove maculæ & fasciæ, 160, 171, 266
275, variæ earum mutationes, 276 & 277. It signis macula in tertio Jovis satellite, 171 & 269 | Linea Meridiana in Ecclesia S. Petronii Bononiae nihil mutata, 365 |
| Jovis revolutio circa suum axem, 171, & alibi <i>passim</i> . | Liquoris ex hydroptico educti analysis |
| Jovis Eclipsis, 181 | Experimenta quædam cœtra liquorum effervescentiam & coagulationem, 142 |
| Jovis satellitum eclipses, & earum usus, 181, 182, 183, & alibi. | Liquorum æquilibrium, 279 |
| Iris ex omni parte rubea, 263. An-gulus Iridis, 189. De Iride Tra-
ctatus editus, 176 | Locusta Poloræ, 265 |
| De Isoperimetris figuris demonstra-tiones, 262 | Longitudinum arcum propositum &
discutsum, 42, 43, 144, & alibi. |

R E R U M.

| | |
|--|-----|
| | 407 |
| Longitudinum differentiæ qua ratio- | |
| ne haberi possint à viatoribus per | |
| Eclipses primi satellitis Jovis , | |
| etiam si observatio alio in loco facta | |
| non fuerit, & varia ejus rei exem- | |
| pla, 219 & 220 | |
| Longitudines & latitudines aliquot | |
| urbium Armoricae & Normaniae , | |
| 201, 202 | |
| Longitudines & latitudines quarum- | |
| dam urbium Provinciarum , & circa | |
| utriusque maris littora , 207 | |
| 'Aliquot Insulatum in America lon- | |
| gitudines , 206 | |
| Ludovicus M. Academiam invisi an- | |
| no 1681, 196, & 197, & Ob- | |
| servatorium , 205 | |
| Lutetia à primo Meridiano distat 20 | |
| gr. cum semissile , 365 | |
| Lumen recens detectum secundum | |
| Zodiacum porrectum , 218 | |
| Lumen in fructu carnis agrinæ , 1, 6 | |
| Lupus cervarius , 244 | |
| Lutra dissectio & descriptio , 121 | |
| & 122 | |
| | M |
| M Achina pneumatica , & varia | |
| in ea facta experimenta , 57 | |
| 58, 250, 295, 313 | |
| Machina emolliendis ossibus destina- | |
| ta , 195 | |
| Machina Planetaria D. Roemer ; al- | |
| terta Lunæ motibus dimetiendis ; | |
| tertia D. De la Hite ad Eclipses | |
| inveniendas , 187 | |
| Machina qua rudentes navium si- | |
| stuntur , 240 | |
| Machinarum typi , 39 | |
| Machinacris opus iussu Regis Chri- | |
| stianiss. suscepsum , 147 & seq. | |
| Operis forma designata , 148. Va- | |
| riæ machinæ propositæ , 152 | |
| Macrocephali infantis descriptio , 214 | |
| Maculæ Solis , 170, 171, 230, 237 | |
| | N |
| N Arium structura , 169 | |
| Navium fabrica quædam singu- | |
| laris , 169 & 202 | |
| Naves à diffractione tutiores , 174 | |
| De arte navig. Liber examinatus , 46 | |

Circa rivem quedam observationes,

258

Nitidi vapores, 382

Nostoc analysis, 166

Numerorum certa progressio & insig-
nes ejus proprietates, 183Nutritio plantatum, & succi nutri-
tii ascensus, 298 & 299

O

Observatorium Regium, 101Observatorium à Rege M. B.
invisum anno 1690, qui instrumen-
torum & machinarum apparatus
lustravit, p. 266 usque ad p. 172Observationes in Indicis regionibus
factæ, 272, & alibi passim, ut
277. In Sinensi regno factæ, 307
308Observationes Astronomicæ in pla-
gis Orientalibus factæ, 277Observationes in Dania factæ, 102
Cayenne, 107Observationes factæ anno 1696 circa
Planciarum coniunctiones, 344Observationes factæ in mari Medi-
terraneo, 394, & 399

Oculus Struthionis, 248, 274

Oculus felis in aquam demersi, 228

Olei è plantis extracti fætidi analy-
sis per iteratas distillationes facta,
140, 287, 380

Opii usus, 177, 316, 386, 387

Optics præcipua theorematæ, 316,
317, & seq.Organotum inversio in militis cada-
vete, 261Otus, seu Numidæ puella, & ejus
dissectio, 129Ovalis foraminis in fætu usus & stu-
dita, 302, & seq.Ovales figuræ Cartesii demonstratae
per analysis, & citta analysis,
397

P

PAlanga, v. *Rouleau*, 245Palma tituncus cum radice in la-
pidem convertus, 286Palpebra interioris in avibus struc-
tura, 133, 134, 248, 388

Palpebra superioris tres musculi, 248

Paludosa loca in quibusd.m Cetina-
nia locis attolluntur, 214

Parallaxis Martis & Solis, 230

Parabolatum amplitudines in proje-
ctionibus exploratæ, 162, 163

Parheliorum nova phænomena, 294

Patetariæ herbæ adhærentiæ cimicæ, 265

Pantheræ descriptio, 180

Pelicanæ pellis respersa cellulis, illius
avis descriptio, plumarum radices
& fibre earum motrices, 283, 284Penduli longitudo Cayennæ brevior
quam Lutetia, 110, 156, idquein Zona tortida ubique observa-
tum, ut in Antillis, 206

Cairi in Ægypto, 395

De percussione vi Tractionis, 97

Phosphori effectus quidam singula-
ris, 202, illius vari effectus, 204,
285, 286Phenicopteri, v. *Flamand*, descrip-
tio & dissectio, 213

Phocas, seu vitulus marinus, 125

Pici, v. *nn Piver*, lingua, & ejus
artificium, 351, & seq.Pisciculus, qui est instar Barometri,
244

Concursus Planetarium, 393

Planisphærii D. Cassini descriptio,
172, 186Planisphærium terrestre in Observa-
torio, 220, illius usus, 208Plantatum vites, 113, 114, ana-
lysis, ibid. & 287, principia, 89,
earum vegetatio, 263, 264, 298
299, utrum germinent in vacuo,
299, 300

Plantatum

R E R U M.

| | |
|--|--|
| | 409 |
| Plantarum in sua genera divisio ; 329 | Refractiones , |
| & seq. Natura & usus , 336 , | 107 |
| 113 , 114 | Refractionum aquæ & glaciei diffe- |
| Plateæ , v. <i>Palette</i> , dissectio , 180 | rentia , |
| Pleïadum constellatio , 289 , & 306 | 295 |
| Plumarum textura & usus , 131 | Refractionis causæ , 160 , & 161. De |
| Pluviatum in Indiis stata tempora , 273 | refractionibus dissertatio ab Huge- |
| Pluviaæ quotannis quantitas , 274 | nio composita & edita , |
| 296 , 376 , catum exhalatio , 297 | 175 |
| De ponderibus & mensuris , 262 | Refractiones Siderum diligentius ob- |
| Pondus aëris , 570 & seq. | servataæ , |
| Pontis Auvio impositi & portatilis | 107 |
| construcción , | De regimine sanorum & agricotorum |
| Pontonis structura , 311 | Tractatus , |
| Porphyrtion , seu Gallina Sultana , | 177 |
| 213 | Respiratio in homine quomodo per- |
| Porcellanæ genuinæ characteres & | ficiatur , |
| notæ , | 307 |
| Presbytatum affectiones , 320 | Respiratio in fœtu , |
| Problemata quædam Mechanica , 173 | 302 |
| 279. Alia Geometrica , 39 , 147 | Respirationis organa in avibus , 132 |
| & Algebraica , 291 , Problema | 133 , in testudine , 135 , 136 , 303 , |
| Architecturæ utile , 369 | 304 , 305. |
| Problemata indeterminata nova me- | Rheumatismi curatio , 300 , 316 |
| thodo resolvuntur in numeros , 397 | Rosarum gemitæ incisionibus & con- |
| Projectionum doctrina , 162 , 163 | fusionibus medentur , |
| Experimentum circa projectionum | 265 |
| directionem in Observatorio coram | Rotæ majores in vecturis an sint mi- |
| sereniss. Franc. Delphino factum , 163 | noribus anteponendæ ? |
| Pyramidum Ægypti situs & mensu- | 39 |
| ra , | Roquencurtii & aliorum fontium a- |
| | quaæ Versalias deducunt , 146 , 242 |
| | E ruderibus spiritus nitri extrahi- |
| | tur , |
| | 384 |
| | S |
| Q | |
| Quadratura Conchoïdis , 396 | Acchari quoddam genus ex Ace- |
| Quadratura Cochlearæ seu Li- | tre , v. <i>Erable</i> , extractum , 235 |
| cis , | Salis communis analysis , 16 , 17 , |
| Quadratura novi generis spitalis , & | 155 |
| illius tangentes , 397 , & novæ | Salis communis in salem-petræ con- |
| hyperboles quadratura , 166 | versio , |
| | 155 |
| R | |
| ibid | Sal anomalus Boylii , |
| Ranæ pellis structura , 228 | 15 |
| Regula cuprea dimetiendis aquæ | Saliūm acidotum natura , 346 , & 347 |
| falentis jactibus , | Sal vegetalis , |
| | ibid |
| | Salis volatile cum spiritu salis mix- |
| | tio , |
| | 203 |
| | Sal quidam ferrum penetrans citra fu- |
| | sionem , 340 |
| | Salis Ammoniaci comp. sitio , & pro- |
| | prietates , 382 , & seq. Hic sal |
| | plantis , & terræ inst , |
| | 384 |
| | Salivæ natura , |
| | 249 , & 252 |
| | Sanguinis transfusio , 19 , & seq. |
| | FFF |

- Sanguinis in factu circulatio , 356 & seq.
 Sanguinis humani analysis , 226
 Sanguinis variae coagulationes ex li-
 quorum injectu , 88
 Sapores , 114
 Saturnum circa suum axem verti ve-
 rissimile , 217
 Saturnini quedam phœnomena , 216 ,
 217 & 218
 Saturni & Jovis conjunctio , ibid
 Saturni cum stella fixa conjunctio , 288
 Saturni eclipsis ex Luna interiectu , 170
 Nova in Saturno fascia , 217
 Saturni duo satellites minutiores de-
 tecti anno 1684 , eorum periodi ,
 229 , quinque satellitum Saturni
 systema , ibid. Illud in machina ex-
 pressum , 172
 Satelles Saturni inventione secundus ,
 sed quintus ordine fuit observatus
 anno 1671 , Saturni annulus , 183
 Satellitum Jovis variae configuratio-
 nes , 145. Primi satellitis emersio-
 num lumina longior summâ im-
 mersionum : hinc quæstio otta de
 luminis propagatione , ibid. Primi
 satellitis motus , 183
 Eorum satellitum sistema & maculae ,
 171
 Sciurus Mexicanus , écureuil , 235
 Scorbuti curatio , 300 , 196
 De Sectionibus conicis tractatus elu-
 cubratus , 202 , & alibi.
 Simiarum genera & distinctiones , 124
 125
 Solis insignis macula , 184 , illius mo-
 tus in figura delineatus , 171
 Sol in utroque Äquinoctio Cayenne
 observatus , 109
 Solstitium utrumque Cayennæ obser-
 vatum , 107
 Solstitium hyemale anni 1696 , 393
 Soni propagatio , 242. Illius quedam
 affectiones , 196. De sono Tracta-
 tus editus , 167
- Spadi piscesensis , 254
 Speculum cavum & vitreum combu-
 tens , 249
 Speculum planum Telescopio apta-
 tum , 172
 Speculi uestitii vatii effectus , 141 ,
 178 , & alibi.
 Spiritus acidi nihil sunt præter sales
 volatiles phlegmatis dilutos , 346 ,
 & seq.
 Sputi sanguinis curatio , 177
 Stella primi Arietis duplex , 172
 Stellæ quedam qualibet hora diei
 visse , 218 , 219
 Stellarum refractiones cædem sunt de
 die & de nocte , ibid
 Variae in Stellis fixis mutationes , 363
 & seq.
 Stellæ Polaris à Polo mundi varia
 distantia , 309
 Stellarum situs explorati , 35
 Stellæ quæ cor Scorpionis dicitur cum
 Luna conjunctio , 307. Stibii Cinnas-
 baris , & illius usus. Stranguria , 228
 Strumatum curatio , 177
 Struthionis , v. Autruche , quedam
 singulare , 282 , illius descriptio ,
 130 , 131
 Stibii , seu antimonii vitrum vi eme-
 tita exutum , 385 , & 386
 Succus plantarum an circuletur ? 62
 & seq.
 Succi nutritii in plantis ascensus , &
 illius cauſe , 298
 Suis quoddam genus singulare in Ca-
 yenna , 157
 Sycomori succus , 258

T

T Abulæ Geographicæ ex variis
 observationibus correctæ , 182
 Sinensis regni Tabulæ , 277
 Tartari natura & analysis , 381
 Telescopium duobus vitris convexis
 instructum , quando inventum , 366

| | |
|---|--------------------------------------|
| & 367. Nova ratio expoliendi vi- | Vegetatio plantatum in lagenā inē |
| tra majora, <i>ibid.</i> Tractatus de Te- | occlusa, |
| lescopio, | 142 |
| Terebynthinae analysis, | 252 |
| Terra dimensio incēpta anno 1669, | 299 |
| 98 & seq. | 299 |
| Terra tremor anno 1682, 215. Va- | Vena lactea desunt in avibus, ac |
| rri ejus effectus. | chylus per venas Mafaraicas ad he- |
| Terra motus qui Smyrnæ accidit an- | par dederetur, |
| no 1688, | 169 |
| Terrarum analysis, | De venenatis mortibus, |
| Testudinis terrestris descriptio, | 301 |
| Testudo marina, | Veneris & Solis conjunctio, 278, 290 |
| Circulatio sanguinis in testudine, | Venus cum Sole in eodem parallelo, |
| Testudinis respiratio, pulmonum & | 199 |
| cōidis structura. 303, 304, & 305 | Veneris eclipsiā à corpore Lunati, |
| Thermarum calor, | 290 |
| Tigris, | illius nodi, |
| Tormenti bellici recessus, 215, cur ali- | 291 |
| quando pars pulveris pyri non in- | De ventis, |
| flammata erumpat, | 157, 243, 273 |
| Transpiratio, | Ventriculi animalium structura, |
| Trigonometriæ supplementum, | 139 |
| Tritici tubulus die 23 Martii usus mi- | eius fermentum, |
| croscopii ope, in eo nodi, culmi | 283 |
| & spica erant inchoata, | Ventris tortima, |
| Tropicorum distantia, | 306 |
| Tubo Optico speculum planum ad- | Vertucarum curatio, |
| ditum, & quis sit ejus usus, | 235 |
| Tractatus de tubo Optico, | Vesicæ structura, |
| Tubi Telescopii nova fabrica, | 260, 261 |
| Tuborum per quos aqua delabitur, | Venti in Antillis, |
| que sic resistentia., | 157 |
| Tuberculi, v. <i>loupe</i> , curatio, | Vesuvii incendium anno 1694, 313 |
| Tulippæ bulbus die 17 Novembris | Vini analysis, |
| in suo germine folia, flores & sta- | 381 |
| mina includere visa, | Viperæ anatomie & venenum, 284, |
| | 301, 302, & seq. |
| V | Visus organum retina, an Chorio- |
| V Alvulae in venis, cui sint usui, | des? |
| 139 | 69, & seq. |
| | Visus varice affectiones, |
| | 317 |
| | Vitri præcipua vitia, 379, 34, 384, |
| | 385 |
| | Vitrum quoddam singulare, |
| | 249 |
| | Solutiones vitri, |
| | 384 & seq. |
| | Vitriconvexi quædam phænomena, 198 |
| | Vitulus matinus, |
| | 123 |
| | Volatus avium, |
| | 131 |
| | Vranoburgi latitudo, 103. Observa- |
| | tiones ibi factæ, |
| | 104 |
| | Urinæ analysis, 252, ex acido & al- |
| | cali constat, |
| | ibid. |
| | Urinæ arenulæ, |
| | 259 |
| | Ursi Historia Anatomica, |
| | 120 |
| | Vulnerum curatio, |
| | 265 |

Dulam
12. 82.







